

Nº

A

34-174



B. a. f.
B. I.




86



86

36



188958394

D.



COMPENDIUM

PRIVILEGIORVM
FRATRVM MINORVM
ET ALIORVM MENDICATIVM
ET NON MENDICANTIVM.

ORDINE ALPHABETICO
CONGESTVM AB ALPHONSO
de Casarubios Hispano
SECUNDÒ editum.

REFORMATVM SECUNDVM

Decreta Sacri Concilii Tridentini ac aliorum
Sumorum Pontificum, qui à Clemètē VII.
usq; ad prēsentē Sanctissimum
CLEMĒTĒ VIII. fuere.

PER R.P.F. HIERONYMVUM A SORBO
Prædicatorem Ordinis Cappuccinorum.

Qui etiam apposuit Annotaciones quasdam
uale notabiles R.P.F. ANTONII de CORDVB.
una cum Indice copiosissimo, ac alia utilia, qd
tertia pagina demonstrabit.

Ex Officina Horatii Saluiani.

NEAPOLI Apud Io. Jacobu Cap.
Ima et Antonium Peccom. 1595.

FORMATO ESTATE 1595. IN PULICAN. LIBRARIA.

Superiorum
permisu.

SACRA REDEMPTIONIS MATER.



Per Magia Alia ampe d'III. a Granata. B. d.
BIBLIOTeca UNIVERSITARIA

Por comisión de los 5^{os} Inquisidores
congié este libro conforme a la exigüedad
de 1640.

Diego de Ribera

PZ-11533



MO
ILLVSTR. ET REVEREND. DOMINO
D. IVLIO ANTONIO
SANCTORIO S. R. E.
PRAESBYTERO CARD.

TITVLI SANCTI BARTHOLOMAEI
*in Insulam, Sancte Seuerine nuncupato, totius
nostr*i* Capuccinorum Ordinis Protectori
benè merito.*



FRATER HIERONYMVS
A' SORBO, EIVSDEM ORDINIS
MINIMVS, SALVTEM IN DOMINO.



V M sepe sepius (Illustriſſime ac Reuerendissime Pro-
tector) & mente, & mani-
bus Traclatum illum, Com-
pendium Priuilegiorum fra-
trum Minorum, & aliorum
Mendicantium, ab admodum
R. P. Alphonſo de Casarubios Hispano. sic inscriptus; ac
non sine maximò eius labore collectus nonnullis indies
emergentibus occasionibus, euoluſſem; & tantorum
Summorū Pontificum immensam liberalitatem, ac



animi



animi beroeulētiam ergā nostrā hanc Seraphici Patris Francisci, necnon & aliorum Mendicantium, Religionem, in tot, tantaq; innumera ei Priuilegia, Indulta, atq; Confessiones impariendo, vidi ssem Non potui, Protector Ilūstrissime immensam diuinam clementiam ac prouidentiam, quam sic in particulari, ceteris tinuatis temporibus, de illa habere, ostendere dignatus est non admirari, ingentesq; ei gratias, omni qua potui animi gratitudine, referre. Verūm qui a sicut ob magnitudinem talium Priuilegiorum penè infinitā, & obscuritatem imperuiam, ac varietate sua, sēpē secum pugnantia, lucide, & exactè in Compendium redigere, ut immensitas ipsa breuiari, illustrari tenebroſitas, & discordantia in vnu reconciliari possit, illa omnia ita lucide, & exactè ad omniū eruditōnē in Cōpendium redigere in supradicti Auctoris, animo reſedit: sic etiam & mihi, est viſum cūm nonnullas, huc usque, ab huiusmodi libelli impressione, ex qua sexaginta ferē anni defluxere, & à subsequentibus Summis Pontificibus, & à sacro præcipue Trid. Conc. Ampliationes, Restrictiones, ac in toto, vel in parte Correctiones, Priuilegia supradicta habuisse considerarem: quæ forte magis quam prius, & obscuritatem maximam & in nonnullis, causam errandi inconsideratis, & in expertis dare posse nulli sit dubium. Propterea ad communem omnium, tam nostre Minoritane, quam aliorum Mendicantium Religionem, illa omnia recolligere ac suis proprijs locis, & alphabeticis verbis, in supradicto libello Compendij (pro ut in sequenti pagi:

pagina demonstrabitur) collocare , vt vnuſquisq; fa-
cillimè, & Priuilegium, & Restrictionem ſimul, vel
Correctionem , quando adefit, uno oculi iectu poſſit per-
ſpicere . Quæ quantum Mendicantibus omnibus ſint
profutura, cui libet mentis compoti, animoq; beneuolo,
iudicandum relinquo. Ea igitur, vt cunq; ſint, tibi Il-
luſtrissimo, & Reuerendissimo Domino noſtro Prote-
ctori, Gubernatori, & Correctori, omni qua poſſum
animi humilitate dedicare , ac videnda, & exami-
nanda mittere cenuſi; vt tanquam Corrector, quæ ſunt
corrigenda corrigas, ſuperflua reſcindas, & quæ de-
ſunt addas. Ac vt Gubernator, & Protector, ſi quæ
ſunt probanda tuearis, & defendas, & vt me ſeruum
tuum indigniſſimum commendatum habeas . Vale .

IOHANNIS FRANCISCI LOMBARDI

Epigramma.

HYPERATΟ Αλφινος προτερήματα Αρχιερίου
Ποικίλων κλείων συλλόβειν βραχέι
Ναι δ' αὖτε, φανεροῦ τε σοφοῖς ΙΕΡΩΝΤΙΟΣ οὗτος
Ἐκ Σάρδου εράτιος Σηραφικὸς λιπαρῆς.
Σωριδὸν χαρίτων σωσδαινὲνοι οἵμι πατῶν,
Ησωρίμα καλῶν πατοδατὸν γλαφυρῶς.
Τὴν ἄρα πρᾶτος μορφὴν δέ τερος δεῖ,
Πᾶν διατυπῶν, καὶ κληροδοτῆμ φρονίμως.

FRANCISCIMAVRI ΣΧΕΔΙΟΣ INTERPRETATIO.

ALPHONSVS paruo est aggressus dogmata clencho;
Pontifices summi quæ statuere viris.
Nunc autem doctè promens Hieronymus auget,
E Sorbo miles, Seraphicōq; choro.
Colligit hic Charitum cumulos, tot seruat ḡ uno;
Vt, quas exoptas, sint tibi semper opes.
Illum materiam posse, hunc dicere formam,
Aetū si rebus præbet, ḡ harmoniam.

AMPLISS. CARD. S. SEVERINAE IOH. FRANCISCI LOMBAR. SERVULI Hexastichon.

CAPUCCINORVM insignis Protector IVLI,
Te rogo ut à Sorbo Hieronymum foueas.
Namq; suo auspicio concludit strenue, ḡ aptè,
Primitas leges Pontificum varias.
Quod si aliquando PETRI ascendes Sanctore Cathedram,
Da Capuccinis Oceanon Chariton.

A D L E C T O R E M

SCIAS, pie Lector, quod in hac noua Recollectione, quam, omni qua potui sollicitudine, ac labore huiusmodi libro Compendij addidi; ponuntur omnes Ampliations, Restrictiones, Correctiones, Confirmationes, ac nouæ Concessiones, quæ à Sacr. Trid. Conc. & ab alijs Summis Pontificibus, qui ab hinc sexaginta annis fuere, Priuilegijs omnium Mendicantium, in hoc Compendio contentis, reperiuntur factæ. Et sub eodem ordine ponuntur alphabetico, qui in isto libro fuit obseruatus, videlicet. Si in verbo, Abbas, adest facta aliqua Ampliatio, siue Correctione &c. ibidem annotatur. Sed haec Annotatio (ut evitetur confusio) ponitur in fine omnium illarum Concessionum, ac Priuilegiorum. ad illius Alphabetici verbi finem spectantium, cum numero correspondenti alio numero, ab ipso primo Auctore in illis Priuilegijs assignato. Vt exempli gratia, in verbo, Abbatissa, numero 5. §. Idem Eugenius, est necessaria quædam annotatio; ideo in fine illius verbi, Abbatissa, ponetur in immagine in §. 5. Circà huiusmodi prohibitionem &c. Ita quod nostras Recollectiones harum Reformationum, seù Correctionum, series (carissime lector) in fine Annotationum cuiuslibet Alphabetici verbi sub signo (Capuccini Annotatio) & sunt etiam posita aliqua alia particularia Priuilegia, quæ infrà hoc supradicto. 60. annorum spatio fuere concessa alicui particulari Mendicantium Religioni (prout melius potui habere) ut ab alijs Mendicantibus sciantur pro Communicatione Priuilegiorum, quæ ad inuicem omnibus conceditur. Sed antea, nostram Annotationem ponetur (vbi aderit) Annotatio quædam naldè notabilis facta à R. P. F. Antonio de Corduba

Regularis Observantiae Seraphici P. nostri Francisci anno 1539. Ac in fine postmodum totius Compendij, ponentur illa alia, quæ versa prima pagina, demonstrat. Valete in Domino, Deumq; pro me orate, è Neapoli, Anno Domini. M. D. XCIII.

Declaratio breviatarum Allegationum.

B Reuiatae Allegationes Priuilegiorum, seu Bullarū: fo. ff. fff. B. b. O. o. quæ in hoc Compendio fiunt, scias significare folium Trium librorum, qui Monumēta Ordinis appellantur. Primæ, scilicet, Impressio- nis: secundæ Impressionis; & tertiæ quæ dicitur supple- mentum, in quibus Priuilegia ipsa reperiuntur regi- strata. Vndē.

- fo. Simplex, significat folium primi libri.
ff. Duplex, significat fol. 2. &
fff. Triplex, folium significat supplementi.
B. Magnum, significat Bullam authenticam.
b. Paruum signifi. Bullam non authenticam.
O. Magnum, Oraculum viuæ vocis authenticum.
o. Paruum, Oraculum non authenticum.
Prout sic infra in Prologo Collectoris huius Compen- dij, fusius ab ipso Auctore declaratur.

QV AE HVIC COMPENDIO ADDVNTVR SVNT ISTA, VIDELICET.

1 **V**T facilius cognoscatur ij, qui huiusmodi Priuilegijs in hoc Compendio cōtentis, possunt gaudere, declarare censui. Qui nam sīnt Ordines Mendicātes; & qui eorum Priuilegiorum participantes; Ac vnde illi originem traxerunt; & hoc fiet in prima sequenti pagina.

2 Ponentur Annotationes quēdam P.F. Antonij de Corduba Doctoris celeberrimi, Regularis Obseruantiae, Seraphici P. nostri Francisci, editæ anno Domini 1539. Procedunt autem istæ annotationes, eodem modo, super eosdem titulos, seu dictiones, & paragraphos; quomodo & ipsum Compendium SECUNDO' editum prosequitur.

3 Subsequentur Annotationes nostræ post supradictas Cor-dubæ, eodemmet ordine, sub hoc signo, & nomine præsignatae:

Capuccini annotatio. Ibique, vltra Priuilegiorum refor-mationem, nōnullas alias reperies necessarias, ac scitu di-gnas resolutiones, & maximè quoad materiam ¶ Absolutio-num, ac Confessorum ¶ Conseruatorum assignationis ¶ Bul-læ Cruciatæ ¶ Bullæ de largitione munerum Regularibus in-terdicta ¶ Interdicti ¶ Sacrorum ordinum susceptionis ¶ In-gressius Mulierum in Monasteria Regularium, ac Virorum in Monast. Monialiū, cū declaratione Motus Pij V. & Greg. 13.

Postremò in fine huius Compendij ponentur aliquæ Bullæ necessariò semper præ manibus à Regularibus habendæ, quæ in Bullario, vel alibi authenticè reperiuntur positæ.

Deindè ordines, seu modi quidam obseruandi ad induen-dum Nouitium, Monialem, Fratres, & Sorores tertij Ordinis Sancti P.N. Francisci, & eorum Regulæ; ac ad benedicendum velum, & Abbatissam; necnon & Corporalia.

Ac postmodùm ponentur Formulæ quēdam Absolutio-num, secundum moderniorem institutum, in Confessioni-bus faciendæ.

Et copiosissimus index omnium notabilium, quæ in toto hoc opere continentur.

Vt in Ver-bo Absolu-tio.

Conserua-tores.

Cruciatæ.

Date.

Interdictū

Ordines sa-

cri.

Ingredi-

Monatæ-

ria.

Mendicantes ergo Ordines sunt sequentes, videlicet.

Ordines sancti Dominici ¶ S. Francisci. ¶ Eremitarum S. Augustini. ¶ Et Carmelitarum, sunt propriè, & principaliter Mendicantes, & si in communi bona stabilia possideat; vt declarauit Pius. V. in const. 45. Romanus Pôtifex. &c.

Imò & ordines Seruorum B. MARIAE ¶ S. Francisci de Paula ¶ S. Hieronymi Iesuitorum ¶ & Societatis Iesu; Hic idem Pontifex Pius. V. inter Ordines Mendicantium supradictos, compræhendi voluit, in const. 45. Romanus. 48. Apostolicæ; & 49. Romanus Pontifex: & Greg. 13. in const. 102. Ascendente domino, de ordine Societ. Iesu testatur.

Participantes autem supradictorum Mendicantium Priuilegiorum sunt, videlicet.

Hoc ordine collocatur in cōst. 38. Pij V.
Canonici Regulares Ordinis S. Augustini, Congregatum, Lateranens. & S. Saluatoris, ac S. Crucis Olimbriensis & Monachorum S. Benedicti Congregat. & Ordinum Caliseni, Montis Oliueti, Vallis Vmbrosæ; Necnon etiam Congregat. Cisterciens. & Cartusiens. Necnon S. Hieronymi Hispaniarum. Ac Camaldulens. & Fratrum Militia Iesu Christi reformatorum nuncupatorum Regni Portugallie: Ita disponitur, ac eodemmet supradicto ordine numerantur, in Const. 38. Pij. V. Et si Mendicantium, &c. circa finem.

Necnon Ordo fratrum Crucigerorum, vt habetur in Bulla confirmationis eorum Priuileg. à Greg. 14. anno 1591. confecta. Cœlestinorum, Eremitarum S. Hieronymi, de Pisis per Pium. V. anno 1571. Ac Congregatio Clericorum Regularium vocati Theatini. Minores. ac Ministri infirmorum, vt in eorum Bullis appetat.

Sunt & multi alij participantes, quorum Bullæ, cum in Bulario non reperiantur, eorum cognitionem habere non potui, ipsi autem benè quidem sciunt.

Supradictorum ordinum breuiter narratur' origo.

S. Dñici.
Ordo S. Dominici, seu Prædicatorum, ab ipso Sanctissimo Patriarca originem duxit, sicutq; eius Regula confirmata ab Honorio 3. primo anno sui Pontificatus, & anno 6. Fede-

Federici 2. Imperatoris, & nostræ salutis anno 1216. qui feruentissimus Beatus Dominicus, ex hac vita migravit ad Dominum, nonis Augusti: anno Domini 1223. fuitq; postea à Greg. 9. in sanctorum numero collocatus.

Eftq; iste Ordo diuisus in Conuentuales, & Obseruantes; qui Obseruantes in nostra Italia, sunt in Lombardos, & Tuscos partiti.

Ordo S. Francisci de Alsisio, ab ipso Seraphico Patre, & Patriarca fuit institutus, ac Fratrū Minorū vocatus: eiusq; primæ Regulæ confirmationem habuit ab Innocentio 3. anno Domini 1212. & secundæ Regulæ, ab' Honorio 3. anno 8. sui Pontificatus, & nostræ salutis circiter. 1224.

Instituit etiam Ordines Monialium S. Claræ, & Tertiij Ordinis, de pænitentia nuncupati, vnde de eo canitur, tres Ordines hic ordinat, primumq; Fratrum nominat, Minorum, Pauperumq; sit Dominarum Medius; sed & Pænitentium, Ter-tius, sexū capit vtrumq;. Ac sacris Stigmatibus, biennio ante suum obitum, mirabiliter à Domino insignitus, migravit è vita, & vt præfulgida Stella fuit euectus in cœlum, anno à Virgineo partu 1226. 4. die Octobris. Quem postea Gregor. 9. anno 1236. retulit in Sanctorum numerum.

Sed aduertendum, quod prædictus primus Ordo, Fratrum Minorum vocatus, reperitur nunc, in plures partes, ob varias illius reformationes, diuisus; videlicet, in Cōuentuales; in Fratres de Obseruantia nuncupatos (vulgariter dicti Zoccolanti) In Capuccinos, in fratres de Tertio ordine, in Discalziatos Hispaniæ, in Reformatos de Obseruantia, in Reformatos Conuentuales, & Reliquos.

Reforma Fratrū de Obseruantia, exiit à Fratribus Conuentibus, & cœpit ab anno circiter 1414 Iuxta Cōcilij Constanti. decretum; sed ei formam, & Ordinem dedit postmodum B. Bernardinus de Senis, vir magnæ sanctitatis, & gratiæ, & feruoris in prædicando, sub Eugenio. 4. Sumo Pontifi. anno Domini circiter 1430. ac sub eodem, discessit è vita, anno Domini 1444. fuitq; à Nicolao. V. Sanctorum Catthalago ascriptus, anno 1450.

E quibus Fratribus de Obseru. exiit Reforma nostra Capuccinorum, à quodam cœpta deuotissimo Fratre Mathæo de Baschio, ac à Fratre Ludouico à Tenalia, eiusq; fratre, Patria forosempron, in Marchia Anconitana, Tempore Clem-

S. Franci.
sci.

Tres ordi-nes insti-tuit.

Ordo Mi-norum in plures par tes diuisus

Reforma fratrū de Obseruan-tia.

Capucci-norum Re-forma.

tis 7. à quo obtinuisse habitum portare cum Capuccio (quo nunc à Capuccinis vtitur, & ipse Seraphicus Pater dum viuet ret vslus fuit) & alijs illum concedere, anno Domini 1526. & 3. sui Pontific. & postea tertio ferè anno, cœpit hæc eadem Reforma in partibus Calabriæ à Sanctissimis alijs quibusdam viris, nescientibus fortè de illa alia Marchiæ.

Qui Frater Mathæus, quindecim congregatis fratribus, in primo eorum Capitulo generali, fuit ipse Generalis electus anno 1528. Sed breuissimo temporis spatio, adeò eorum numerus, diuino fauente numine, creuit, ut in sequenti Capitulo generali Romæ fuerunt 300. fratres Congregati; & iam nunc, gratia, ac virtute diuina, adeò sumus in tanto breui temporis spatio, per omnes Mundi partes multiplicati, ut octo milia fratrum numerum excedamus. Fuitq; iste Ordo, nō modò ab ipso Clem. 7. sed & ab alijs subsequentibus Summis Pontif. ac præcipue à Paulo 3. confirmatus, pluribusq; gratijs, atque indulxit refertus: Necnon Sacra Trid. Synodus, nomine Religionis inter alias insigniuit.

Aliarum
Reforma.

S. August.
Augustin.
natus est
anno 358.

Reparatio
nes ordi-
nis.

De reliquis autem supradictis omnibus Reformatis dice-
re breuitatis causa omitto: sufficiat tantum scire, quod illo-
rum, quidam militant sub obedientia Reuerendissimi P. Ge-
ner. Patrum Conuentualium, vel Patrum de Obseruātia: Nos
autem Capuccini solūm, proprium habemus Generalem, ut
& ipsi Patres Conuentuales, & de Obseruantia habent.

Ordo Eremitarum S. Augustini, fuit ab ipsomet, heretico-
rum malleo, Augustino, post suam conuersiōne fundatus,
anno Domini 394. Et post Africanas ruinas à Vadalis factas,
à quodam Sanctissimo Guglielmo, Guasconia Duce, facto hu-
ius Ordinis Eremita, in Gallia fuit reparatus, anno Domini
circiter 1157. Vndē fratres Guglielmi, multo tempore fue-
runt vocati.

Ac postmodūm, per quandam Ioannem Bonum, in tota Ita-
lia, ac præcipue in Lombardia fuit reformatus: & ab Alex. 4.
Summo Pontifice, sub uno nomine, eodemq; habitu, ac sancti
Augustini, eremitano Instituto, & Regula coadunatus, sicut
hucusq; iam perseverat.

Exstatq; hic Ordo diuisus, in Conuentuales, & Obseruan-
tes. Obseruantes, in plures alias Congregationes; inter quas
celebris adest Congregatio Carbonaria, siue S. Ioannis huius
Civitatis Neapolis, in Campania, siue Terra laboris erecta;
cuius

enius caput fuit quidam F. Simon Cremonensis, Philosophus,
ac Theologus insignis, anno salutis 1399.

Carmelitarū ordinem, primam traxisse originem, ferunt
Carmeli-
Calqui ab Helia, Prophetarū maximo (licet aliqui alij di-
tarum.
cant, hoc umbram esse potius, & figuram) qui in Monte Car-
melo, vñā cum aliquibus suis discipulis, vitam eremiticam, ac
religiosam colere cœpit, ante Virginis Partum anni ferè 900.

Secunda alia origo incepit à Ioanne Baptista, & post Iesu
Christi Passionem, à multis apostolicis viris, qui montem il-
lum Carmeli, solitariam vitam ducentes, inhabitare cepe-
runt. Ibi Ecclesiam quandam, ad honorē Beatissimæ Dei
genitricis Mariæ, quam sibi in Patronam, & Protectricem
elegerant. Et sic illi, vsq; ad annum à Virginis partu, 412. per-
seuerauerunt. Quo tempore Ioannes quidam doctissimus, ac
sanctissimus, Græcus Patriarca. 44. Hierosolimitanus, qui
fuerat antea Prior huius Ordinis in Monte Carmelo, primò
Regulam quandam eis obseruandam præscripsit. Deinde an-
no circiter, 1110. Albertus quidam Patriarca similiter Hie-
rosolimit. aliam eis dedit Regulam, quæ huc vsq; semper post-
modùm est obleruata; fuitq; confirmata ab Honorio 3. in pri-
mo sui Pontific. anno. Ac, vt eum, quo nunc vtuntur habitu,
possent asportare, concessit Honorius 4. anno Domini 1287. Permissio
Et vt possent carnem comedere, eis in præfata Regula prohi-
bita, concessere Eugenius 4. anno 1431. & Pius 2. anno 1459.
& Six. 4. anno 1476. comestio-
nis carnis.

Postremò verò à Magistro F. Ioanne Soreth, fuit Ordo re-
formatus, & proindè in duas partes remansit diuisus, in Cō-
uentuales, scilicet, & Obseruantes.

*H*is supradicti, sunt 4. Ordines Mendicantium Principales, quibus
sunt etiam 4. infra scripti alij 4. postmodum adiecti, videlicet,
Seruorum Beatæ M A R I AE. S. Francisci de Paula;
sancti Hieronymi Iesuitorum; ac Societatis Iesus.

Quatuor
alij Ordin-
es, Men-
dicantibus
adiecti.

Seruorū B. MARIAE Ordo (vt eorum narrant monumen-
ta à septé nobilissimis viris Florētinis, in Monte Senario,
propè Florentiam, ex B. MARIAE Virginis monitu, fundatio-
nem mirabiliter coepit: Ac mirabilius propagari visus est à
B. Philippo sanctitate, & nobilitate celeberrimo, anno Do-
mini 1233. sub Greg. 9.

Virgi-

**Ordo inter
Mendican-
tes nume-
ratus.** Virgineoq; munitu,hunc,quem ferunt habitum , ac Regu-
lam D. August. obseruantiam suscepereunt:& ab Alex. 4. poste à
Ordo iste confirmatus,ac inter 4. Mendicantes connumerata-
tus fuit, anno salutis circiter 1255. Postmodùm verò à quodā
R. P. Nicolao Perusino, tunc totius Ordinis generale,fuit iste.
Ordo in duas partes diuisus , & alij Conuentuales , alij verò
Obseruantes nuncupantur .

Hocq; nomine Seruorum B. MARIAE, ex voce quorundam
puerorum infantium , & lactentium , miraculosè edita , insi-
gnitos remansisse fertur ; ipsi enim pueri videntes aliquos ex
supradictis septem , eleemosinam per ciuitatem quarentes ,
exclamare (licet infantes) clarissima voce cäperunt , en serui
B. MARIAE Virginis veniunt , date eis Eleemosinam , adeò ut
itā in posterum semper fuere vocati .

**Ordo Mi-
nimorum.** **M**inimorum Ordinis caput , & fundator inclitus fuit san-
ctus Fräscus à Paula, anno Dñi 1410. qui ob multitudinem , tam virorum , quam mulierum , ex omnibus partibus
ad se confluentium , tres Regulas instituit ; unam pro Fratribus , aliam pro Monialibus ; & tertiam pro Mantellatis ; quas
confirmatae , & approbatæ fuere à Six. 4. Innocentio 8. & Alex.
5. Qui Sanctissimus Patriarca , sanctitate , & miraculis plenus ,
migravit ad Dominum , anno salutis 1507. & à Leone 10. in
Sanctorum Cathalago ascriptus , anno 1519.

**S. Hiero-
ny. Iesua-
torum.** **S**ancti Hieronymi Iesuitorum , seu Clericorum Apostoli-
corum Congregationis , auctor fuit B. Ioannes Colombinus ,
nobilis inter Senarum ciues , ab anno nostra salutis circiter
1355. eo modo ut historiæ dicunt. Qui ex hac luce in cælestem
patriam euolauit , anno Domini 1367. sub Urbano V. Summo
Pontific. Fuitq; ipse Urbanus huius Ordinis approbator , ha-
bitusq; concessor , anno Domini 1367. Qui ordo sub D. Augu-
stini patrocinio militat , & sub Obseruantia cuiusdam Regu-
lae , sibi à quodam eorum fratre , & postmodùm Episcopo fa-
cto Ferrariense , vita sanctitate celeberrimo , præscripta .

**Cur fies
Iesuati , ap-
pellaniur.** Et vocantur fratres Iesuati , vel ob frequentiam , quā huius
nominis Sanctissimi Iesu in ore habebant ; vel , ut alij dicunt ,
quia sic eis , ex ore infantium , & lactentium diuinitus fuit il-
lud nomen impositum , & ab eorum supradicto Fundatore , pro-
phetico spiritu præscriptum .

**Cur S. Hie-
ronymi.** Ac appellantur Fratres Iesuati S. Hierony. quia ex magna
deuotione , quam antiqui illi Patres , erga hunc penitentia-
spe .

speculum semper pertulerunt, in eorum Congregationis Protectorem illum suscipere decreuerunt.

Et postmodum, per Alex. 6. tali nomine eos vocari fuit mandatum, ut ex eorum Bulla, inter eorum Priuilegia posita, apparet; adeo ut ex illo Pontifice semper postmodum ab alijs Summis Pontifici Congregatio Iesuitorum sunt appellati.

Societas Iesu Ordinis, Caput, & fundator fuit (ut testatur Greg. 13. in constit. sua 102. Ascendente Domino) Nobilis ille Ignatius de Loyola Hispanus, qui adiunctis illis secū strenuissimis Christi Iesu commilitonibus, Petro Fabro, Iacobo Jayuez, Simeone Rodorico, Nicolao Bobadilla, ac Alfonso Salmerone, & quibusdam alijs, Italiam venit, anno Domini 1537. siue 1540. vbi mirabilia per ipsos, in Argumentum Sanctissimæ fidei, animarumq; salutem, Deus in dies operando, statuerunt Congregationem illam, non Ignatij, sed Societatem Iesu Christi appellare; adeo, ut inde Iesuiti veniunt appellati. Quam Paulus 3. Farnesius Summus Pontifex, anno à Virgineo Partu 1545. confirmauit; multisq; eam postmodum Priuilegijs locupletauit: ut etiam Iulij 2. anno 1550. Gregor. 13. in constit. 102. Ascendente Domino, alijsq; subsequentes Summi Pontifices fecerant.

Hi ergo supradicti quatuor alij Ordines, inter Mendicantes sunt aggregati ut supra est dictum.

Participantes autem Mendicantium Priuilegorum, sunt sequentes.

Canonici Regulares, Ordinis S. Augusti, dicti Lateranenses, ab Apostolis primùm (ut narrant historie) traxerunt originē, sed postmodum à B. Augusti fuit talis Congregatio, regulariter ordinata, cù quibus Canonici, ipse (facto Presbytero à Valerio) secundum Regulā ab Apostolis traditam aliquando vixit. Qui, cùm post aliqua temporum spatia, varias habuissent à laudabilibus viris Reformationes, secundumq; illas varia fortiscent nomina; inter alia, prima fuit ista Congregatio Lateranensis. Quæ tandem fuit reformata in templo S. MARIAE Frigionariæ, propè Ciuitatē Lucæ, anno 1407. à quodam Clerico nobilissimo Romano, nomine Bartholomæo, Illustrissimæ familie Columnæ, vñ cum quodam eius Socio, nomine Iacobo de Auogradi V. I. Doctore excellentissimo: sed prius per 800. annos, usq; ad Bonifacium 8. fuerunt

Societatis
Iesu.

Cuius vi-
ta, exacte
reperitur
scripta R.
P.D. Petro
Ribaden-
rica eiusdē
Societatis.

Vt in cōst.
21. Regi-
mini.

Canonici
Regulares
Lateranen-
ses.

Vt aiunt
Possidoni
& Vincen-
tius Bellua
cēs. inspec-
doctrinal.
lib. 19. c.
16. & D. An-
toninus 2.
part. hist.
& alij.

in Ecclesia Lateranensi, à Gelasio, discipulo prius S. Augustini, & Summo Pontifice postea creato, Instituti sub Regula D. August. semper viuentes; ex qua Ecclesia licet in posterum pluries essent eieeti, ac iterum regressi; tandem sub Six. 4. Summo Pontific. omnimodè illius possessionem amiserunt; non tamen titulum, & Priuilegia, vt ipse idem Pontifex eis concessit, vna cum Monasterio S. MARIAE Pacis, in quo adhuc usq; Romæ perseverant.

Canonici
S. Saluato-
ris.

Vt testatur
Aug. Man-
freda Man-
tuanus hu-
sus Cogre-
gar. Cano.
in sua Apo-
logia.

Cur Sco-
pettini vo-
cati sint.

Canonici Regulares Congregationis S. Saluatoris, initium habuerunt in quadam Canonica vocata S. MARIA Reni, apud Flumen Reno, & propè ad duo millaria Ciuitatis Bononiae sita, in qua quidam Canonici cohabitabant secundum Regulam D. August. viuentes; fuitq; talis Ordo ibi ab Innocentio 2. confirmatus, anno Domini 1136. & in hac Canonica perseverauerunt usque ad annum 1350. qua postmodum à Militibus Ioannis Visconti, in obsidione Bononiae deuastata, se intra Ciuitatem, in Canonica S. Saluatoris transtulerunt, in qua, usque ad annum 1418. perseverauerunt: qui postmodum uniti, cum quodam P. Stephano Senensi, & Socijs, ex Ordine Eremitarum Lecetti; & à Greg. 12. & Mart. 5. confirmati, habituq; Canonico induiti, circa annum Domini 1408. & 1418. nomen sumpserunt Canonicorum sancti Saluatoris; adeò, vt eorum verum Principium est protractum ex praefata Canonica S. MARIAE Reni, & sancti Saluatoris Bononiae, ac S. Saluatoris Licetti.

Et licet aliqui velint originem duci à S. Donato de Scopeto, propè Florentiam sito, & nunc iam diruto, & quod proinde Fratres Scopettini essent vocati; veritas tamen est, quod iste non fuit primò, sed quartò loco, tribus illis supra nominatis adiectus: vnde D. Antoninus in 2. parte sue histor. tit. 15. ait, quod hęc Congregatio dicitur Scopettinorum, à dicto loco S. Donati, sed magis propriè S. Saluatoris. Itaq; hęc eorum appellatio Scopettinorum, fuit ab illo loco, in quo tunc inhabitabant, & non à primo initio; vt solet in pluribus Ciuitibus obseruari, vt vocentur Religiosi à titulo illius Ecclesie in qua degunt, vt puta nos Capuccini, vocamus fratres sancti Eusemij in Ciuitate Neapol. ab Ecclesia illius loci, in quo habitamus, & sic etiam multi alij. Vnde principalis eorum titulus est S. Saluatoris, vt iam est dictum.

Mona-

Monachorū S.Benedicti Ordinem Montis Casini, ac sancta Iustina vocatum, ab ipso beatissimo Patria ca, in Subraco primū, ac in Monte Casino postmodū sumpsisse primordia anno Domini circiter 530. neminem latet: Fuitq; postmodū reformatus ab Odone in Abbatia Cluni, anno 913. & à Ludouico Balbo in Abbatia S. Iustinae Ciuitatis Pandue anno 1410. Quiquidem Benedictus à Domino tales, tantosq; habuit ramos, vt breui temporis cursu, totum ferè, statutis temporibus, eorum Sanctitate, & disciplina, illustrarunt Orbem: & inter alios, fuerunt Congregationes, & Ordines, Montis Oliueti, Vallis Vmbrosæ, Cisterciensium, Cartusiensium, Celestinorum, & aliorum, quos suprà Priuilegiorum Mendicantium Ordinum esse factos participes à Pio V. recensuimus.

S. Benedic-
tū.

Reforma-
tiones Or-
dinis.

Et ut de singulorum Origine, aliquid (sicut de alijs fecimus) dicamus, est sciendum quod.

Montis Oliueti Congregationē, quidam Bernardus Tomo lomēi, cum duobus alijs Socijs Senensibus, fundare cepit in Monte Oliueto, propè dictam Ciuitatem Senarum ad is miliaria sito, anno Domini 1319. sub Ioanne 22. Summo Pontific. cuius iussu, Guido Petramala Episcopus Ciuitatis Aretij, visione prius B. Genitricis Dei MARIAE prehabita, & habitum, quem nunc ferunt, dedit, & Regulam S. Benedicti obseruandam prescripsit.


Mōris Oli-
ueti.

Vallis Vmbrosæ exord' um fuit Ioannes Gualbertus nobilis vir Florentinus, in quadam parte Montis Appennini, vocata Vallis Vmbrosa, propè Florentiam ad 20. milia- ria, circa annum Domini 1040. vel secundum alios 1060. Qui Ioannes, mirabilis clarus, discelsit è vita, anno nostræ salutis 1073. tempore Greg. 7. ac postmodū ab istomet, siue à Calisto 2. Pontif. fuit in Sanctorum numerum collocatus.

Vallis Vm-
brose.

Cisterciensium (vt historiographi volunt) fuit auctor Robertus Abbas Abbatie Molismensis; que Congregatio, à Monasterio primitus edificato, in quadam loco Cistercio dicto, tale nomen sumpsit: & post paululum temporis interualum, à Diuo Bernardo, Claraullense Abate, sua doctrina, ac morum sanctitate adeò fuit illustrata, & sanctis institutis imbuta, vt meritöeius fundator posset appellari. Qui migravit ad Dominum, anno salutis nostræ 1154. siue 1194. sub Eugen. 3. Summo Pontif. & hęc Congreg. D. Benedicti Regulā obseruat.

Cister-
ciensi.



Cartusiæ. **C**artusiensium, siue Certusinorum, Diutus Brunus Alemanniæ, nobilis ciuitatis Agrippinæ, siue Colonie, cum aliquibus alijs eius Socijs, auctor fuit, in quodam loco, nominato la Certosa, in territorio Granobiæ sito, anno Domini 1084, tempore Victoris 3. Sum. Pontifi. à quo loco Certosæ, Certusini postmodum nuncupati fuere; qui Sanctissimus Brunus ædificata postmodum, amplissima illa Abbatia in Prouintia Cabriæ, in Squillacensi territorio sita, migrauit ad Dominum anno 1101. in Cathedra Petri sedente Pascale 2 & anno 1520. à Papa Leone X. in Sanctorum num. fuit ascriptus.

camaldul. **C**amaldulensem Congregationis fuit institutor, & caput, B. Romoaldus è Ciuitate Rauennæ oriundus, anno salutis 904. quæ Congregatio ex famosissimo illo Conuentu Camalduli, in territorio ciuitatis Aretij, Prouintiæ Tuscicæ, ab ipso B. Romoaldo ædificato, nomen accepit Camaldulensis; & Regulam S. Benedicti obseruant.

Qui Romoaldus floruit multis miraculis clarus, anno à Virgineo Partu Millesimo, ac ætate annorum 120. ex hac luce discessit in Valle Castræ Marchiæ Anconitanæ.

S. Hierony. & Pisa. **C**ongregatio Eremitarum S. Hieronymi è Pisa, originem habuit à B. Petro de Pisa, nobilissimæ prosapiæ, de Gambacorta, anno Domini 1380. quæ Congregatio Eremitarum S. Hieronymi vocari voluit, tūm ob incredibilem devotionem, quām semper in suo pectore gestauit erga hunc sanctum Ecclesiæ Doctorem Hierony. cùm etiam, ut hoc nomine insigniti, illius vestigia sectari, eius discipuli coharentur.

S. Hierony. Hispan. **C**ongregationis Eremitarum S. Hierony. Hispaniarū Fundator, seu potius Reformator fuit, & Rector, Doctissimus quidam Lopus de Olmeto, Hispanus; qui in Urbe. Ecclesiæ S. Alexij in Monte Auentino sita, à Summo Pontific. obtinuit, ac faciendi, seu potius reformandi huiusmodi Congregationem impertravit; eisq; quandam Regulam, ab operibus S. Hierony. collectam, obseruandam tradidit. Vel, vt aliqui alij volūt, Congregationem istam habuisse principium ab Eusebio Cremonensi, glorioissimi Hierony. discipulo, cuius creditur vestigia sequi Monaci de Guadalupe Hispan. sed potest esse, quod isti essent reformati à supradicto Lupo, & diuisi ab ista Congregatione. Discelsit ex hac vita Lopus anno 1433. anno 3. Eugen. 4. sepultusq; est in dicta Ecclesia S. Alexj.

Ordo

Ordo Cælestinorum, originem habuit, & nomen à Sanctis Cælestiis.
simo Petro de Morrone, dicto Papa Cælestinus V. creato
anno Domini 1296. In quodam Monte propè Ciuitatem Sul-
monam, vocato Magella; confirmationem illius obtinuit à
Greg. 10. Ac è vita discessit, post Papatus renuntiationem
anno 1296. sub Bonif. 8. Summo Pontif. & in Sanctorum num.
fuit collocatus à Clem. 5. anno 17. à suo felicissimo transitu.

Ordo Fratrum Crucigerorum, à Ciriaco Episcopo Hie-
rosolymitano, (qui fuit ille Iudas, qui Crucem Domini
nostræ Sanctissimæ Reginæ Helenæ præmostravit) originem
sumpsit, anno Domini 355. vt due Bullæ Alex. 3. & Alex. 6.
testimonium ferunt: vel (vt Cronica Martiniana, & Sabelli-
ca aiunt) à Cleto 2. post D. Petrum, Summo Pontifice; Et
licet, Ordo istæ pluries fuisset ob ingruentia Bella penitus fe-
rè denastatus, & iterum, atque iterum vigorosius reualida-
tus; Pius tamen 2. Summus Pontif. in Concilio Mantuæ cele-
brato anno 1466. ordinavit, vt fratres illius, habitu coloris
cerulei azurrini induiti pergerent (cùm alio, per prius co-
lore eorum vestimentum esset) ac confirmauit etiam, vt sem-
per præmanibus Crucem gestarent; Ex quò indè In Antea, sem-
per, & Crucem Argenteam, & talis coloris, habitum deferre
consueuere. Ac postmodùm à Pio V. fuit iste Ordo appro-
batus, eorumque Priuilegia confirmata, ac plura alia conce-
sa. vt in eorum Bullis patet.

Et huius Congregationis adest in Hispania, Ordo Hospita-
lium Sancti Antonij Crucigerorum cum Stola: & Sashæ.

Congregatio Redemptionis, sue Mercedis, initium sum-
psit in Ciuitate Barcinonæ in Hispania, tempore Clem. 4.
Summi Pontificis, anno Domini 1264. Quæ redimendi Capti-
uos è Turcarum manibus habent officium, & induuntur ha-
bitu albo, cum Cappa ad similitudinem Carmelitarum, sed in
pectore, à parte dextra, scutum deferunt cum Cruce alba in
campo Rubeo in parte superiori posita, & in parte inferiori,
cum Aragoniæ Regni insignijs.

Ordo Sanctissimæ Trinitatis, (qui idem, vt supradicta
Congregatio Redemptionis habet officium) Princi-
pium habuit à quodam F. Ioanne, in cuius sepulcro posito
in Ecclesia S. Thomæ de Mori, Romæ in Monte Celio, ubi hu-

Iusmodi fratres habitant reperiuntur inscriptæ infra scriptæ
litteræ anno Dominicæ incarnationis 1197. Pontificatus ve-
ro D. Innocentij 3. anno primo, 15. Calend. Ianuarij. Institu-
tus est, nutu Dei, Ordo Sanctissimæ Trinitatis, & Captiuarum,
à Fratre Ioanne, sub propria Regula sibi ab Apostolica Se-
de concessa. Sepultus est idem Fr. Ioannes in hoc loco, anno
Domini 1213. Mense Decembri 21. e quibus, & fundatoris,
& temporis fundationis eius habetur cognitio, Indumentum isti
habitu toto albo, cum Cruce quadam in pectore Azurrea &
Rubea.

Congregatio Clericorum Regularium, vocati Theatini,
originem habuit, à Domino Petro Carrafa Illustri Do-
mino Neapolitano ; qui Episcopus Theatinus à Julio 2. crea-
tus, Episcopatui postmodum renuntiavit, ac cum tribus alijs
nobilissimis viris, voto solenni factò obseruandi tria illa, quæ
alij Religiosi vovere solent, ante Principis Apostolorum Al-
tare in Ecclesia eiusdem, Romæ anno nostræ salutis 1528. tem-
pore Clement. 7. Theatinis Patribus initium dedit; qui ab ip-
so Episcopo Theatino, Theatini sunt appellati: verum quia
(hac Congregatione principiata) fuit poste à Paulo 3. Car-
dinalis factus, & post mortem Marcelli, Summus Pontifex ele-
ctus, & Paulus 4. appellatus; Ideò à multis etiam Paulini sunt
vocati; sed vniuersalius, Theatini.

Congregatio Clericorum Ministrantium infirmis, hisce
nostris temporibus sumpfit exordium ab admodum R.
P. Camillo de sellis Theatinens. Dicces. anno à Virgineo Par-
tu circiter 1584. qui cum quibusdam eius Socijs P. scilicet,
Francisco Propeta. P. Bernardino Norcino. P. Curtio Lodi, &
P. Blasio de opertis, huius Congregationis obtinuerunt ap-
probacionem à Six. V. Summo Pont. anno primo sui Pontific.
& nostræ salutis 1586. vt in eius Bulla apparet: Ac postmo-
dum à Greg. 14. anno Domini 1591. fuit innumeris decorata
gratijs, Indultis, ac Privilegijs, vt in Bulla illius qui pro gre-
gis Dominic &c. fusus est videre; & nos infra, in tractatu
Compendij de ea pluribus in locis dicemus. Qui P. Camillus
adhuc viuit, & est Praefectus Generalis prædictæ Congrega-
tionis, maxima cum eius, ac suorum laude, animarum salutæ,
Congregationisq; profectu.

Con-

Congregatio Clericorum Regularium ut Minorum principium habuit in hac Ciuitate Neap. ab admodum R. P. Augustino Adorno Iauense cum aliquibus eius socijs, videlicet, Ioanne Francisco, & Fabritio Illustris, Familia Caracciolorum. Sub Six. V. Summum Pontifice, anno Domini 1589. Fuitq; postmodum confirmata à Greg. 14. & à S. D. N. Clem. 8. Ac Priuilegia Patrum Theatinorum fuerunt ei concessa, & per consequens omnium aliorum Mendicantium per viam participationis. Et iam in hac Ciuitate Neap. Sacratissimum, & Antiquissimum Templum Sancte Mariæ Maioris, in continuis ferventissimis orationibus, alijsque carnis mace rationibus, summa cum eorum laude, ac proximorum salute inhabitant. Qui quidem P. Augustinus Neap. biennio fere post supradictæ Congregationis foundationem, Sanctissimo fine quieuit.

SVBMONITIO AD LECTORES.

BT hæc sic breuiter, pro enucleatione fundationis, & Originis supradictarum Religionum, ac Congregationum, dicta sufficiant; seruato semper maiore quo dignæ sunt honore, & laude à facundioribus alijs, & eruditioribus, vt decet explicando. Nihilque ex huicmodi illarum relatione, seu prius, vel posterius fortè collocatione, suis Præcedentijs, vel Dignitatibus, nigredinis, sive degradationis apponere, meum vñquam animum fuisse. Nullus quæso suspicetur: Sed me potius, vel ad eum ordinem obseruandum, quem in Bullis, in supradictarum nonnullarum Religionum nominatione, seu collocatione reperi; vel ad declarandum tantum, vt cumque breuiter potuissēm, principalem circa hoc supranotatum intentum, simplicem, scilicet, earum fundationis, & originis dandi notitiam, simplicissima intentione vacasse. Licet enim illarum aliquæ, posteriores tempore, fuerint à me ante alias per prius fundatas collocatae; Hoc tamen non fuisse factum scias, candidissime lector, pro eorum fundationibus; sed quia tali ordine, illarum Aliquas, Sūmis Pontificibus in suis Bullis placuit numerare, seu disponere, & Alias, principaliter inter quatuor Mendicantium Ordines aggregare. Quæ, cùm quoad hoc videātur aliquid plus, quam

Quæ sunt alia, quæ sunt participantes tantum, cum illis connexionis
Seru. B.M.
S. Franc. à
Paula. So-
ciet. Iesu.
S. Hieron.
Iesuat.

habere; Quid mirum, si sicut viciniores, aut propinquiores
(ut ita dicam) in eorum participando Priuilegia; ita & in
Ordine, etiam viciniores sint collocatae? Omnia ergo quælo,
qua ego motus fui animi sinceritate, & vos accipite, Deumq;
pro me Omnium vestrum seruo indignissimo, Orate.

Distichon.

*Accipe quæ potui: sed non quæ posse volebam:
Pectora contuitus: susstolle ad celsa polorum.*



INDEX

SEQVN'TVR NOMINA SVMMO-
RVM PONTIFICVM, QVI SVCESSIVE
 præfuerunt Ecclesiæ Romanæ à tempore , quo fundati sunt
 Ordines Fratrum Minorum, & Prædicatorum: quorum Pon-
 tificum Plures immò ferè omnes, multa, vel saltem, aliqua
 concesserunt Fratribus Minoribus, & alijs Mendicantibus,
 prout in hoc Compendio liquidò appetet .

Et in margine apponuntur anni eorum Coronationis, & Obitus.

<i>Anni Coronationis.</i>	<i>Anni Obitus.</i>	<i>Anni Coronationis.</i>	<i>Anni Obitus.</i>
1198 Innocentius 3.	1216	1404 Innocentius 7.	1506
1216 Honorius 3.	1227	1409 Alexander 5.	1409
1227 Gregorius 9.	1241	1410 Ioannes 23.	1415
1241 Celestinus 4.	1241	1417 Martinus 5.	1431
1242 Innocentius 4.	1254	1431 Eugenius 4.	1447
1255 Alexander 4.	1261	1447 Nicolaus 5.	1445
1261 Urbanus 4.	1264	1455 Calixtus 3.	1458
1265 Clemens 4.	1268	1458 Pius 2.	1464
1271 Gregorius 10.	1275	1464 Paulus 2.	1471
1275 Innocentius 5.	1276	1471 Sixtus 4.	1484
1276 Adrianus 5.	1276	1484 Innocentius 8.	1493
1276 Ioannes 21.	1277	1492 Alexander 6.	1503
1277 Nicolaus 3.	1280	1503 Pius 3.	1503
1281 Martinus 4.	1285	1503 Iulius 2.	1513
1285 Honorius 4.	1287	1513 Leo 10.	1521
1288 Nicolaus 4.	1293	1522 Adrianus 6.	1523
1293 Celestinus 5.	1294	1523 Clemens 7.	1534
1294 Bonifacius 8.	1303	1534 Paulus 3.	1549
1303 Benedictus 11.	1303	1550 Iulius 3.	1555
1304 Clemens 5.	1313	1555 Paulus 4.	1559
1316 Ioannes 22.	1334	1560 Pius 4.	1565
1334 Benedictus 12.	1342	1566 Pius 5.	1572
1342 Clemens 6.	1352	1572 Gregorius 13.	1585
1352 Innocentius 6.	1362	1585 Sixtus 5.	1590
1362 Urbanus 5.	1371	1591 Gregorius 14.	1591
1371 Gregorius 11.	1378	1592 Clemens 8.	
1378 Urbanus 6.	1389		
1389 Bonifacius 9.	1404		

DIVISIO OPERIS.

*C O M P E N D I V M H O C
diuiditur in duas partes: in Primam, vi-
delicet, et Secundam.*

Prima pars protrahitur, usque ad verbum Indulgentia, exclusuè.

Secunda verò, usque ad verbum Votum, inclusiue.

Et post hanc partem, quedam ponuntur Bullæ,
cum quibusdam alijs annotationibus, & be-
nictionibus, ac alijs; ut ibidem est videre:
Sciasq; etiā in principio uniuscuiusq; istarum
partium, apponi primo Indicem alphabeti-
cum, dictionum, seu verborum. Ac dein-
de, alium indicem rerum notabilium, quæ in
tali parte continentur. Postremo autem ca-
stigatio errorum, qui Calchographi incuria
contigerunt.

DICTIONARIUS

INDE X.

ALPHABETICVS

Prima Partis.

A	Bbas.	fol. 1	Committare.	207
	Abbatissa.	2	Concep̄tio B.M.Virginis.	208
	Abiolutio ordinaria, quoad fratres.	Concilium.	213	
	Absolutio extraordina, quoad Fratres	6	Concordia	216
	Absolutio quoad seculares pri- mō.	Cōfessiones, & cōfessores.	217	
	Absolutio quoad seculares se- cundō.	33	Confirmatio Pr̄latorum.	226
	Accedere ad Monasteria Mo- nialium	Consecreare res Ecclesiast.	226	
	Alienatio bonorum	44	Conseruatorēs Ordinis.	227
	Altare	Conueniri in Iudicio.	231	
	Appellare.	55	Conuentiones	233
	Apostata	Conuentuales Frātres.	234	
		92	Correctio Fratrum.	239
		107	Corporalia.	244
		112	Credo.	244
		113	Cruciata	245
		115	Custodes Fratrum	264
			D	
B	Aptizare.	130	Ecimæ.	266
	Benedicere Ecclesiast.	131	Declarare, & determina- re.	
	Bona.	137	371	
	Bulla Cœnæ	339	Dare.	273
			Dispensatio.	289
			E	
C	Anonica portio.	141	Cœlesia Frattum.	301
	Capitulum generale, & prouinciale.	147	Edificare.	310
	Casus reseruati.	148	Egredi ex Ordine, vel Mona- sterio.	3
	Celebratio diuinorum.	153	Eijcere, seu expellere ab O- dine.	3
	Censura Ecclesiastica.	153	Electio.	3
	Clausura Monialium.	172	Eleemosyna.	3
	Commissarij Fratrum	183	Episcopi.	33
	Communicatio Priuileg.			
	Communicare.			

Eucharistia.	334	Gradus Scolastici.	378
Exactions.	335		
Excommunication.	336		H
Exempti Fratres particula-			
res.	351	Abitus Fratrum.	380
Exemption.	354	Hæredes, & Hæredit.	385
		Hæresis, & Hæreticus.	392
F			I
Familiares Fratrum.	366		
Feriae.	368		
Feititutas.	370		
Francis. Pater Seraphicus.	370	Eiunium.	393
G		Impetrare literas Apost.	394
Generalis Ordinis.	371	Imprimere libros.	395
Glor. in Ecclesiis Deo.	376	Incarcerare Fratres.	397
Guardianus.	376	Incorrigitibiles Fratres.	ibid.



INDEX

INDEX RERVM OMNIVM NOTABILIVM,

*Quæ in Prima, & Secunda Parte huius
Compendij continentur.*

Ac per easdem Alphabeticas Dictiones procedetur; & p.p. partem primam, & p. 2. partem secundam huius Compendij designabit, f. folium.

ABBAS quomodo, & quando potest conferre Minores Ordines, p.p. f. 2. A.

Privilegii omnibus, concessis Abbatibus Ordinum Monachalium Prælati Fratrum Minorum, aliorunque Mendicantium, possunt uti per communicationem Privilegiorum, p.p. f. 1.

Abbatissa.

ABATISSÆ electioni, plura debere concurrere, per nonnullos præcedentes summos Pontif fuerūt ordinata, videlicet, ut electio Abbatis pertineret ad Conuentū. ut in §. 1. & ut nulla Monialis ad electionem concurreret, nisi 12. annorum esset professa; et ne posset eligi, nisi per 30. annos esset professa; ut in §. 2. Et quod per annum immaturaret in officio, & de renuntiatione officij, & clauis, facienda. §. 6. & 9. f. 3. Abb. ut orrectio, in visita, seu deposit. off. à visitatorib⁹ facienda, ibi. f. 5. B Nec Abbatissa, nec oēs aliæ Moni possunt aliquā in Relig. recipere; nec Capellani, absq; expressa licetia Provincialis, aut Visitatoris, f. 3. §. 8. Sed quomodo nunc per Conc. Trid. sit facienda electio Abbatisse, f. 4. D.

Abbatisse in uita, fuerunt reducēt à Greg. XIII. ad triennium; quo triennio finito, omni carere debent regimine, & auctoritate Monasterij, per triennium; quo elapsō pluries eligi potest. ibidem, f. 5. A. Tēpus iuscipiēdi habitū puellis Deo dicādis, ac exploratio earu voluntatis, et pena cōtra illos, q̄ eas cogerēt ad intrādū, uel exēdū ē Mona. f. 5. B Puellis Novitij Ord. S. Domin. fuit concessum, ut possent in articulo mortis professionem emittere. ibidem, f. 5. C.

Vt Præter ordinarium Confessorem concedatur eis alias extraordinariis bis, aut ter in anno. ibidem. D.

Ordo ad induendum Novitiam, habetur in fine Compendij, f. 28.

Abbatisse & Veli Benedictio, habetur ibidem, f. 33. & 35.

Absolu-

I N D E X.

Absolutio.

Pro Mendic.

Absoluere Fratres ab Excom. pro iniectione manuum im se ipsos, aut alias excommunicatos, uel alijs censuris, & panis suppositos p. p. f. 6. §. 1. D. & f. 7. §. 7. E. Et quibus Prælatis ista facultas concedatur, f. 8. D. & f. 10. B. & f. 15. §. 23.

Sed quomodo talis facultas nunc sit intelligenda: vide f. 23. C. & 28. D. Absoluere Nouitios à quibusunque peccatis, & censuris quomodo possint Prælati Ordinum Mendicantū: habetur ibidem, f. 7. et 10. B. Et plenius declaratur in uerbo Nouitius, in p. 2. f.

Absolui possunt Prælati à Fratribus, quos in confessores sibi elegerint à censuris, ac dispensationis beneficio potiri. ibidem, f. 8. B. et f. 9. §. 8. E.

Pro Fratrib.
Ord. Minorū

Amplissima facultas concessa Prælatis Ord. Minorum absoluendi suos Fratres, Professos, vel Nouitios, ac Tertiarios, & familiares, eisque Sacra menta ministrandi, f. 10. §. 10. & f. 12. §. 14.

Resolutio
Cōcessiōnū

Sed licet tali possint facultate gaudere, oportet, ut singulis septimanis, per statutum unius anni, dicant 7. psalm. paenit. ut ibidem. E. Quomodo tamen hoc intelligatur. vide f. 25. D. & in p. 2. f. 8. E.

Pro casibus
reservatis.

Resolutio sumaria. seu Epilogus omniū Cōcessiōnū in mate Absolutiōnū quoad Fra. Mino. Speciālē iū, habetur, f. 19. §. 38. E. Sed melius f. 8. §. C.

Absolui à casib⁹ reser. Minist. est prohibitū Fratr. Adeò, ut nec virtute Bullæ iuruc. nec aliarū indulg. id possint f. 13. §. 15. B. & f. 15. §. 21. Idem prohibuit Pius V. Fratribus, & Monalibus Ordinis Prædicatorum. f. 15. §. 21. & f. 32. E. & Fratribus Augustinē. f. 25. B.

Absoluendi facultas a casibus contentis in Bulla Cœna, concessa ab aliquo Pontifice, expirare demonstratur cum morte concedentis; & datur cantela Procuratoribus Ordinum, ut quolibet anno transfacta die Ionis sancti obtineat confirmationem Privilegorum, ac absoluendi ab illis casibus ibi reservatis, f. 12. B.

Absoluendi, ac dispensandi facultas, in quibus Prælatis Ordinis Mino. Regul. Obseru. sit hodie, declaratur, f. 21. A.

Et utrum talis facultas, in dictis Prælati sit ordinaria, uel delegata, ibidem. D. melius declaratur, f. 26. B. & f. 72. E.

Pro iniectione
manuum.

Absoluendi habens auctoritatem actiuam, vel passiuam, à Generali, uel Provinciali, quantum se extendat, f. 27. E.

Absoluere debebat Episcopus tempore antiquo Fratrem percutientem aliquem cleric. secularē; uel si percussus esset alterius Religi. debebat absoluere Prælatus percussi; sed hodie non obseruatur, f. 28. D. et 29. A.

Sed an posset illū, Episc. denūtiare excomm. vide sup. in uerbo Exēptio. Percutientes se adiuicem, an alter alterum possit absoluere. ibidem. E.

& quid

I N D E X.

- & quid obseruandum, quando percutiens est Prelatus?* ibidem.
- Absolutiones*, seu alia Sacra menta Monialibus S. Claræ, & Seruitri ci bus earum impendere quomodo, & quando possint Confessores ipsarum Monialium, f. 11. B. & f. 30.
- Absoluendi, ac dispensandi latissima facultas concessa Prelatis Ordin.* Pro Ordin. Prædicat.
- Prædic. suos Fratres, ac Moniales, etiam per manus violente iniectionem, habetur, f. 17. §. 31.*
- Et quod possint Absoluere sicut poterant ante restrictionem Bullæ Aureæ, §. 33. & 34.* Pro August.
- Augustinenses Fratres Lombardæ, nec ab Apostolicis Legatis, nec à Penitentiariis, & alijs possunt à casibus resernatis absoluiri, nec confessionalibus uti, absque suorum Prelatorum licentia, f. 18. §. 36.*
- Absoluendi, ac dispensandi, & vota commutandi Amplissima facultas à Greg. XIV. concessa Clericis Regul. Minist. Infirm. f. 27. C.* Pro Ministr. Infir morū.
- Absoluiri semel tantum ab omnibus resernatis, excepto falsificationis litterarū Apostolicarū criminis, fuit concessum Minor. Obser. f. 33. §. D.* Pro omnib. Minoribus.
- Et etiam in Articulo mortis, & Indulgent. Plen. omnibus Fratribus Minoribus, & Novitiis, f. 33. §. 2. E. & f. 37. §. 6.*
- Absolutio, et dispensatio plenaria, et Ampliss. semel in vita, pro pfessis, Novitiis, & Conuersis, f. 34. §. 3. et. §. 5. ad quā gaudēdā ait Collect. opus est dicere 7. psalm. singulis septimanis vnius anni, f. 35. A.*
- Absoluendi facultate, quam habent Provinciales, à censuris, carent Custodes, nisi specialiter eis à Ministris committeretur, sed per communicationem Privilieg. Fratrū Prædicatorū bene possunt, f. 13. A.* Pro Monia.
- Absolutiones quatuor plenissimæ, & Benedictio Papalis Monialibus S. Clarae concessa, f. 37. §. 7.* S. Clarae.
- Et aliae Absolut. Pleniss. pro multis festiuitatibus eis similiter concessæ, §. 8. & 9.*
- Absol. plen. pro die S. Catharinae Fratr. Mino. obser. concessa. §. 10. D.*
- Resolutio, seu Epilogatio supradictarum Concessiorū habetur, f. 38. E. Resolutio.*
- Et quod supradicta Absol. Plenar. non possunt fieri absque licentia Prelatorum, f. 39. A. & quomodo hoc intelligatur, f. 41. D.*
- Formulæ quædam ponuntur Absolutionum plenar. prædictarum, f. 40.*
- Aliæ Formulæ ordinariae facienda pro absolut. à peccatis, pro reconciliatiōne, p. dispensatione, etc. ponuntur infra, in fine cōpēd. post Bullas, f. vlt.*
- Absolutiones, & Indulg. Plen. pro mortis Artic. concessa Monachis S. Bened. Obser. Carthusiens. & S. Hieron. f. 41. §. 11. 12. 13.* Pro Monachorū. S. Benedicti Obser. Carthus. & S. Hieron.
- Forma absolutionis ab excommunic. maior. ponitur in verbo Excommun.*
- Forma Absolutionis amplissimæ danda Fratr. in mortis agone, f. 43. C.*
- & aliam habet post Compendium, f. 54.*

In Ab-

I N D E X.

- In Absoluēdis excomm. in foro conscientie, nō tenētur Fratres Mino.*
obseruare formam, quæ in publicis absol. obseruatur, f. 46. §. 13.
- Pro Fratrib^p Minimis.** *Absoluendi facultas ab omnibus, à quibus potest Diœcestanis, concessa Fratribus Minimis, an extendatur ad seculares, uel ad Fratres tantum, f. 53. B.*
- Pro Societ. Iesu.** *Absoluendi, & dispens. & vot. Commut. amplissima facultas Patribus Societ. Iesu à Paulo 3. Data, f. 53. E. Et possunt absoluere condemnatos ad tritemes ab omnibus casibus, ut in Artic. mort. ibid. D. Et etiam bona naufragantium recipientes.*
- Et dum sunt Itinerantes amplissima etiam eis datur facultas, confessio-*
nes in quois loco audiendi, & Prædicandi, f. 54. B.
- Quibus Privilegijs gaudent etiam omnes Mendicantes per communica-*
cationem, f. 54. B.
- Prohibitio facta Præd. & Minor.** *Absoluere à quibusdam casibus Episcopo, de Iure, & consuetudine reseruatis fuit interdictum Fratribus Prædic. & Minor. f. 55. §. 1.*
- & f. 56. §. 7. & quinam sint casus Episcopo de iure reseruati, espli-*
cantur, f. 57. §. 13.
- Notandum, quod facultates illæ absoluendi recipientes pedagia ab Ec-*
clesiasticis, & intrantes Monast. Montalium, & alios ibi notatos,
f. 56. & 57. aliter modo sunt dispositæ per subsequentes Summos Pontif. vt dicetur in verbo Ingredi Mon. Mon. & alibi in suis pro-
pruis locis, vide f. 62. A.
- Absoluere ab hæresia, nullus potest præter Papam, f. 30. E.*
- Absoluendi, & dispensandi, Amplissima facultas concessa Monachis S. Benedicti de Obseru. f. 59. §. 16. 17. 18. & 19.*
- Circa quam, multa notanda ponuntur, f. 74. E.*
- Absolutio sacramentalis, an debeat dari de peccatis confessis tantum,*
vel etiam de oblitis. vide f. 64. C.
- Resolutiones quædam nostræ notabiles in materia Absolutionū quoad Fratres, & quoad seculares, habentur, f. 65. A. que consistunt in his capitibus, videlicet.*
- Primo, de auctoritate quam Prælati Religionum habent in foro cō-*
scientia cum suis subditis, f. 65. A. Et quod ista Auctoritas sit tā-
ta, quanta est Episcopi cum suis, f. 66. A.
- Secundò, quomodo talis auctoritas sit intelligenda, ac secundum Conc.*
Trid. & Bullam Cœna Domini modificanda, f. 66. E.
- Tertio, de auctoritate amplissima, quam ipsi Regulares Confessores ab Ordinario approbati, erga seculares habent, f. 73. C.*
- Quarto, in quo talis Auctoritas à Conc. Trid. Bulla Cœna, alijsque subsequentibus Summis Pontif. sit derogata, & in quo non, f. 79. B.*
5. Qua-

INDEX

3. Quales esse debent Confessores, ut talibus possint riti Triuili. f. 81. E.
In quibus capitibus quamplurima notabilia discutiuntur.
- Absoluendi facultas a casibus reseruatis concessa, non comprehendit Censuras, nee Votorum commutationem. f. 72. D.
- Absoluere ab excommunicationibus a iure, & etiam ab homine latis Episcopo reseruatis, quando possint Confessores. f. 76. B.
- Absoluere excommunicatum nominatum, quomodo, & quando possint Confessores Mendicantes. f. 76. D.
- Absoluere a casibus reseruatis in Bulla Canæ, nemo potest, quousque a riuente Pontifice Triuilegia fuerint confirmata. f. 81. D.
- Absoluere a casibus reseruatis Episcopo, quomodo, & quando possint Confessores Mendicantes. vide. f. 79. E.
- Et ralidissimis rationibus demonstratur, non posse ex verbis Conc. Trid. deduci, eos non habere talem facultatem ab illis absoluendi. f. 80. A.
- Sed bene eis prohiberi per Sacr. Congreg. Card. f. 81. A. & eius Decisio adducitur. f. 150. C.
- Et comprobatur per quoddam responsum datum ab eadem Congr. Card. Domino Alfonso Episcopo Caiet. ibidem. f. 150.
- Eximuntur tñ ab hac prohibitione Confessores Societatis Iesu. ut f. 81. D.
- Sed vide quid dicat eadem Cong. circa hoc. f. 150. E.
- Resolutiones supradictæ Absolutionum, epilogantur in summa, ut facilius omnes meti teneantur. f. 88. C. Vbi breuiter epilogatur, quid possint, & non possint Prælati cum suis subditis, & Confessores cum secularibus penitentibus.*
- Absoluere posse a suspensione a Diuinis, an, & quando comprehendat dispensare in priuatione, & inhabilitatione officiorum. par. 2. in verbo ingredi Monast. Mon. f. 145. A. & D. (legata.)
- Annuo redditus an possint acceptari a Fratrib. Min. vide in 2. p. in verb. Anniversaria defunctorum, vel alij anni redditus indirectè Fratribus relicita an possint a Fratribus haberi. ibidem.

Accedere ad Monasteria Monialium.

Accedere ad Monasteria Monialium, quomodo, & quando possit, & a quibus Prælatis possit dari licentia ex iure communii, & ex Triuilegijs antiquis. vide f. 92. vsq; ad 95. & f. 96. ponuntur a Collectore quædam utiles annotationes. Sed pro illarum declaracione, videnda est Annotatio Cordubæ, ubi ad longum multa declarat. f. 101. Sed plenius vide in Annotatione nostra in verbo, Ingredi Monast. Mon. parte 2. f. 134, ubi declarantur Motus Pij V. & Greg. 13.

Pro casib⁹
reseruatis.

Accessus.

INDEX

- Accessus ad loca extiora Monialium, an sit nobis prohibitus ex vi Regulae nostra, vel per Papam. f. 101. D. E.*
Accedendi ad Monast. Monial. S. Claræ concessiones date, extenduntur ad Monast. aliarum Monial. & quando hoc erit. p. p. f. 103. B.
Dare licentiam Fratribus hospitibus accedendi ad Monast. Monial. An possit Prælatus hospitis, rel loci? ibidem. f. 103. D.
Adeuntes Regulares ad Monast. Mon. absq; Episcopi licentia, incidunt in pœnam excōmun. ab ipso lata; si tamen poterunt excōicari, & non sint exempti, & tunc à quo debent absolvi? vide ibid. f. 107. B.

Alienatio Bonorum.

- pro Fratri bus Mino.* **G**eneralis Fratrum Min. pót tollere quascunq; superfluitates è locis, & illas rendere, vel commutare facere. fol. 107. & eadē facultas data fuit Syndicis, & Procuratoribus locorum, ut ibid. f. 110. C.
Sed quomodo, & quādo huiusmodi Alienationes possint reuocari, iuxta dispositionem Concil. Trid. ibidem. E.
Frates autem nec possunt vendere, nec impignorare. f. 108. B.
Prohibitio à iure communis facta, circa alienationem, seu ad vitam concessionem rerum Monasteriorum, omnibus Regularibus. ibid. §. 3.
Excoīacio contra concedentes Bona Ecclesiast. ultra trienniū. ibid. §. 4.
Licentia permutandi bona Monasteriorum Monial. S. Clara ipsi Mon. & Tertiari. concessa f. 109. §. 5. & 6.
Facultas Fratribus Minor. concessa, & Mon. S. Clar. & Tertiari. ibidem.
Ordinis Prædicatorum Magistro Generali, & Prauinciali, datur etiam amplissima facultas, locandi, seu alienandi, &c. Bona Monasteriorum, cum aliquibus tamen condit. requisitis. f. 111. A.
E. & Mon. S. August. Congreg. Galinen. **E**t idem fuit concessum Fratribus, & Monial. S. August. sed cum alijs additamentis, circa dare illa in emphiteosim. ibidem. D.
Congregationi Cassinensi. Pius 5. concessit posse alienare Bona eorum, usque ad quinquaginta millia scuta. ibidem. E.

Altare.

- P**oterant prius Fratres celebrare super Altare portatili, absq; licetia Prælaturum, std nunc secus est obseruandum per Concil. Trid. p. p. fol. 112. §. 1. 3. & 4.
Primarium lapidem ponere in Oratoria, & Ecclesiæ consecrare, quando poterunt fieri faccre, ab alio quam à Diœcesano. ibidem. §. 2. B.

Appellare.

- C**orrectiones, & punitiones Fratru delinquētiū, rimulis iuris postpositis fieri debent, nec ab ijs punitionibus appellari poterant. f. 113.
§. 1. & 3.

Et

INDEX

Et quid intelligatur per rimulos iuris, & quando poterunt illi postponi, & quando non. f. 114. C.

Et contra se in talibus Appellationibus interponentes, adest excommunicatione, ibidem. §. 2. & 3.

Sed modo est permitta Appellatio, & prescribitur modus à Sacr. Congreg. Card. à Greg. 13. & à Sixt. 5. f. 114. A.

Contra appellantes se ob alicuius officij Depositionem, ibid. D.

Apostatae ab Ordine.

Excommunicantur omnes dimittentes habitum, & illos detinentes.
f. 115. §. 1. 5. & 22. Et ut euitentur ab omnibus. §. 4. 8.

Ei cleri, aut expulsi ab Ordine, prohibentur, prædicare, docere, aut Confessiones audire, ibidem. §. 2. & quod Prælati possunt contrasacientes excommunicare. §. 11. *Iesus est in Societ. Iesu.* f. 125. E.

Et quid circa hoc iubet Conc. Trid. vide. f. 125. E.

Conceditur Prælati Ordinis Min. Apostatas suas excommunicare, capere, ligare, etc. in quoconq; habitu, & loco reperiatur. §. 6. & qui Prælati hoc possunt facere. f. 116. §. 8. 9. 10. 11. 14. 30. & f. 125. C.

Condicio obseruanda quando datur à Prælati licentia alicui transeundi, ad ordines S. Bened. vel Cartusiens. §. 7.

Conceditur Prælati Ordinis Carmelit. quod possint promulgare sententiam excommunicationis contra detinentes Apostatas, siue illi sint Clerici, siue layci, qua est magna facultas. f. 117. A. & 122. A.

Contra eos, qui habita licentia transeundi ad alios Ordines, statim non transferint. §. 9.

Ei cleri, siue licentiati ab ordine F. Min. petita, vel non petita licentia, in illis ordinibus, ad quos træsierint, oī dignitate, et officio sunt incapaces. f. 119. §. 13. *Et vide determinationā Conc. Trid. f. 126. et 127. A.*

Nullus ex ordinibus Mendic. potest transire ad alios Ord. prater Cartusiens, sub pena excommunicat. §. 15. & f. 127.

Contra Conuentuales, & Obser. Fratres fugitiuos recipientes. §. 16. *Et quod nullus Frater recipere tur in Conuento, absq; licentia in scriptis sui Superioris.* §. 17. & 20.

Copiosa prouisio contra Duces, & Principes, sauentes Apostatis, alijsq; inobediētibus Ord. Carmel. §. 18. *Et quod Prælati ipsius Ord. possint illos carcerare, torquere, sed hoc, qua cautela debeat fieri.* §. 19.

Amplissimæ facultates concessæ Prælati Ordin. Prædicat. & Augustin. contra eorum Apostatas, & illos retinentes. f. 123, §. 26. 27. & 28.

Epilogus. Collectoris omnium supradiectorum Priuilegorum in materia Apostatorum. f. 124. D.

Quod.

INDEX

- Quod Fratres Minores, & Prædicat. nec causa studij, nec alia quacunque possint extra Conuentus commorari, absq; suorum Prælatorum licentia. f. 122. §. 24. & f. 124. E.
- Decretum Conc. Trid. de recipiendis, vel retinendis Fratribus alterius Ordinis, quomodo sit declaratum à Pio V. f. 126. B. & D.
- Apostata quis vere dicatur. f. 126. C.
- Apostata quando reputatur ex constitutionibus Capuccinorum. ibid. D.
- Pro Medi- De transitu Mend. ad Ord. Monacales, quid statuant iura. ibid. f. 126. D.
- cantibus. An professus propter inopiam parentum possit Religionem exire. f. 127. B.
- Bona acquisita in Apostasia, nunc sunt Cameræ Apostolicæ. f. 127. D.
- & vide Priuilegium vetus circa hoc. f. 140. E.
- Capuccini Capuccinis non licere recipere Fratres de Obseru. sine licentia suorum Superiorum, habetur. f. 127. E.
- Pro Cassi- Priuileg. Casinens. ne eorum Monachi in quoq; aliorum Ordine pos- nens. sint recipi, etiam occasione æstioris ritæ, absq; consensu Cap. Gener.
- & maioris partis visit. sub pæn. exc. Et an hoc Priuileg. sit limitatum per Conc. Trid. vel per Cap. licet, de Regularib. vide fol. 127. E.
- Legitimè transiens ad aliam Religionem, tenentur ibi tacitè, vel expressè profiteri illam, & quod ex his quæ habet nihil secum asportet. f. 128. B.
- Pro Socie. Amplum Priuileg. concessum Soc. Iesu contra eorū Apostatas, & quod nemini eorum post emissa vota liceat ad quacunq; aliam Religionem transire, præterquam ad Cartus. nisi de expressa Super. licentia, sub pœna excom. fol. 128. C. D. E.
- Et licentiam habentibus transeundi, sunt taxatae quædam conditiones obseruandæ. f. 129. A. B. Quæ conditiones non possunt ab alijs Regularibus participari. ibidem. C.
- Pro Mini- Clericis Ministris infirmorum idem ferè est cōcessum, ut in eorum Bul labetur Greg. 14.
- ftsis Infir. Ordini S. Hieron. His. est prohibitum ne Fratres illius ad nullus Ordinem, etiam Cartus. transire possint, nisi licentia petita, & obtenta, Generalis Prioris, sub pœna excom. f. 129. D.

Baptizare.

Baptizare in terris infidelium, sicut quodam tempore concessum Fratribus Minoribus, quas Concessiones expirasse ait Collect. & ad hoc adducitur quædam declaratio Cap. Gener. illius, quod dicitur in Regul. Ne fiant compatrios, &c. f. 130. §. 1. & 2.

Benedicere Ecclesiastica.

Benedicere vestes Sacerdotales, Pallia, & Corporalia sicut concessum Fr. Mi. rbi catholicorum. Eporum copia nō posset haberri. f. 131. §. 1. & omni-

I N D E X.

Et omnibus Sacerdotibus Minoribus Regularis Observantiae est concessum, ut possint omnia indumenta Sacerdotalia, & paramenta Altaris benedicere, exceptis Corporalibus, ibidem, §.4.

Carmelitis amplissima Concessio, circa benedictionem Cœmiteriorum, ProCarmel.
& Altarium consecrationem, oleiq; Sancti receptionem: quando eorum dioecesani id recusauerint facere, vel eorum presentia haberi non posset, ibidem, §.3.3. & 6. & quod idem possint Fratres Prædicatores, f.135.

Augustiniensibus idem est concessum, f. 132. §.9. & 10. Augustin.

Generalis, & Prouinciales Fratrum Minorum possunt benedicere Corporalia, f. 132. §.7. Benedicere Corporalia.

Augustiniensium Vicarius Generalis, & Visitatores possunt benedire Corporalia, ibidem, §.8.

Ordinis Minorum Generali, Prouincialibus, & eorum Vicarijs conceditur posse benedicere Corporalia, & alia ornamenta Ecclesiastica: præter Calices suarum domorum.

Et quod possint Ecclesiæ Cœmeteria, & Oratoria solenni benedictione benedicere, & Ecclesiæ reconciliare, f. 133. §.11. 12. 13. & que dicatur solennis benedictio, f. 136. A.

Latissima Concessio Fratribus Minoribus data est, pro huiusmodi benedictionibus, consecrationibus, & reconciliationibus, ibidem, §.14.

Et quod etiam in requisitis Dioecesanis, possent illa facere, & in §. 15. sed hoc est per Concil. Trid. reuocatum, ut ibidem, & f. 136. B.

Fuit statutum in Capitulo Gen. ut soli Prouinciales possint benedicere Corporalia, sed alia paramenta possint benedicere Prouinciales Custodes, & Guardiani, & non alijs: & illa solùm pro Fratribus, Monialibus, & Tertiarijs: & non pro alijs, extra ordinem, f. 134. C.

Verum quia hoc statutum est antiquissimum, nec potest alias Fratres Minores ligare, ideo standum esse censeo Statutis, vel Consuetudinibus modernioribus vniuersiusq; Ordinis, & an per Statuta generalia possit derogari dispositionibus Pontificis, vide p.p. f. 24. A.
Et an & quando Priuilegium perdatur per non usum, f. 52. B.

Epilogus Collectoris omnium Concessionum supradictarum E.

Benedicere autem Corporalia ad usum etiam aliorum, qui Prælati possunt, & qui ad usum tantum eiusdem Ordinis, & an possint hoc facere Guardiani, vel Priors; & an pro hoc requiratur licentia Capituli Generalis, vide f. 135. B.C.D.E. Vbi recensentur Priuilegia Ord. S. Hieronymi Hisp. S. Iustine, & Augustin. & vide et infra, in verbo Ecclesiæ, in fine nostræ annotat. Ecclesia dicitur esse polluta sex modis, f. 136. C.



Bona

INDEX.

Bona.

Fratres Ordinis Minor. Episcopi facti omni*z* bona in eorum posse reperta statim debent restituere Generali, vel Provincialibus, f. 138, §. 1.

De bonis male acquisitis, & incertis reliktis, possunt eleemosynas recipere Fratres, ibidem, §. 2. & 3. & quid de bonis Novitij incertis, restitutioni obnoxij facere debeant, §. 4.

Ex loco relicto possunt Fratres omnia bona illius, & adficiorum materialiam, preter Ecclesiast., ad alium locum transferre, vel vendere, §. 5. & idem dicitur de locis Monialium S. Claræ reliktis. §. 7.

Contra occupantes, vel damnisantes bona Augustiniens. §. 10.

Alienationis honorum Monialium S. Claræ, & Tertiij Ordinis forma, & modus §. 11.

Bona Apostatarum, tempore apostasiæ acquisita, fuit concessum Praelatis Ordinis de illis disponere, eo modo, ut ibidem, §. 13. Sed nunc sunt Cuneræ Apostolicæ, ut p.p. f. 127. D. & hic f. 141. E.

Bona immobilia possidere fuit concessum omnibus Monasterijs, & Domibus, tam virorum, quam mulierum, etiam Mendicantium, exceptis dominibus S. Francisci Capuccinorum, & eorum, qui Fratres Minores de Obser. vocantur, Conc. Trid. seß. ultima. Tit. de Regul. c. 3. & infra, verbo Legata.

Bulla.

In bullæ cœnæ Domini, quo ad casus ibi contentos, annullantur omnia Priuilegia, & quid quolibet anno, post illius publicationem, sit à Procuratoribus Ordinum obseruandum, vide infra, in verbo Confessio alicuius Pontif.

Aliqua notabilia pro eiusdem bullæ declaratione vide infra, in verbo Excommunicæ.

Bullæ Pij V. & Greg. III. circa ingressum mulierum ad Monasteria religiosorū, & è contra, cum eoru*n* notabili declaracione habetur infra, in z. p. uerbo Ingredi Monast. Mon. in nostra annot. 136.

Bulla cruciatæ vide infra, in uerbo Cruciatæ.

Bulla Sanctissimi Nominis Iesu, licet habeat, ut confratres illius toties quoties possint a casibus Episcopo reservatis absolvi; hoc tamen non

I N D E X.

non posse fieri ostenditur, f. 81. A.B. & f. 151. A.

*Bulla Greg. XIV. pro immunitate Ecclesiarum seruanda moderatio
bulle Sixti V. contra bānitos ponitur in uerbo Ecclesiæ Fratrum, f. 306.*

*Bulla Sanctissimi D.N. Clem. VIII. de largitione munierum, cum eius
declaratione habetur in uerbo Dare, f. 275.*

**Bulla, quæ habentur in fine huius Compendij
vnâ cum quibusdam Benedictionibus.**

Bulla confirmationis Privilegiorum amplissima, facta à Clem. VIII. Confirmationis
bulla I. f. 1. Privilegii.

*In cuius fine ponitur intellectus illius clausulæ quæ nunc in confirmationib
us Privilégiorum solet apponi, videlicet, dummodò sint in usu, & sacrī canonib, & Decretis Sacri Conc. Trid. non aduersantia; & ponitur etiam in verbo Privilégia.*

Intellig. vni
us Clauis.

Bulla Pij V. latissima de exemptionibus ab exactiōnibus, Datij, Gabellis, &c. Mendic. Ord. concessa, cum quibusdam necessariis annotationibus nostris circa illam; ut ibidem, f. 3. bull. 2. & ibi notantur ista præcipue, videlicet.

Quod huinmodi Privilégium ab exactiōnibus nunquam fuit derogatum à Greg. XIII. in extrauag. in tanta ibi f. 8.

Et, quod perseuerates exigere tales prohibitas exactiones non suscipiunt effectum Iubilei, quando erit: nisi illa cessauerint, &c.

Et quomodo absoluti à censuris, &c. uirtute Iubilei, nisi satisfecerint ijs, per quæ censura latæ fuerunt, reincidunt; uide ibi notanda tē pore Jubili.

Et hinc infertur, quām plurimas communitates, & Dominos, adhuc semper manere excommunicatos, non desilentes ab illis, propter quæ erant prius excommunicati.

Ac inuehitur contra imponentes nouas gabellas, aut augentes ueteres, &c. & demonstratur quinam Domini possunt nouas gabellas impoñere, uel impositas augere, f. 9.

Bulla Clem. VIII. declaratoria circa Communionem faciendam in die Paschæ, quod tali precepto satisfiat in partibus Hispaniæ à primo die quadragesimæ per totam Octauam paschæ, bull. 3. f. 11. Pro comun.
in die paschæ

Bulla alia Pij V. prohibitiua, ne Fratres Ordinis prædic. sub quo quis prætextu possint sibi eligere confessorem, & a casibus reseruatis suis superioribus absolvi.

Prohib. ne à
casibus reser
absol.

Ac in ea etiam conceditur Provincialibus ipsius Ord. tota illa facultas pro suis subditis, quam habent Episcopi à Conc. Trid. in foro con-

Prouincia-
lii facultas.

INDEX.

- scientiae cum suis onibus Bull. 4.f.12.
Pro Societ. **B**ulla Pauli III. amplissima concessa Patribus Societ. Iesu Circa facultatem Prædicandi, ac Absoluendi, ibidem, Bull. 5.f.14.
Bulla Pij V. in qua prohibetur Fratribus Capuccinis, ne ad Ordinem S. Francisci de Paula ingrediantur, & è contra f. 15.
Bulla Greg. XIV. contra Fratres reformatos, patrum Conuentualium ne deferant habitum consimilem Capuccinis. Et ibidè interdicitur Capuccinis ingressus ad eos. Bull. 7.f. 16.
Bulla Pij. IV. Continens formam iuramenti professionis fidei. Bull. 8.f. 19.
Bulla Greg. XIII. Ne Prælati, & alii Monasteriorum Monialium curram habentes, in illa ingredi ualeant, nisi in casibus necessariis. Bull. 9.f. 22.
Sed qui nam sint ii casus necessarii, declaratur in uerbo Ingredi Monast. Moni.
Benedictio Veli, & Abbatissæ, ibidem, f. 33. & 35.
Benedictio Corporalium, ibidem, f. 51.

C

- C**amaldulensem initium describitur. in primo f. pag. 8.
Camaldulensis Amplissima Indulg' concessa p. 2. f. 10. E.
Canonicorum Lateranens. & S. Saluatoris Origo. describitur in primo f. pag. 7.
Canonicis Lateranens. Et Casmens. Indulgentia concessæ, ibidem, f. 8.
Carthusiensium Origo habetur in primo f. pagina. 18.
Carthusiensis Indulgentia plenaria concessæ, ibidem, f. 8. & 18. B.
Carthusiensis Absol. plen. concessa in Festiuitate B.M.V. f. 41. §. 12.
Capuccinorum origo habetur in primo f. pagina. 4.
Capuccini obseruant, hospites Frates non posse confiteri, nisi de licentia Prælati illius loci: secùs esset, quādo illi essent Prælati. p. p. f. 28. B.
Capuccinorum obseruatio pro obsolutione impendenda Nonitiis, secundūm ordinationem. S.D. N. Clem. VIII. f. 42. A. & p. 2. in uerbo Nonitus, f.
Capuccini non possunt ingredi Ordinem. S. Franc. de Paula, nec è contra; Nec ad reformatos Patrum Conuentualium; ut habetur in Bullis positis infine huius Compendii, Bulla 6. & 7.f. 15. & 16. & infra in uerbo Recipere.
Capuccini non possunt recipere Fratres de Obseruātia, absq; licentia in scriptis suorū Provincialiū, uide in uerbo Recipere. & sup. f. 127. E.
Capuccini possunt recipere Fratres discalceatos, siue reformatos Hispaniæ. Ut in uerbo Recipere.

Capuc-

I N D E X.

- Capuccini an possint ad aliam transire Religionem, ibidem.
- Capuccinorum Ecclesiae ab Episcopis non possunt uisitari, f. 30.9.
- Capuccini an possint habere annuos redditus directe, vel indirecte eis relictos, vel anniversaria defunctorum recipere, habetur infra, in secunda parte, verbo Legata. Et verbo Paupertas.
- Nec possunt Bona immobilia, & possessiones, (prater hortos, & sylvas) possidere, ibidem, in verbo Paupertas.
- Carmelitarum origo, habetur in primo fo. pagina 6.
- Carmelitarum Generali, Provincialibus, ac Prioribus amplissima facultas concessa in foro conscientiae cum suis Fratribus, ut habent Minores penitentiarij Sedis Apostolica: quæ quanta sit, declaratur p.p. fo. 19. §. 37.
- A hinc similiter amplissima facultas eis concessa, in absoluendo omnes Christi fideles, Ibidem, fo. 49. §. 19.
- Et an per communicationem possint ea uti Fratres Minores, si Carmelitæ ipsi ea non utantur, fo. 51. A.
- Causus occulti, quando dicantur, p.p. fo. 70. D. Et hoc scire dese ruit pro quādō datur in Bullis facultas absoluē i. c dispensandi super occultis.
- Cisterciensium origo demonstratur, in primo fo. pagina 8.
- Clericis Ministris Infirmorum prohibitio facta, ne possint ad alium Ordinem transire, nisi Carthusiens. ut in eorum Bulla à Greg. 14. concessa habetur.
- Censuras latas, seu publicatas solemniter à Prelatis in Ecclesia matrice, debent Fratres, quando fuerint requisiti, in eorum Ecclesiis publicare, & obseruare, p.p. fo. 153. C.
- Congregationis Monachorum S. Iustinae origo demonstratur, in primo folio, pagina 8.
- Congregationi S. Iustinae Indulgentia concessa, p. 2. fo. 8. D.
- Confraternitatibus S. Trinitatis Corporis Christi, & Confalonis Indulgentiae, p. 2. fo. 9. D.
- Corporalium Benedicō d quibus potest fieri, Et an Prelati Minorū possint illa benedicere, etiam ad usum aliorum, vide supra in verbo Benedicere Ecclesiastica, &c.
- Curati, seu Parochi non possunt sibi eligere in Confessorem alium à suo Ordinario non approbatum, nec possunt audire Confessionem aliorum alterius Parochie, absq; licentia proprij Parochi, vel Episcopi, p.p. folio 62. D.
- Concessiones factæ pro Monasterijs Monialium S. Claræ, estenduntur, ad alia Monasteria aliarum Monialium, & quomodo, p.p. fo. 103. B.
- Concilij Trid. declaratio, de recipiendis, vel retinendis Fratribus alic-

I N D E X.

rius ordinis, fo. 126. B. & D.

Confirmatio Prinilegio rum amplissima facta à Clem. VII. habetur in fine huic Compend. fo. 1. Bulla 1. & ibi declaro clausulam illam, quæ solet apponi in confirm. Prinil. dummodò sint in usu, & vide eam infra, in verbo Communicatio Prinileg.

Confirmatio electionis Magistri General & Provincialis Fratrum Conventualium, licet fuisse statutum in Bulla Unionis, ut fieret à Minist. Gen. & Pron. Fratrum de Observantia: non fuit tamen in usu, fo. 226. §. 3.

Canonica Portio.

Circa solutionem Canonicae portionis, inter alias concessiones, que recensentur fo. 141. §. 1. 2. 3. est illa melior omnibus Carmelitarum ubi renoscatur Clementina aulam de sepulchris: ut est uide ibidem, fo. 143. §. 5. & 9.

In iustitia Ecclesiarum quando habeat locum §. 6.

Est & alia concessio latissima facta ordini Prædicat. in qua eximuntur quasi totatiliter à canonica portione, fo. 145 § 7. & 8.

Et idem fuit concessum Fratribus Minor. Reg. obser. §. 10.

Et Fratribus Minimis, §. 11. & 13.

Resolutio, & epilogatio concessionum ad hanc materiam canonicae portionis spectantium: & adducitur quædam sententia lata per hoc in favorem Fratrum Minor. obser. fo. 146. C.

Capitulum Generale.

Quædam determinationes antiquæ circa celebrationem Capituli Provincial. quæ modo non sunt penes omnes in usu, fo. 147.

Quod Provinciales possint intra triennium sui officij a suis Capitulis Provincialis priari, si minus utiles uisi fuerint, ibidem §. 5.

Casus Reservati.

Reservatur tota hæc materia casuum reservatorum à Collectore in duobus. primum, quod Provincialis, & Custodes possunt sibi reservare casus, à quibus nullus confessor potest absoluere, etiam virtute cuiuscunq; bullæ, etiam cruciate

Secundum quod à casibus reservatis à Iure Episcopis quæ sunt quinq; seculares non possunt absolvit à confessoribus presenti, ab alijs autem omnibus, possunt, fo. 148.

sed

IN DEX X.

Sed circa casum Reservationem sunt aduertendæ declarationes sacri
Conc. Trid. quæ habentur, f. 149. A.

Absolutio data super casibus reservatis à non habentibus auctorita-
tem, quòd sit nulla, demonstratur ibidem, C.

Et quòd priuilegia, circa hoc Regularibus concessa, sint reuocata, E.
¶ f. 151. C.

Declaratio, seu litera sacræ Cong. Card. circa absolutionem à casibus
reservatis Episcopo, vel Prælatis Ordinum, vna cum altera litera
eiusdem, directa Reuerendissimo Episcopo Caetæ, D. Alfonso Hi-
spano; habetur, f. 150. C. ubi dicitur, quòd nec per Bullā Sanctissimi
Nominis Iesu, nisi per Iubileum plenissimum, potest aliquis
absolui; & vide sup. in hoc indice. in verbo Absolutio, in fine.

Et quomodo, & quando dicantur esse exempti Patres Societatis Iesu à
dicta Cardin. Declaratione, f. 150. E. & 151. D. adeò, quòd ipsis
Patribus est concessum posse à casibus reservatis absoluere.

Casus reservati cum annexa excommunicatione, quando, & quomodo
possit fieri absolutio, ibidem, E.

In absolutione casum reservatorum quid debeant Confessores obserua-
re, vide f. 152. E.

Casus reservati à S. D. N. Clem. VIII. omnibus Regularibus taxati
cum illorum declaratione, habentur, f. 31. B.

Casus reservati pro quibus esset meritò ad Sedem Apostolicam recur-
rendum, quot, & qui sunt, fuerunt declarati à Sixto IV. & ha-
bentur p. pr. f. 11 §. 13. E.

Casus sibi reservare de occultis fuit concessum Generali, Prouinciali-
bus, & Guardianis: sed quòd ad Guardianos fuit reuocatum in quodā
Capitulo Gener. f. 13. §. 17. E. Sed huiusmodi facultas remanet nunc
limitata per dispositionem S. D. N. Clem. VIII. f. 37. D.

Statutum generale, circa absolutionem casum reservatorum, p. pr.
f. 39. C.

Casus Episcopo de Iure reservati numerantur, f. 57. §. 13.

A casibus reservatis in Bulla Cenæ, an possint Episcopi absoluere, p. pr.
f. 68. B.

Forenses confluentes ad Confessores Mendicantes ab Ordinario appro-
batos an possint absoluiri à casibus reservatis suis Ordinarys p. pr.
f. 62. B.

Absoluere à casibus reservatis Episcopo poterant prius Confessores or-
din. Mer. ic. vt p. pr. f. 75. E. Sed nunc secùs est obseruandum, vt
supra est dictum.

I N D E X.

Clausura Monialium.

Adducitur Statuum ex iure communi in cap. periculo de sta-
tu regul. circa perpetuam clausuram Mon. & ingressum,
& accession ad eas, fo. 154. §. 1. B. & confirmatio eius Per Bened.
12. fo. 156. §. 4. & vide dispositiones Conc. Trid. Pij V. & Greg.
XIII. fo. 170. C.

Et an Moniales possint arctari ad Clasuram, vel aliud obseruandum,
quod non voverunt, ibidem E.

Claues Clasuræ sicut ab intra à Monialibus, ita ab extra per Confesso-
res, aut alias honestas personas, habeantur, fo. 155. §. 2.

Forma Clasuræ præscripta ab Urbano IV. Monialibus secundam Re-
gulam S. Claræ profidentibus, ibidem, §. 3.

Et in quibus casibus liceret eis exire clausuram, ibidem, E.

Moniales S. Claræ habent ampliorem obligationem ad Clasuram,
quam illa statuta à iure communi, in Cap. periculo supra citato; vt
probat Collector, fo. 156. E.

Numerantur, & declarantur casus, in quibus liceret eis egredi Clau-
suram Monasteri, fo. 157. B. & fo. 168. B.

Protectoris potestas in concedendo licentiâ ipsis Monialibus pro ege-
fione à Clasura, fo. 158. E.

Egredientes Clasuram præter supradictos casus peccarent mortali-
ter; sed non incurrent excommunicatione: nisi, quando irent ad
Curiam Romanam, vel habitum dimitterent, fo. 159. B. & addu-
citur pro hoc Statutum quoddam Bened. 12. fo. 160. A.

An Generalis, aut Provincialis, vel Commissarius Ord. Fratrum Mi-
nor. valeat Monialem S. Claræ unius Monasterij, ad aliud eius-
dem Ordin. Monast. causa alicuius gravis infirmitatis curande li-
centiare & huius q. resol. habetur, fo. 161. B. & vide fo. 168. D.

Quodad Clasuram Tertiariarū adducuntur septem notanda, fo. 165. B.

Et quomodo, & quido illa Clasuram Obseruare teneantur, ibidem.

Et quid Pius V. circa hanc Clasuram disposuerit, vide fo. 170. E.

Ad hoc, vt Monialis aliqua possit Clasuram exire, propter infirmita-
tem, opòret ut superioris, et Episcopi licetia simul interueniat,
fo. 171. E.

Commissarius.

Ponuntur aliquæ Dispositiones Leon. X. circa Commissarij Gene-
ralis electionem, & in officio durationem, f. 172. B. & qua-
fuerit causa, vt talis commissarius institueretur, vide f. 180. E.

Ponun-

I N D E X.

- Ponuntur etiam aliquorum dubiorum decisiones, circa hoc, videlicet,
An talis Commissarius gen. sit index Ordinarius, vel delegatus, f. 173.
Et an possit eum Minister gener. amouere sine crimine, vel eius potestatem diminuere, f. 175. C. D.
An Minister generalis possit mittre alium Commissarium generalem, sicut primum, qui erat per electionem, ibidem, f. 178. E.
Item an possit mittre aliquos commissarios speciales, ad alias speciales Provincias, ibidem.

Communicatio Privilégiorum.

- Communicantur omnia Privilégia Fratribus Minoribus, & Monialibus concessa, Ordini Prædicatorum, & è contra f. 184. §.
I. & 2. & etiam omnia concessa Ordini S. Augustini. §. 3.
Tribus Ordinibus Sancti Francisci communicantur omnia Privilégia concessa omnibus alijs Mendicantibus. §. 4. & §. 19.
Communicatio Privilégiorum facta Monialibus Sancte Clarae, & Sancti Dominici, ibidem. §. 2. 5. & 6.
Sunt etiam amplissimæ aliae Privilégiorum communicationes factæ Ordinibus Minorum, & Prædicatorum §. 9. cum sequentibus. Et ibidem. §. 13. de communicatione Concessionum in Festinitatibus Ordinum.
Communicatio pro Monialibus Conceptionis, f. 188. §. 18.
Aliæ amplissimæ confirmationes, & Communicationes Privilégiorum factæ Prædicatoribus, & Augustiniensibus. §. 20. & 21. cum sequentibus.
Pro Fratribus Carmelitis specialis Communicatio, f. 193. §. 30.
Fratribus Minimis & Carthusiensibus Privilégiorum cōmunic. f. 194
& 195.
Fratribus Ordinis S. Trinitatis Privil. com. f. 196. & ibi communicatio Privil. Germanis Fratrum, & hospitantibus, propter Deum, Fratres, f. 197. §. 39. & f. 198. C.
Excommunicatio contra admittentes ad communicationem Privilégiorum quoscunq; laicos, f. 198. A.
Participantes Privilég. an possint eis vti contra illos, quorum contemplatione participant, f. 198. D.
Concessa vni Ordini Mendic. & non Mendi at. etiam in specie intelligitur concessa alijs Ordinibus, ac si nominati eis cōcederetur, f. 199. D.
& non in damnum, sed in fauorem eorū cōceduntur. f. 312. §. 9.

In Ma-

I N D E X.

In Mari magno Minimorum concenditur, ut possint ipsi Transumptare Privilegia, & Bullas alijs ordini concessas ac si illa mutatis non minibus specialiter pro eis emanassent, ibidem, E. & sic intelligitur posse facere ali. ord.

Capuccinis specialis facta Privilegiorum communicatio, f. 200. A.

Religioni Crucigerorum, ac clericorum Ministrantium infirmis, Ampliss. Communicatio facta, f. 200. B. quibus clericis ministris infirmorum communicantur, etiam Privilegia Societatis Iesu, ut ibidem.

Societatis Iesu copiosissima facta coram communicatio, f. 200. D.

Communicatio facta Confraternitatibus charitatis, et S. Spiritus, f. 201. B.

An detur communicatio, sicut in Privilegijs, ita etiam & in paenitentia inter eos, f. 201. D.

An in communicatione Privilegiorum, communicetur usus, vel non usus illorum, & an Privilegium possit perdi per non usum vel per communicationem, f. 73. E. & f. 52.

Omnes Medicantes possunt in foro conscientiae uti omnibus Privilegijs ante Pium V. concessis etiam per Conc. Trid. restrictis, & derogatis. ibidem, B.

Communicare.

SUmmend, Sanctissimam communionem in hebdomada S. vel infra Ottanam paschae satisfit precepto, C. omnis virtusq; sextus, fo. 202. E. & in Hispaniae partibus satisfit per totam quadragesimam fo. 205. E.

Forenses, ubi reperiuntur, ibi poterunt Confiteri, & Communicari, ibidem.

Et omnibus ipsis potest a Fratribus ministrari Sacramentum paenit. & Eucharist. omni tempore, excepto die paschati, fo. 203. S. 4. & 9. & quod hoc non sit contra Conc. Trid. demonstratur, fo. 206. C.

Ministrare Sacramentum, tempore Interdicti, quando possit, fo. 104. S. 8.

Moniales S. Claræ, & Concept. satisfaciunt precepto Regule de communicaendo, per aliquot dies anteposnendo, vel postponendo, S. 11.

An aliquis in die paschæ (satisfacto precepto Ecclesiæ) possit communicari pro sua deuotione extra Parochiam, fo. 206. A.

Fratribus Minoribus, & omnibus alijs Mendicantibus est concessum posse ministrare Sacram. Euchar. quibuscumq; quolibet anni die (excepta die Resurrect.) ibidem.

Addo

IN DEUX.

Adeò ut secularis confitens, communionem recipiens in aliqua Ecclesia Mendic. in uno dierū 8. autè, & 8. post Pascha, cum aīo satisfa ciendi præcepto Ecclesiæ, satisfacit, & non oportet ut iterum in die Pasc. communicetur in Ecclesia Parochiali, f. 206. E. & sic etiam audiendo Missam ibidem.

Commutare.

Prelati Ordinis possunt cōmutare Legat.: & donata ad unum usum facta, in alium usum, f. 207. §. 1. 2. & hæc commut. quando debent fieri secundum Conc. Trid. f. 208. D.

Concessio facta à Leon. X. ut triticum, & alia superflua possent commutari, vel vendi, & emi vinum, carnes, &c. est cauenda: quia disipativa Regule, 207. §. 3. & vide ibi Annotat. Cordubæ.

Circa commutationem ultimarum voluntatum faciem tam quid Conc. Trid. statuat vide ibidem, f. 228. D.

Conceptio Virginis.

Concilij Basileensis determinatio facta circa coceptionē, f. 208. §. 1. & alia determinat. Six. IV. §. 6. & 7.

Multæ alie concessiones circu celebrationem eius Missæ, ac Diuini Officii, & de Indulgentijs concessis. §. 4. 5. &c.

Aliquæ Rationes adducuntur, ex verbis Conc. Trid. pro ipsa B. U. conceptione, f. 212. C.

Confirmat Coic. Trid. Decretum Six. IV. & additur pena contrafacentibus, & modus obseruandus in prædicationibus, & disputacionibus de ea, ibidem.

Sixtus V. concessit Indul. Plen. visitantibus Eccles. Monial. concep. in eius Feste, ibidem. f. 213. C.

Et de nonnullis alijs Indulgentijs huic Sanctissimæ Conceptioni concessis, vide infra, in 2. p. in Verbo Indulgent. f. . . .

Concilium.

Concilij constans Decretum in separatione Fratrum Obseruant. a conuentualibus, f. 213. §. 1. & 2.

Confirmatio Priuileg. facta à Leon. X. in foro conscientiæ, non obstante restrictione facta in Concil. Lateranen. f. 214. §. 7.

Sed collector probat, ut posse Fratres illis uti, et in foro exteriori, ibidem.

Concor-

INDE X.

Concordia.

Pactum factum à Fratribus, vel Monachis cum Parocho de non
sepeliendis parochianis aliquibus, vel certis, in eorum Ecclesiis,
est obseruandum, & alia pacta, & compositiones factæ, super Fra-
tribus iuribus, etiam obseruentur, f. 216. §. 1.
De concordia facta inter Obseruantes, & Conuentuales Fratres, ibidem.

Confessiones, & Confessores.

Confiteri peccata sua alijs, quam Prælatis, prohibetur. §. 5. f. 7. D.
& declaratur f. 23. E. & f. 28. A. & f. 30. A.
Confessores Fratres à Prælatis Ordinum sibi electi, possunt eis absolu-
tionis, & dispensationis beneficium impartiri, f. 8. B.
Confessorem sibi eligere, præter sui Superioris licentiam, nulla posse cō-
suetudine introduci, statuitur, f. 10. A. ibiq; hoc declaratur, et f. 28. B.
Confessorum Monialium S. Clara facultas in absoluendo illas, ac illorū
seruitrices, & Sacraenta ministrando habetur f. 119. 11. et 12. B.
Confessores simplices inaduertenter incursi in aliquam censuram, vel
Irregularitatem, pro absolutione data à quibus non possent, pote-
rant absolvi per idoneos Confess. fo. 16. §. 28.
Confiteri aliquis Frater, an possit, cum quouis Ordinis Confessore, absq;
Prælatorum licentia: Et an hospites, possint Confiteri absq; licentia
Prælati illius loci? fo. 28. A. & fo. 30. B.
Confessorum Ordinis Minor. licentia, & presentatio pro audiendis Cō-
fessionibus, iuxta Priuileg. antiqua: Et an unica presenatio tunc suffi-
ciebat, & quomodo, fo. 44. §. 1. 2. & 4. & fo. 47. §. 16. & fo. 51. E.
Sed quid sit nunc obseruandum, vide fo. 82. & 84.
Confessorum presentatio an unica sufficiat pro omnibus, vel pro uno
tantum Episcopatu. Et quando eos nollent Ordinarij ad confessio-
nes admittere, quid faciendum, fo. 54. C. & 84. A.
Confessores ord. Minor. dum sunt in itinere, & non possent commodè
se Episcopis praesentare, nec illorum casus petere, possunt eo casu
plenariè vti auctoritate Episcopali, fo. 44. §. 3. Et vt Parochiani, fo.
46. §. 10. & vide fo. 78. E.
Confessores quomodo, & quando debeant penitentibus conscientiam fa-
cere de decimis, fo. 55. §. 2. & fo. 58. §. 14.
Confessores approubati ab Ordinario possunt omnium ad se confluentium
confessiones audire, etiam forensium.

Et

I N D E X.

- E**t an possint illos à casibus reservatis eorum Episcopo absoluere, f. 62.
B. Et quomodo habeant totam Episcoporum auctoritatem, & in quibus casibus Episcopi possunt, ipsi autem non, f. 75. **A.** & 78 E.
Confessores aduertant quod in licentia absoluendi à casibus reservatis, non comprehenduntur censuræ, nec votorum commut. nec dispensatio, f. 72. **D.**
- C**onfessores Ord. Mendic. ab Ordin. approbati quantam habeant auctoritatem virtute suorum Privilieg. tractatur in f. 73. **C.**
Vbi multa Privilégia recensentur. Ac in pluribus conclusionibus resoluuntur, f. 75. **E.**
- S**ed in quo à Bulla Cruciatæ, à Conc. Trid. & à Bulla Cœnæ, talibus Priviligijs sit derogatum, habetur f. 79. **B.**
- C**onfessores Mendic. non possunt absoluere à casibus Episcopo reservatis, & quando possint absoluere ab excommunicationibus latis à Iure, & ab homine, f. 76. **B.** & 81. **A.** Vide plenus sup. in Verbo Absoluere à casibus reservatis, &c.
- C**onfessores Mendicantes, eorumq; privaligiorum participantes, qualiter debent esse, ut priuilegijs, que habent, possint vti, f. 81. **E.**
- C**onfessores debent esse presentati, & approbati, f. 82. **A.**
Circa quam approbationem plura notata digna discutiuntur, videlicet.
Trimo, quis, & quādo Confessor dicatur idoneus, et approbatus, f. 82. **B.**
Secundo, An in uno Episcopatu approbatus, posset in quoniam alio Episcopatu, seu Diocesi, absq; alia approbatione, confessiones audire, f. 84. **B.**
- T**ertiō, An saltem in eodem Episcopatu vñica sufficiat approbatio, ibidem. **D.**
- Q**uarto, Quando in aliqua Bulla datur facultas eligendi Confessorem approbatum, An Regularis debeat confiteri cū approbato ab Episcopo, vel tantum à suo Superiori, f. 90. **D.**
Et de his omnibus supradictis habetur, f. 81. cum sequentibus, vbi multa notabilia deciduntur.
- C**onfiteri non posse hospites, nisi de licentia Prælatorum illius loci, vbi reperiuntur, intelligitur de subditis, non autem de Prælatis, f. 9. **A.** & f. 106. **D.**
- E**t an à Guardianis posset tolli, vel limitari à Superioribus ista facultas, vel an posset perdi per non vsum, ibidem.
- C**onfessores an possint concedere indulgentiam. & si debent dicere in fine absolutionis, Et concedo tibi omnes indulgentias, &c. par. 2. f. 59. **D.**
- C**onfessori Monialium S. Claræ in quibus casibus liceat Monasterium introire,

I N D E X.

- I**ntroire, ibidem, in Verbo Ingredi Mon. Mon. f. 96. et ibi Collect.
- P**rohibitio Ecclesiarum Prælatis facta, ne Fratrum confessiones præsumant audire, eorum Prælatis inuitis, f. 218. §. 1.
- D**ispositio iuris, circa præsentationes Confessorum facienda. §. 2. et Prælatis recusantibus dare eis licentiam, quid faciendum, ibidem. E.
- P**ro Carmel. Amplissima facultas Carmelitanis concessa pro instituendis eorum Confessoribus, & Prædictoribus. §. 4.
- P**ro Obser. Prohibitio ne quisquam Fratrum e Min. Obser. confessiones audire presumat, sine suorum Superiorum licentia, etiam si ad id Apostolica auctoritate deputaretur. §. 6.
- P**ro August. Prohibitio Augustinen. Regul. Obser. Hispan. ne virtute Bullæ Cruc. Confessorem alium sibi assumat, quam ex deputatis à suis Superioribus. Et est iam communicata toti Ordini. §. 7.
- D**eputatio Confessorum Tertiariorum. §. 8.
- E**pilogatio materia Confessionum. f. 122. B.
- F**acultates concessæ Fratribus euntibus ad partes Infidelium, circa absolutiones, & eorum reconciliationes. §. 9. & 10.
- S**ed pro hac materia Confessorum, & Confessionum, sunt nunc nonnulla obseruanda, propter dispositionem Conc. Trid. quæ habentur, f. 223. B.
- S**acerdotes quando accipiant absoluendi potestatem, ibidem. C.
- R**ectores, & Parochi, quando possint dare licentiam suis ouibus, ut possint alijs confiteri Sacerdotibus, ibidem. E.
- A**dvertenda Simplices Sacerdotes ab Ordin. approbati, an possint omnes subditos illi ordin. ad se confluentes, sine licentia Parochi absoluere, f. 124 C.
- C**ofessorib. Excommunic. contra Fratres absoluëtes excommunicatos à canone, etc.
- E**t an simplices Sacerdotes non Regulares cōprehendantur in ea, & quando Regulares non incurvant, ibidem. D.
- A**bsolutio prius facienda ab excom. & postea d peccatis. E. Et ne in absolutione dicant à peccatis contritis, f. 125. A.
- P**onuntur ibidem aliqua alia à Confessoribus summopere advertenda circa Bullas, & facultates pénitentibus concessas.
- C**onfessores debitè expositi, societ. Iesu, licet nullo literarum gradu sint insigniti, possunt aperire literas sacræ pénitentiariae, Magistris in Theolog. vel in Iure can. destinatas, f. 126.

Conseruatores Ordinis.

Pro conservatoribus, Fratrum omnes Ecclesiarum Prælati instituuntur, f. 227. §. 1. 2. 3. 4.

Disposi-

I N D E X.

Dispositio Conc. Trid. de Conservatoribus, non tangit Privilegia Regularium, & sic remanet dispositio Pii V. f. 228. D. ibiq; ponitur dispositio Greg. XIII. & S. Congreg. Card. declaratio, et 231. B. Conservatores ad quid sunt Regularibus dati, et de tribus generibus Conservatorum, f. 229. A. E.

Plurime differentiae inter Conservatores secundum Iura, et Conservatores secundum Privilegia, et quod isti plura possunt, quam illi pro ibidem. B. ubi eorum facultates, et officia explicantur.

Personae, qua possunt esse conservatores, ibidem. D.

Conservatores Minimorum sunt participes suffragiorum totius Ordinis, et capitulariter electi gaudent Privilegiis ipsius Ordinis, f. 231. B.

Conueniri in Iudicio.

Licet quamplurima enarrantur privilegia Mendicantibus concessa, ne possent in Iudicio conueniri coram quibuscumque Pralatis, et Ordinariis locorum, omnia tamen nunc sunt limitanda secundum Conc. Trid. f. 232. C.

Episcopus, siue Ordinarius, capiens, siue carcerans aliquem Regularē exemptum, delinquentem, incidit in excommunicationem, ibidem. E.

Conventiones, et pacta a Fratribus facta contra Statuta Ordinis, uel absq; licentia Generalis nullantur, f. 233. B.

Conuentuales Fratres.

Fratribus profesis inter Observantes transeuntibus ad Conuentuales interdicitur succedere, seu heredes esse suis propinquis, etc. f. 234 §. 1.

Frater familiae Observantiae an potest licentiari ad Fratres Conuentuales, ibidem §. 2.

Ponuntur concordiae initia inter Conuentuales, & Observantes, et Pragationes eorum diuisae, f. 236. & 237.

Bona Conuentualium transeuntium ad Observantes an, et quomodo debent distribui, f. 238. D.

Adducuntur due Constitut. Pii V. reformatiae Conuentualiū, ibid. E.

Correctio Fratrum:

Pralatorum auctoritas in corrigendo, visitando, &c. Fratres manentes in servitijs Ecclesiasticarum personarum, f. 239.

Pralati in correctionibus Fratrum Minorum (rurulis, et apicibus post positis

I N D E X.

positis) procedant, f. 240. §. 6.

Ord. Prædic. Corrigere Fratres possunt Prælati Ordin. Prædic. Iuris ordine postposito secundum sua Statuta, f. 241. §. 8. Et prohibetur appellatio, quiibusdam obseruatis.

Facultas ampla data ad corrigendos quoscunq; Fratres, etiam exemptos, illosque etiam torquere, ibidem. §. 12.

Facultas data Generalibus Prædicat. et Minor. ad examinandum gesta Fratrum inquisitorum heretice prauit. et prædicatorum Cruciatæ, etc. §. 13. et f. 243. E.

Particularis facultas corrigendi Fratres Ordin. Prædic. de Obseruancia in Hispania. §. 14.

Correctionis causa possunt Prælati nostri per aliū percutere, f. 243. §. 11

Corporalia.

Corporalia, et Calices possunt clerici, et laici tagere, f. 244. §. 1. et 2.
Moniales S. Clare, et Sorores Tertiæ Ord. possunt lauare Corporalia, et Purificatoria, lota tamen prius à Fratribus. §. 3.

Et ut Corporalium benedictio possit absolutè fieri pro omnibus aliis extra suum Ordinem, vide supra in verbo Benedicere, f. 135.

Et etiam infra in verbo Ecclesiæ, f. 309. D.

Credo, ut dicatur in Festiuitatibus Ordinis, et per Octauam, f. 244. e8 quid nunc obseruandum, ibidem, f. 245. B.

Cruciata.

Auctoritas Ministris General. et Provinc. concessa circa Fratres deputatos ad prædicandū Cruciata, seu ad alia similia, f. 245. D. Virtute Bullæ Cruciatae nō posse Fratres sibi eligere Confessores, et quod nullus Frater, vel Monial. possit accipere Bullam Cruc. nec ea vti, ibidem. §. 2. 3. et 5. et f. 258. B.

Et circa hoc, Collector resoluit pluribus verbis dubium quoddam, An videlicet Religiosi possint accipere Bullam Cruc. absq; licentia suorum Prælatorum, ibidem. f. 246. E. ubi concluditur quod non.

Et an in specie, Fratres Minores possint illam accipere, latius examinatur à Cordub. ibidem, f. 249. C. et nos latissime, f. 256.

Amplissima facultas Fratribus concessa lucrandi omnes gratias spirituales, et corporales, que in Bullis Cruciarum conceduntur, ad hoc

I N D E X.

hoc ut Fratres illam accipere non essent solliciti, f. 249. A.

Quod omnes Religiosi, etiam si sint Ord. Mend. possint Bullam Cruciatæ accipere, cum licentia suorum Superiorum, f. 256. E.

An Fratres Minores possint pecuniam procurare pro huins Bullæ acceptance, ibidem, f. 257. C. & f. 259. E.

Prohibitiones factæ à Pio V. & Greg. XIII. Fratribus Ord. Prædic.

Minorum, & Societ. Iesu, nè uti valeant Bulla Cruciatæ, f. 158. B.

In Bullis (cruciatis, datis à Greg. XIII. & Six. V. non suspenduntur Privilegia concessa Prælatis Ordinum Mendic. quoad suos Fratres tantum, ibidem. E.

Moniales Ordinario subiectæ virtute Bullæ Cruc. nō possunt sibi eligere alii confessore, præter illum ab Ordinario eis concessum, f. 259. A.

Quod si de facto supradicti Fratres acciperent Bullam Cruc. absq; licentia suorum Prælatorum, an possint illa licite vti? f. 259. C.

An Novitij supradictorū Ordinum possint, virtute huins Bullæ, absoluui à casibus reservatis Prælatis à quocunque Confessore, à Prælatis approbato? ibidem. E.

Quæruntur plura quaesita notabilia, videlicet.

An per Bullam Cruc. suspendantur omnia Privilegia, quibuscunq; personis concessa, f. 260. B.

An suspendantur Privileg. concessa Ordinibus Mendic. ibidem. C.

& quod suspendantur tantum Privileg. tangentes seculares, & non Fratres. In tantum, quod seculares non possunt tunc lucrari Indulgencias, nostris Eccles. concessas. (Stratur. E.

Nec Confessores nostri Privileg. uti erga seculares. vt ibidem demonstratio supradicto concessio Mendicantibus, in Bull. Cruc. vt vide licet non obstat. Bull. possint vti suis Privileg. quoad Fratres tantum an possint participare atq; non Mendicantes, per viam communic. Privileg. f. 260. E.

Et an Novitij, & Moniales, & Tertiarij Ord. Mendic. possint illo gaudere, f. 261. B.

An Fratres, & Moniales possint tempore Bull. Cruc. Coronis, & granis benedictis gaudere? ibidem. C.

An per Bullam Cruc. suspendantur Privileg. in corpore iuris incorporata? Et dicitur quod non, ibidem. D.

Et hinc non suspenditur posse dare à Prælatis certæ filiationis, ibidem.

An tempore Iubilei plenissimi, quolibet 25. anno celebrandi suspendatur Bulla Cruciatæ, f. 262. A.

In Iubileo Supradicto plenissimo quinq; suspendetur, ibid. et illa quinq; suspendetur in omnibus Ordinibus, etiam Medic. f. 263. D. ex quo

† † † † multe

I N D E X.

- multæ illationes inferuntur: videlicet non posse Fratres tunc accipere Indulg. plenarias, &c.
Confessionalia an eo tempore suspendantur, ibidem. E.
Demonstratur, quod tempore publicationis talis Iubilei pleniss. non intendat Summus Pont. hanc Bull. Cruc. renocare: cum illam paulo ante concessisset. & sic etiam nec in public. Bullæ Cœnæ: sed tutius esset facere id, quod ibidem consulitur, f. 263. A. B.
Prelati aduertant, ut finita Bullæ Iubilei publicatione, procurent Privil. confirmationem, saltem quoad suos Fratres, f. 263. E.

Custodes.

- C**ustodum numerus, pro electione facienda Ministri generalis, taxatus à Nic. IV. & Leon. X. f. 264. s. 2. & 3. ut vide f. 265. D.
Tria aduertenda in hac Materia Custodum, videlicet, eoru Nomen, Numerus, & auctoritas, quæ omnia examinantur in f. 265. A.
Custodis nomine quinam comprehendantur, ibidem B.
Custodis officium quid sit, ibidem. D.
Custodum auctoritas quanta sit demonstratur, f. 266. A.
Custodes carent ea auctoritate, quam habent Provinciales, in absoluendo suos Fratres à censuris, & cum eis dispensando: nisi specialiter eis à Ministris committatur. Sed bene possunt, per communic. Priuile. Ord. Praed. ut sup. in verbo Absolutio, f. 13. A.

Decima.

- D**ecimarum solutionem impedire, prohibetur Fratribus Prædictoribus, & Minor. ex iure communis, f. 266. s. 1. immo tenentur in confessionibus, & prædicationibus, de illis facere conscientiam: & recusantibus absolutionem denegare, ut in s. 14.
Decima nullam tenentur Fratres Minor. soluere de hortis, & virgultis suis. s. 2. & plenius ampliatur in s. 9. & idem dicitur de Prædicat. & Carmelitis, f. 268. D.
Decimam soluere Moniales, & aliae Regularis personæ, quæ ob paupertatem mendicare coguntur, minimè tenentur. s. 3.
A Decimarum solutione latissima Exemptio facta Monial. S. Clare, et Concep. s. 4. 6. 10. 12. 13. & 13. & Monialibus, & Fratribus Ord. Prædic. s. 7.
Dispositio Iuris communis circa solutionem Nonalium, vel cuiuscunque decimæ, animalium, quoad omnes Regularios. s. 5.
Fratribus S. Ioannis Hierosolymitani amplissima exemptio à Decimorum

I N D E X.

rum solutione, f. 271. §. 17.

Pius IV. anno 1560. exemit Moniales omnium Ordin. à solutione quarumcumque Decimiarum, & aliorum onerum. & Pius V. id ampliavit pro omnibus Ordinibus Mend. f. 271. c.

Mendicantes ad solutionem trium Decimiarum teneri à Greg. XIII. anno 1577. fuit mandatum, ibidem. D.

Plura de hac materia vide sup. in verbo Canonica portio.

Declarare.

F Aultas data Vicario Generali Ord. Pred. de Observantia interpretandi Dubia occurrentia super gratys & Privileiis & toto Ord. concessis. §. 2.

Declarare dubia occurrentia, circa officium Diuinū, & circa scrupulos Fratrum: & an debeant abstineri ab usu alicuius concessionis viua vocis Orac. vide ibidem per illos. §. 3. f. 272

Declaratio Motus proprij Pij V. & Greg. XIII. circa prohibitionem ingressus ad Monast. quorumcumque Regularium, & Monialium habetur, par. 2 in verbo Ingredi Monast. Monial f. 136.

Declaratio Bullæ S. D. N. Clem. VIII. de largitione munierum habetur infra, in verbo Dare

Dare, cum declarat. Bulla de largit. Muner.

E X Nicolai III. & Leon. X. Declarat. ut possent Fratres Minores de rebus mobilibus, & parum valentibus, cum licentia Superioria aliquid dare, &c. ut f. 273. §. 1. & 2. infertur quod ad hoc, ut Fratres possint donare aliquid, requiruntur conditiones, ut ibidem.

Sed modo observanda est dispositio Bullæ S. D. N. Clem. VIII. De largitione munierum, &c. cuius declaratio ponitur ibidem, f. 273. & 279.

Quod ista Bulla obliget in conscientia ad peccatum mortale, ibidem. C. Largitio munierum quid importet. D.

Regulares illi dicuntur, qui tria vota essentialia in Religione approbata emittunt. Adeo quod ex his duobus conditionibus, multe personæ excluduntur ab hac Bulla, ut ibidem. E.

Ex prefatione Bullæ, plures fines, seu causæ finales principales constitutionis colliguntur. In tantum, quod licet cesseret una, vel altera, non proinde cessabit constitutionis dispositio, f. 280. C.

I N D E X.

- Divisio omnium eorum, que tractantur in Bulla, ibidem. E.
- Primo continentur quedam generalitates, tam personarum donantium,
Et recipientium, quam etiam modi donandi, f. 281. B.
- Secundo quedam exceptiones, seu Modificationes quorundam casuum in
quibus potest donari, f. 282. C. (sequentibus.)
- Tertiò pœnae impositæ, f. 286. Et hac omnia examinantur, f. 281. cum
sex generalitates comprehendentes, tam donantes, quam recipientes,
Et res donatas, ibidem. B.
- Casus, in quibus licet donare, excepti in Bulla, cum conditionibus ad
eorum validitatem requisitis, f. 282. C.
- Leui ora esculpta, Et poculenta, quantæ quantitatis debet esse, f. 283. A.
- Licentia donandi, potest dari à Superioribus, semel pro semper. C.
- Munuscula ad devotionem pertinentia, quæ sint. D.
- Rerum minimarum quantitas, quanta sit, f. 283. E.
- Superiorum appellatione, qui nam veniant, f. 284. B.
- Dare res parvas, excludit causam ambitionis. C.
- Dare eleemosynam permittitur, quatuor condit. concurrentibus. D.
- Frates de peculio eorum particulari, Et Moniales de Bonis Parafre-
nibus, possunt Eleemosynam dare. E. (f. 285. B.
- Hospitalitas potentiorum diuinum, quibus conditionibus debet fieri
- Alij casus, in quibus extra Bullam licet donare, ponuntur, ibidem. D.
- Pœnae appositæ in Bulla, una pars respicit seculares recipientes à Regu-
laribus, Et alia ipsos Regulares donates. Et he narratur in f. 286. B.
- Pœnam non deberi, nisi post condemnationem, quando habeat locum,
Et quando non. C.
- Priuatio honoris, dignitatis, Et c. qui nam sint isti honores, dignitates,
Et c. declaratur ibidem. D.
- Pœna ipso facto incurrienda, quomodo sit intelligenda, Et an statim,
quod quis donavit contra Bullæ dispositionem, debeat resignare, offi-
cia, dignitates voces, Et c. E.
- Summus Pontifex, cur in hac Bulla non apposuit pœnam excommuni-
cationis, sed tantum supradictæ priuationi? f. 187. B.
- Narrantur in brevi epilogo pœnae supradictæ in hac Bulla appositæ,
ibidem. C.
- Circa huius Bullæ publicationem, duo valde necessaria sunt aduertenda, videlicet.
- Primum quod promulgatio Bullæ sufficit ut fiat in urbe Metropolitana;
Et ad hoc ut liget quæ requirantur, f. 287. D.
- Alterum, an obliget à die scientiæ, vel publicationis, quæ est difficilis quæ-
stio, Et determinatur ibidem. f. 287. E. Et f. 288. D.
- An vendes aliquid, ultra prætiū in pragmatica taxatiū obligetur in con-
scientia

INDE X.

Scientia illud plus resituere, & an, & quando excusat, f. 288. c.

Dispensatio.

Dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi, possunt **T**res Societ. Iesu, f. 33. D. & idem possunt Confessores Ord. M. n. f. 2. 3. §. 16.

Dispensare possunt Prelati Ord. Min. in irregularitate ex quois homicidio, siue voluntario, siue a casu proueniente, dummodo sit occultum, f. 31. B. & vide f. 294. §. 21. & 24 & f. 298. D.

Dispensare possunt Prelati nostri in aliquo, in quo non possunt Episcopi, & in multis alijs casibus, habent maiorem auctoritatem, quam ipsi Episcopi, f. 71. E.

Dispensandi in irregularitate, ex causa abortus proueniente, sicut à Six. V. Prohibitum, & quando talis prohibitio, haberet locum, & eius reuocatio facta à G. eg. X. V. habetur, f. 72. A. B. C.

Dispensare cum in estuosis, & cum eis, qui castitatem voverunt, an possunt Confessores ab Ordin. approbat, f. 75. B. & 78. B. & f. 293. §. 17. & 298. C. & f. 301. B.

Et quomodo illa, non ventant in appellationem casus: cum sint potius impedimenta, quam casus. ibidem.

Dispensandi prohibitio in censuris Papae reservatis, f. 77. C.

Dispensare posse in simonia, & in turmentis, seu votis iuratis, quomodo intelligatur, f. 77. B. & E.

Dispensare in priuatione, & inhabilitate officiorum, quis Prælatus possit, & quomodo, & quod hoc possit Provincialis: habetur, par. 2. verbo Ingreedi Monast. f. 145. A.

Dispensandi facultas cum priuatis, & inhabilitatis ad off. & cum patientibus defectum natuum. A. rehabilitandi, & abstergendi infamiam, est iam concessum Minist. Inform. & per consequē possunt per communic. & alii Mendicantes, vide par. 2. verbo Ingreedi Monast. Mon. f. 146. A. & in hac par. pr. f. 299. B.

Dispensare possunt Fratres Ordin. Prædic. & Minor. existentibus in partibus Infidelium cum omnibus irregularitatibus illorum parvum cum quibus possent dispensare Legati sedis Apost. f. 2. 8 §. 1. & 2.

Dispensatio circa Ieiunia, & silentium Montatum. Clara. §. 5.

Dispensatio pro infirmis, & debilibus in iis que non fuerint contraria Regule, reputata, in equitando, calcantia a portanto, &c. §. 8. & vide pro eius intelligentia, f. 296. C. (§. 10. 11. & 12.)

Dispensare in irregulari. homicid. casuili, & enormisangusti. f. 291.

Dispensare cum patientibus defectum natuum. §. 12 et 13 & f. 299. B.

I N D E X.

- D**ispensatio in aetate Ordinandorum, f. 192. §. 14. & f. 300. D.
Dispensatio facta ab Innoc. VII. cū Fratribus Ord. Prædicatorū Obseruantibus Cong. Hispan. super possessionibus, redditibus habendis, auferendo maledictionem S. Dominici, &c. f. 293. §. 18.
Dispensatio cum Bizocharis facientibus votū Religionis S. Clara. §. 20.
Dispensandi facultas amplissima data Monachis S. Benechi Valli Oletti, circa dispensationem, in omnibus censuris, & irregularitatibus etiam in illis casibus, homicidij, membrorum obtruncationis, & enormis, sang. effus. habetur, f. 294. §. 24. & quod intelligatur de quolibet homicidio, etiam voluntario, & quod haec facultas communicatur Mendicantibus, f. 298. D. & f. 301. D.
Sed adverte, quod, quoad Dispensationem in homicidijs volunt. etiam occultis, irregularitate, nunc obstat Conc. Trid. Sess. 13. cap. 7. de reformat. sed non in homicidio casuali. ut ibidem dicitur, & habetur hic, f. 301. D.
Et ibidem quamplurimæ aliae similes facultates, pro, eorum Monachis, Oblatis, Novitius obser. Italię, & secularibus, narrantur.
Dispensare in votis factis, pro ingressu alterius Religionis, etiā strictioris. ibidem §. 28.
Facultas concessa Magistro, & Fratribus Hospital. S. Ioannis Hierosolim. f. 296.
Dispensare in aliquo precepto nostræ Regule Minoritane, & maxime in debilibus, & infirmis, in portando calciamenta, in equitando, etc. quis, & quando poterit, f. 296. C. & D.
Precepta nostræ Regul. & eorum transgressiones sunt in duplice differentia, f. 297. D.
Dispensare cum illegitimè natis, quomodo nunc fiet, & quid Six. V. circa illos ordinavit, & Greg. XIV. postmodū moderauit, f. 299. B.
Illegitimè natus, per ingressum in Religionem, non dispensatur, ad dignitates, & superioritates Religionis, nisi ad hoc specialis fiat cum eius dispensatio: & à quo debeat haec fieri. vide f. 299. E.
Dispensatus in dignitate minori, non censemur dispensatus in maiori, f. 300. B.
Dispensandi in aetate Ordinandorum Concessio, iam est per Conc. Trid. correcta. ibidem. D.
Dispensatio in pena à six. V. laxata, ob indebitā Ordinum susceptionem, in Bulla contra Cleric. male prom. non potest fieri, nisi in Jubileto plenissimo. ibidem.
Dispensare in interstitijs à Conc. Trid. in sacrorū Ord. susceptione requiritis, à quo, & quando fieri potest, ibidem Remissione.
Dispen-

INDEX.

Dispensare in votis, uidelicet in verbo Potum, in nostra annotatione,
Congregationi S. Bernardi facultas concessa à Greg. XIII. Dispensan-
di super quacunque irregularitate, & suspensione, occuliti: homici-
dio volunt. & heresim casibus exceptis, f. 300. E.
Idem fuit concessum Fratribus Ord. Pradic. à Pio V. cum extēsione
ad omnes alios casus, Episcopis reservatos, f. 301. B.

Ecclesia Fratrum.

Pro Ecclesiarum et Altarium consecratione, oleo Sancto, & quolibet alio Ecclesiastico sacramento, Facultas Augustinensibus con-
cessa, f. 302. §. 2. & Fratribus Minimis, f. 303. §. 6. & eius modifi-
catione habetur, f. 304. §. 9.
Contra infringentes Ecclesias, & loca Fratrum Minorum, aut aliquam
in illis violentiam exercentes, f. 302. §. 3.
Exemprario Fratrum Minorum, quoad Ecclesias curatas, ab eis possessas
f. 303. §. 5. & quomodo possint illas Episcopi visitare f. 304. §. 8.
Ne pulsentur Campanę sabbato Maioris hebdomadæ, antequam pul-
set Matrix Ecclesia §. 10.
Censuræ promulgata in Matrice Ecclesia, promulgantur, & seruentur
etiam in Ecclesijs Fratrum. §. 11.
Audientes Missam festini diebus in Ecclesijs nostris satisfaciunt pre-
cepto Ecclesiæ: licet non radant ad eorum Parochias. §. 12.
Ecclæ possunt mutari de uno loco; in alium, & locus prioris Eccle-
reduci ad usus humanos, f. 305. §. 15.
Ecclæ reconciliandi cum aqua Gregoriana facultas data Monachis
S. Benedic. & quæ dieatur aqua Gregoriana. §. 19.
Bulla Greg. XIV. de immunitate Ecclesiarum, moderatoria illius Six.
V. contra bannitos, f. 306. C.
Aduertenda in hac Bulla à Religiosis, f. 309. B.
Corporalium benedictionis facultas, absolute data pro omnibus. D. Et
uide supra, in verbo Corporalia.
Episcopi, quas Regularium Ecclesias visitare possunt. E.
Capuccinorum Ecclesiæ non possunt ab Ordinariis visitari. ibidem.
Vbi Equites Hierosolymitani habent iurisdictionem temporalem, & spi-
ritualem, ibi Ordinarij non possunt visitare, f. 316. A.
Quod tamen debet intelligi secundum declarationem factam à Pio V.
89. Expositio Pastoralis Officii. s. nisi in his duntaxat, que animarum
curam, illiusque exercitium, & sacramentorum administrationem
respicunt.

I N D E X.

Et similem Declarationem fecit Greg. XIIII. in const. 67. circumspeta in omnibus, & in const. 88. Consuevit Sedes, &c.

Ecclesia, sex modis dicitur esse polluta, & quomodo, & à quibus potest reconciliari, vide supra, in verbo Benedicere Ecclesiastica.

AEdificare.

Adificandi prohibitio infra spatum 300. Cannarum ab Ecclesius Fratrum Minorum, f. 310. §. 1. 9. 15. 16. 19. Sed quomodo hoc nunc practicetur, f. 316. B.

Aedificiorum materiam (Ecclesiis exceptis) Calices, & alia parameta, secum posse alibi asportare, siue illa vendere, &c. Minoribus est concessum, f. 311. §. 2. & §. 14. ubi conceditur Ecclesiæ locum posse reduci ad r̄sus humanos.

Aedificare, seu recipere noua loca, vel recepta mutare, absq; Sedis Apost. licentia prohibetur. §. 3. 17. 18. & illa relinquere in manu Ordinarii, pot est fieri cum licentia Generalis Ordin. §. 8.

Fratres unius Prouincie nequeūt aedificare loca in alia Prouincia, absq; licentia Generalis. §. 12.

Concessio amplissima Ordini Minim. facta, ut possint edificare, & recipere non i loca, absque aliqua Sum. Pont. licentia, & etiā contradicente loci Ordin. f. 315. §. 20. sed per Conc. Trid. hoc fieri est prohibitum, ut f. 316. D.

Aedificare, seu recipere noua loca possunt nunc Regulares Mendicantes, cum licentia tantum Diacon. f. 316. D.

Societati Iesu Priuileg. Concessio circa spatum 140. Cannarum. ibidē.

Aedificiorum materiam alibi transferre. Videlicet sup. f. 138. §. 5. & 7.

Eijcere ab Ordine.

Eiecti ab Ordine non predicent, uel confessiones audiunt, f. 317.

Eiecti possunt transire ad altos Ordines, ibidem. §. 2.

Incorrigitibiles, habitu expoliari conceditur. §. 4. quod qualiter intelligi debeat, exponit ibidem Collect. ubi doctrinam D. Bonauen. adducit. et vide etiam, f. 321. B.

Eiiciendi sunt ab Ordine, qui in professione tacuerūt aliquod eorum delictum famosum, uel morbum, f. 319. §. 6.

Concessio, perpetuo incacerandi, & ad tempus ad triremem relegandi Fratres delinquentes Ordini Fratrum Sancti Hieronymi data, f. 320. E.

Disposi-

I N D E X.

Dispositio Six. V. contra criminosos eticiendos ab Ordine, f. 321. A.

Eiecti tenentur transire ad alium Ordinem, ibidem. E.

Sed an requiratur ad hoc licentia Superiorum, f. 322. A.

Electio.

Eligendi modus à iure communī præscriptus, f. 323. §. 1. & 2.
Et quid nunc secundum Conc. Trid. sit obseruandum, ibidem, &
f. 327. D.

Electio generalis Minist. quomodo facienda, & de eius auctoritate. §. 3.
4. 10. & 11. & de numero Custodum eligentium. §. 6.

Electio Vicarij generalis totius Ordinis. §. 7.

Electio Ministrorum Provinciarium. §. 4. & 8.

Electio custodum, & guardianorum habetur in verbo Custos, & Guar-
dianus, & hic f. 324. §. 6.

Declaratio Bullæ Unionis Fratrum Conuentualium, & de Obseru. cir-
mōdū electionis Pralatorum obseruandum, & de tempore offi-
ciorum durationis, f. 326. C. & 327. A.

Annis officijs expletis, an ipso facto Pralati ipsi, pro absolutis habeantur. E. & f. 327. B.

Electio Prioris gener. Ord. Canonicorum Regul. S. Saluat. ad trienniū
reducta, ibidem.

Tēna contra subornantes in electionibus, ibidem. C. & f. 328. C.

Capuccinorum modus, quem in electionibus obseruant. E.

Electores, digniorem debere semper eligere, conditionibus ibi assigna-
tis, f. 328. A. D.

Electio Abbatissarum, quomodo antiquitus erat facienda, & quomo-
do nunc per Conc. Trid. & cuius atatis debeat esse, vide supra, in uer-
bo Abbatis, f. 4. & 5.

Eleemosyna.

Pupertatem Fratrum Minorum esse meritoriam, f. 328. §. 1.

Eleemosynā dare Fratribus, de male oblatis incertis, & c. §. 2. et §.

Eleemosynam petere in terris excommunicatorum, & ibi manere. §. 4.

Excommunicatio contra prohibentes, nē Fratres Minores, & Pra-
dicatores, Carmelit. & Augustin. eleemosynas peterent, & c. f. 239.

. 9. 7. 8. & 9. 13. & f. 333. A.

Eleemosynas querentes sub nomine Fratrum de Obseruantia excom-
municationis pñnam incurruunt. §. 10.

Manus adiutrices, commutantur in eleemosyna panis, & aliis ad ui-
clum pertinentibus. §. 11.

Eleemo-

I N D E X.

Eleemosynas, & legata obuenientes loco abundantiori, potest Generalis, vel Provincialis transferre alteri loco indigentiori. §. 14.
Adducuntur quædam Statuti generalia, circa huiusmodi materiam 332.

Episcopi.

DE Exemptionibus ab Episcoporum iurisdictione, & de Confessorum eius facienda presentatione, & de primi lapidis impositione, & aliis, vide remissione, f. 333. C.

Frates, Episcopi electi, omnia que habent, resignant Prælatis. §. 2. & quando, & quomodo debeant electioni, seu postulationi de se factæ consentire. §. 3.

Episcopi incarcerantes Fratres aliquos exemptos, an, & quando excommunicationem incurvant, vide f. 232. E.

Et an possit, illos excommunicatos esse, declarare, f. 332. C. D.

Et an Frates ab eis citati debeant comparere. ibidem, f. 363. C.

Episcopus, concedendo casus suos, an, & quando videatur concedere absolutionem, vel dispensationem a censuris, supra f. 29. E.

Episcopus concedendo alicui omnem suam facultatem, & auctoritatem ad confessionem audiendam, non censetur ei concedere casus sibi reservatos, f. 30.

Episcoporum facultas, eis tradita à Conc. Trid. in absolutione, & dispensatione cum suis subditis; an sit reuocata per Bullam Cœnæ Sixti V. & aliorum, f. 66. E.

Et quod tollatur ab eis facultas absoluendi ab heresi in foro conscientiae sed non in foro fori f. 68. A.

Episcopi, quod possunt ex consuetudine, & tolerantia in casibus Bullæ Cœnæ, f. 68. E. hoc non poterunt Provinciales: licet eis fuerit illorum communicata facultas à Pio V. f. 70. C.

Eucharistia.

Sacerdos, quando vult celebrare, vel tantum Eucharistiae sanctissimum Sacram. sumere, non debet Stolam gestare, sub pena excommunicationis f. 334. §. 1. sed quomodo hoc intelligatur. ibid f. 335. A.

Quod Moniales possint habere sanctissimum Eucharistiae Sacram. in loco interiori Monast. §. 2. sed secundum est modum per Conc. Trid.

Multa alia pertinentia ad hanc materiam Eucharistiae, vide supra in verbo Communicare.

Excommunicatio.

Censuræ, & interdicta, mandante Episcopo, debent à Regularibus in eorum Eccl. publicari, et seruari, iuxta Conc. Trid. f. 346. D.

Fratr.

I N D E X.

- F**ratres, quomodo se debeant habere in euitatione excommunicatorum,
Et in terris illorum, f. 337. §. 1. 2. 4. Et 6. Et f. 146. E.
Excommunicationes, seu casus Bullæ Cœnæ Domini Six. V. f. 339.
Excommunicationes positæ in extrauit. Etsi dominici gregis, referuntur
f. 341. C.
Excommunicationes quædam specialiter pertinentes ad Fratres, enar-
runtur, f. 342.
Excommunicationem euitare, quando, Et quomodo tenemur: Et datur ve-
ra intelligentia ad const. Conc. Constan. f. 146. E.
Notorii excommunicati, quando esse dicantur, Et de duplice notorie-
tate, facti, Et iuris, f. 347. D.
Excommunicatus specialiter, ob non comparendi, vel parendi, vel alio
modo, non est euitandus: nisi etiæ expreßè fuerit denūtiatus, f. 348. B.
Delictum, Et delinquens, licet sint notorii, propter quod lata est excom-
municatio, si non fuerit specialiter, Et expreßè denunciatus, non te-
neor illum vitare, immo possum coram eo celebrare; Et pro eo pu-
blicè orare, f. 348. B.
Excommunicati, etiam occulti, in nullo relevantur, in quantum ad se,
Et ideo debent se abstinere à Divinis, Et c. ibidem. E.
Catholici Galliæ, Et in aliis partibus, quomodo possint cum illis hæreti-
cis publicè excom. praticare ibidem.
Excommunicari vel interdici non possunt Fratres Ord. S. Hieron. Hispan.
Cisterciens. Camaldul. Et Societ. Iesu, nec eorum loca, nec seruito-
res, Et c. nisi de speciali mandato Sedis Apost. f. 349. B.
Fratres minores, non possunt ligari aliqua sententia excom. suspensi. vel
interdicti, iuris, vel hominis, nisi nominentur specialiter f. 349. D.
Quoad Bullam Cœnæ ponuntur quædam notabilia. ibidem. E.
Excommunictatio lata contra absoluentes à casibus Bullæ Cœnæ, non est
reservata Papa, f. 350. A.
Omnes Confessores tenentur penes se habere transumptum Bullæ Cœnæ,
Et quomodo ab hoc eximuntur patres Societ. Iesu, f. 351. B.
Per quæcumque Priuilegia, seu Bullas, nunquam censetur dari facultas
pro casibus Cœnæ; nisi de eis expressa fiat mentio. ibidem. A.

Exempti Fratres.

- I**N exemptos Fratres Prælatorum auctoritas habetur, f. 351.
Et quando, Et quomodo ipsi exempti Fratres possint se negociorum,
vel officiorum, vel Prærogatiis Ordinis immisceri, vide ibidem.
Exemptiones, qua forma, Et cuius licentia, sunt impetranda Et quis
debeat,

I N D E X.

debeat eorum Brevia, seu Bullas recognoscere; vide f. 353.

Exemptio.

Exemptio Fratrum, &c. Monialium, à Prælatis Ecclesiasticis & ab omnibus actibus fori iudicialis, & occupationibus, & negotiis extra ordinem, f. 354. & 355. & de immediata eorum subiectione Sedis Apost. f. 156. & 157.

Aliasque quamplurimæ exemptiones concessæ Fratribus Prædicatoribus, Carmelitis, Monachis S. Bened. ac Monialibus S. Clarg. vide ibidem per totum.

Frates delinquentes, quomodo, et quālo, dicantur, exempti à iurisdictione Ordinariorum, ibidem, f. 262. A.

Episcopus Regularem exemptum incarcerns, an excommunicacionem incurrat. Et an si Regularis percutserit clericum, possit illum Episcopus denuntiare excommunicatum, ibidem. C. D.

Exempti, ab Episcopo citati, an, et quando teneantur comparere, et quādo teneantur parere Curia seculari, Bannitos persequenti? ibid f. 363. C.

Exemptio Religiorum, ab exactiōibus quibuscumque, f. 363. C. et in fine Compendii, f. 3. ubi nonnulla notabilia ponuntur.

F

Fratrum Minorum omniumque aliorum Mēdicantium origo enarratur in primo folio.

Frates Minores, aliique Mendicantes, quomodo non possint transire ad Ordines Monachales, vel intra se, f. 2. A.

Frates Minor. non possunt sibi eligere confessorem, nec à casibus reservatis absoluī, nisi de consensu suorum Prælatorū, etiam virtute Bulle Cruc. f. 13. §. 15. et 16.

Fratribus Minor. sicut concessum posse audire in confessionibus omnes etiam forenses, ea uictoritate, quam habent ab Episcopo, in cuius Diœcesi existuat, f. 45. §. 7. 8. 9.

Fratribus Minor. et Prædicatoribus quamplurimæ insignes Priuilegiorum communicationes, f. 184. §. 1. consequentibus.

Fratribus Minor. et reliquis Mendic. Amplissimæ exemptiones à solutionibus quarumcūque decimarum, supra in verbo Decima, et quod non possint aliqua censura ligari, nisi specialiter nominentur, f. 344. D.

Fratres hospites, an possint confiteri absque licentia Prælati illius loci, ubi reperiuntur et quid, et quālo ipsi hospites sunt Prælati? f. 28. B.

Fratres excommunicatus, an possit absoluere alterum Fratrem e communicatum? et quid, quando se percuterent ad iniucem, uel Superior

I N D E X.

- rior percuteret subditum? vide infra, in hoc indice, in verbo Reli-
giose, qui manus violentas, &c.
- Fratres Ordin. Præd. à nullo Confessore alterius Ord. possunt in Confes-
sionibus audiri, f. 17. §. 29. & §. 32
- Fratribus Ord. Prædic. amplissima facultas in audiendo confessiones,
etiam forensum, f. 48. §. 17. quæ communicatur etiam Fratribus
Minor. & ibidem. D.
- Fratum Ordinū Prædicatorum ampliss. Privilegiorum Communicatio,
f. 190. §. 20.
- Fratribus Carmelitis ampliss. facultas concessa, in absoluēdo omnes Chri-
sti fideles, f. 49. §. 19. & an per communicationem possint Fratres
Minor. illa vti, si Carmelite ipsi ea non vtantur, f. 51. A.
- Frat. Carm. Privilegiorum Communicatio, f. 193. §. 30.
- Fratum. Erem. S. August. origo, describitur, in primo folio huius Cō-
pend. pagina 5.
- Fratres August. non possunt impediri ab executione Prædicationis,
& confessionis: dummodo obseruent Clem. Dudum, f. 49 §. 18.
- Fratribus August. ampliss. communicationes Privileg. f. 191. §. 21.
- Fratr. Minimis Concessio data à Julio II. ut possint à Confessoribns sibi
electis absolui à casibus reservatis, quomodo intelligatur, uide f. 26. E
& 27. A.
- Fratribus Minimis latissima facultas, pro absolutione ab omnibus casi-
bus, & censuris Ordinario reservatis, tam à iure, quam ab homine,
&c. f. 50. §. 20. & an extendatur ad seculares f. 53. B.
- Fratribus Minim. facultas data, pro lucrando Stationibus vrbis Romæ
par. 2. f. 16. §. 10.
- Fratr. Minimis & Carthusiens. & S. Trinit. Privileg. communicatio,
f. 194. 195. & 196.
- Fratum S. Hieron. Jesuorum origo, habetur in pr. folio, pag. 6.
- Fratum Eremit. S. Hieron. è Pisa initium demonstratur, in pr. fol. huius
Compend. pag. 8.
- Fratum Eremit. S. Hieron. Hispan. exordium habetur, ibidem.
- Fratribus S. Hieron. gratia concessa, ut possint plenariè absolvi; intel-
ligitur de peccatis quocunque tempore confessis, licet tunc non con-
fiteantur, f. 64. D.
- Fratribus S. Hieron. Hispan. est prohibitus transitus ad alias R eligio-
nis, & quo modo, f. 129. D.
- Fratribus S. Iohannis Hierosolim. exemptiones à decimarum solutione
concessæ, f. 271. §. 17. & à visitatione Ordinariorum. vide supra
in uerbo Ecclesiæ.

Fratres,

I N D E X.

Fratres, exigentibus meritis possunt à Prælatis torqueri, modo, & forma, vt inf. 121. A.

Frater professus, an possit Religio rem exire, propter parentum inopiam, f. 127. B.

Formulæ aliqua absolutionis plenarie ponuntur, f. 40. 42. & 43. Et una plenissima danda Fratribus in agone mortis, f. 43. C. & alia formulæ ordinariae ponuntur in fine huius Compendij, f. 55.

Fratres Ordinis S. Hieron. Hispan. Cisterciens. Camald. & Societ. Iesu quomodo non possint aliqua censura ligari, uide supra verbo Excom.

Famuli Fratrum.

Famulis Fratrum quamplurime Concessiones concessæ, pro tempore Interdicti, pro sacramentori receptione, &c. ponuntur, f. 366. & quomodo debeant Concessiones illæ intelligi, f. 368. A.

Festivitatis.

Nonnulla Priuilegia concessa pro celebrandis Festivitatibus Sanctorum nostri Ordinis, vide f. 369.

Et præcipue pro Patre Seraphico nostro Francisco, f. 370.

Sed quid ordinauerit pro hoc Six. V. & Pius V. & de Indul. plenarie concessa visitantibus Eccles. Fratrum Minor. in Festivitatibus Principium Sanctorum Ordin. & Ecclesiæ Monial. Concept. in die Cocept. & de duplice off. S. Bonaventure, uide ibidem, f. 369.

Fratres tenentur obseruare, & celebrare illa alia festa, que Populus. & Clerus obseruare solent, & que Episcopi in sua Diaœcœsi obseruari iussierint, f. 369.

Generalis Minister.

Nonnullæ facultates ipsis Generalibus Ordinum Mendic. concessæ, habentur, f. 371. & 372..

Generali Ord. August. fuit concessum, ut quæcumque Instrum. suo sigillo signata essent, haberent tantam fidem, ac si plumbi sigillum haberent, f. 373. §. 16.

Guardianus.

Guardiani Ordin. Minor. parificantur in omnibus, Prioribus Ord. Præd. f. 377 §. 4.

Guardiani quomodo cumque electi, sunt verè Prælati, f. 376. et 378. A. In Prælatorum appellationem qui ueniant, ibidem. C.

Guardianus, an sit de illis Prælatis, qui possunt sibi eligere Confessores, ibidem. D. & f. 23.

Guardiani, vel Priors, & eorum Vicarij, an habeant facultatem il-

I N D E X.

- lam amplissimam concessam Generali, & Ministris, & Custodis absoluendi suos subditos declaratur, f. 8. D. f. 24. B.
Guardiani, quibus Provinciales committunt auctoritatem absoluendi a casibus reservatis, utrum possint illam committere alijs Fratribus f. 23. A. & 26. C. & 33. B.
Guardianorum potestas in absoluendo, & dispensando, an possit per Prelatos Superiores, vel Capitula coarctari? f. 24. E.

Gradus Scholastici.

Gradus Scholastici quando debeant conferri, & ad Magisterium, quo ordine ascendatur, f. 378. & 379.

H

Hospites Fratres subditi, non possunt confiteri, absque licentia Praelati illius loci, in quo reperiuntur: sed si essent Pralati, bene possent, f. 28. A. & 30. B.

Habitus Fratrum.

Prohibitio, ne quis Monachorum, aut Religiosorum lineis camisis utatur, f. 380. §. 1.

Habitus Fratrum Minorum, vel consimilem deferre, omnibus alijs Religiosis, & secularibus prohibetur, f. 181. §. 4. & 5. & f. 183. D.

Morientibus cum habitu Fratrum Minorum, sive illum osculantibus, indulgenti: Habitum sue Religionis temere dimittentibus, pena. §. 7.

Ne impediatur à Curatis sepeliri morientes cum habitu in Ecclesiis Fratrum Minorum, et si elegissent sepeliri in aliena sepultura, §. 6. 9.

Idem fuit concessum Carmelitis, & Prædicatoribus; & cui competit supradictum habitum morientibus concedere. §. 10. & 11.

Et quando Fratres possent intrare Parochias cum cruce, ad leuanda corpora. §. 13. f. 383.

Habitus forma Congregationis Ioannis de Dio, & nè deferant Capuccinum acutum, sed rotundum; nec habitum consimilem habitui Capuccinorum 383. E.

Reformati Conventualium est facta eadem prohibitio; & qua forma, & colore, habitum, & mantellum deferre debeant, ibid. f. 384. B. et ut nè etiam ipsos Capuccinos recipiant.

Habitus quis temere dimittere, quando dicatur, et an assumens habitum alterius Religionis incidat in penas taxatas, ibidem. C. D. et quis de portantibus habitum absconditum, f. 385. A.

Tempus suscipiendo habitum à Puellis Deo aicandis, f. 5. B.

Hanc-

IND EX.

Hæreditas, & Hæredes.

Concessiones date Fratribus Minoribus, ut possint succedere in hæreditatibus intelliguntur de Conventualibus, nō autem de Observantibus, f. 384.

Sed Collector contendit, hoc non obstante, probare eos duplii remedio posse iuuari pro consequendis eis relictis, ibidem, f. 386. E.

Frates Minores secundum Regulæ puritatem viuentes, hæredes esse nō possunt, nec directè, nec iure fideicommissi, f. 338. E.

Hæreditatis estimatio non est licita Fratribus, f. 389. B. & an valeat eorum institutio, cum clausula apposita, quod hæreditas pro eorum necessitatibus vendatur? ibidem. E.

Hæreditatis pretium, quando poterint acceptare Frates, f. 391. C.

Ecclesiæ, seu Cappellæ Fratrum, quomodo, & quando possint hæredes institui, ibidem. Et quid dicendum de institutione aliorum Mendicantium, & non Mendic. E.

Itinerantibus Fratribus Minoribus sicut concessum, posse transferre ieiunium diei iterationis in aliud diem, f. 394 §. 3.

Impetrantes literas à Protectoribus, ultra causas permisso, qua pœna puniantur, f. 395.

Imprimere libros quomodo quis possit, et de pœna contra imprimentes eos, sine licentia Ordinari, & Superiorum, f. 395. & ultra pœnas Conc. Lateranen. & Trid. in constitut. Capuccinorum, additur pœna priuationis actus legitimi: & quid per huiusmodi actus legitimos intelligatur, f. 396. C.

Incorrigitib[us] Frates, quando sunt ab Ordine ejiciendi, f. 397. & vide supra in verbo Eiicere.

Finis Tabulae.



COMPENDIUM PRIVILEGIORVM.

A VARIIS SVMMIS PONTIFICIBVS,
& Apostolica Sede, Fratribus Minoribus, necnon, & alijs
Fratribus Mendicantibus, ac Monialibus, & ter-
tiarijs sibi subiectis, eorumq; ordini-
bus concessorum.

SECVNDO EDITVM, CVM MVLTIS ADDITIO-
nibus, tam ex Priuilegijs prælatorum Fratrum, denuò repertis, & ob-
tentis; quam ex Priuilegijs Fratrum non Mendicantium; quibus Fra-
tres Minores, per nouam concessionem Clementis V I I. gaudere pos-
sunt; ac etiam ex contentis in Iure Canonico, quæ præfatos tangunt Fra-
tres; alphabetico ordine, per quendam Fratrem Minorem Provinciae
Sancti Iacobi, congregatum.

ET NVNC PRIMO' A R. P.F. HIERONYMO A' SORBO
CAPVCCINO REFORMATVM, FAELICITER INCIPIT.

A B B A S.



C I E N D V M, quòd licet Prælati fra-
trum Minorum, aliorumq; Mendicantium, Abbates minimè appellen-
tur; nihilominus in priuilegijs hu-
iusmodi fratum continentur non-
nulla, quæ ad Abbates pertinent.
Ista autem primò sunt quedam pro-
hibitiones receptionis fratrum Mi-
norum, aliorumque Mendicantium,
ad ordines monachales trâsire vo-
lentium. Hæc verò, vt in loco magis congruo, ponuntur in di-
ctione, Recipere. Et quia nunc fratres minores, per nouam
concessionē Clementis septimi, quæ habetur in dictione, Cöi-
catio priuilegiorum. §. 19. gaudent priuilegijs Ordinū nō Men-
dicantium, quorum aliqua cōcernunt Abbates, pro vt habetur
infra varijs dictiōibus, præsertim, Absolutio, Dispēsatio, Of-
ficiū diuinū, Interdictum: poterunt Prælati fratrum Mi-
norum vti omnibus, concessis Abbatibus Ordinū monachalium.

A C A P-

Abbas.

Abbatissa.



CAPUCCINI ANNOTATIO.

CIRCA prohibitiones receptionis Fratrum Minorum, aliorumq; Mendicantium, ad ordines monachales, vel intra se transire volentium, aliquas ponam declarationes, secundum Conc. Trid. aliorumq; Summorum Pontificum decreta, infra in verbo, Recipere. Et quando, & quomodo Abbas possit conferre minores ordines, dicam etiam infra, in verbo, Ordines Sacri, in fine.

ABBATISSA.

¶ Distinctio concessionum subscriptarum.

Collector.

EX infrascriptis concessionibus attinetibus ad Abbatissas, quædam concernunt earum electionem, & durationem; & habentur in §. vbi in margine ponitur ista dictio, Electio; aliae verò pertinent ad earundem Abbatissarum officium, & facultatem; hæc autem continentur in §. vbi in margine ponitur hæc dictio, Clausura, vel Receptio.

I
Electio.

INNOCENTIUS iiij. & postea Bonifacius viii. ordinaverunt, & præceperunt, ut electio Abbatissæ monialium Sanctæ Claræ, liberè pertineat ad conuentum. b. fo. 32. Et ffo. 33. concess. 35.

2
Electio.

VRbanus 4. idem statuit quod Innocentius suprascriptus, ac multa alia cōcernentia officium Abbatissæ; prout latè habetur in regula, quam ipse ordinavit pro monialibus S. Clare, rubrica 22. vide ibi. fol. 289. tractatu 3. Et ffo. 298. tract. 2.

3
Ex iure co
muni.
Electio.

BOnifacius 8. statuit, ut cum Abbatissæ fuerit electio facienda, nulla monialis, nisi duodecimum annum peregerit, & professa fuerit, tacite, vel expressè, ad eligendum cum alijs admittatur; nec in Abbatissam, aut Priorissam, vbi per Priorissam monasterium gubernatur; nec de cetero eligatur aliqua, nisi tricesimum annum compleuerit, & expressè professa fuerit ordinem regularem. Habetur in iure commun. c. Indemnitibus lib. 6. vbi multa alia ponuntur attinentia ad huiusmodi electionem, quæ longum foret hic ponere. Vide ibi.

Per Conc.
Trid. ordi
natur. vt
non eliga
tur nisi 40.
ann. attige
rit sess. vlt.
c. 7.

4

EVgenius 4. ordinavit, quod sicut Abbatissæ, & aliae sorores, & earum Prouisoræ ad hoc deputatae, tenent claves, qui-fores, aut alias honestas personas, per Ministros generales, aut prouinciales deputandas, ex parte exteriori, habeantur claves, & conseruentur. b. fo. 42. Et ffo. 39. conce. 44.

¶ IDEM

Abbatissa:

A **¶ I D E M** Eugenius statuit, quod in electione, & creatione Abbatissarum, seu Ministrarum, vel Matrum ordinis Sancte Clares, & tertij ordinis, illae tantum, ex monialibus, vel sororibus, vocem habeant, quae per annos tres, vel circa, in earundem monasterijs, vel collegijs fuerint: in qua electione maior pars votorum, ad minus medietatem superans, debeat conuenire.

b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

Electio.
Pro monia-
libus San-
cta Clares
& tertij
ordi.

B **N** icolaus 5. statuit, & ordinavit, quod electiones Abbatis-
rum, seu Matrum monialium, quae a maiori parte ea-
rum numero dumtaxat, factae fuerint, sint, & censeantur ca-
nonicæ. Ac quod ad ipsorum monasteriorum, seu domorum
moniales, aut sorores, ordinem ipsum professas, etiam quæ per
triennium, vel circiter, in predictis monasterijs moram traxe-
rint, speuent, & pertineant. b. fo. 48. Et ffo. 43. conce. 48.

Electio.

C **¶ I D E M** Nicolaus statuit, quod predictarum Abbatisarum,
seu Matrum monialium dignitates, vel officia, per annum tan-
tum durent in partibus cismontanis scilicet, Italiæ, & alijs ei
annexis; temporeq; illo decurso, etiam si iustas renunciations
non fecerint, vacent, ac vacare censeantur. Et quod in fine hu-
iustmodi anni, a die electionis earum computandi, teneantur,
sub excommunicationis pena, ipso facto (si contrafecerint) in-
currēda, renunciare regimini, & administrationi monasteri o-
rum, seu domorum earum; ac sigillum, & claves monasteriorū,
& officinarum restituere in manibus Prouincialium fratrum

Excommu-
nicatio.

Renuciari

D minorum, illarum provinciarum, in quibus monasteria, & loca
ipsa cōsistunt; vel saltem in manibus Visitatorum monasterio-
rum, seu domorum huiusmodi, per eosdem Prouinciales in con-
gregatione fratrum deputandorum, & ad id ab eisdem Prouin-
cialibus, potestatem habentium. Et hoc voluit fieri in presen-
tia sororum, seu monialium, ad id specialiter vocatarum. b. fo.
48. & ffo. 43. conce. 48. Et ffo. 40. conce. 128.

E **¶ I D E M** Nicolaus statuit, quod predictæ Abbatissæ, nec simul
omnes moniales, possint aliquam ad religionem, vel professo-
nem recipere; nisi de Prouincialis, aut Visitatoris expressa li-
centia. Nec similiter recipere præsumant, aut valeant aliquem
in capellani, vel receptum retinere; nisi a Prouinciali, vel Visi-
tatore, pro idoneo reputatus fuerit. b. fo. 48. & ffo. 43. conce. 48.

Receptio
ad habitū,
vel profes-
sionem.

L Eo 10., vt monasteria monialium debite regantur, & guber-
nentur, ac illorum Abbatissæ circa officium sibi commis-
sum, summa cum diligentia, omniq; sanctimonia, si non diuino

9

A 2 amore,

Abbatissa.

4

amore, amotionis saltem metu, semper intentæ existat, statuit, A & mandauit; vt annis singulis à Prouincialibus, seu earum Visitatoribus, Abbatissæ ministerij, seu officij absolutionem, à dictis Visitatoribus, iuxta desuper Urbani 4. editam constitutio- nem, petere teneantur. Nedum id verbo, sed etiam facto, reali- ter, & cum effectu faciendo. Ac etiam statuit, quod si eisdem Visitatoribus videbitur; & ipsa necessitas, ac monasterij exige- rit reformatio, acceptare cum effectu debeant. Et quod huius- modi Abbatissæ officium, in ipsius Visitatoris manibus, dimit- tere teneatur; ita vt mera, & libera eidem Visitatori remaneat facultas, eisdem sororibus, seu monialibus, sub excommunica- tionis sententia, & alijs sibi visis sententijs, censuris, & pœnis, præcipiendi, vt circa alicuius Abbatissæ electionem intendere debeant; aut alijs, iuxta ipsius prædictæ cōstitutionis verba, & tenorem, procedendi. Et monialem, quæ Abbatissæ ministeriū huiusmodi gessit, iuxta excessus exigentiam, corrigendi, & ca- stigandi; ac censuras, & pœnas huiusmodi, iteratis vicibus, ag- grauandi, & alia in premissis necessaria, seu quomodolibet op- portuna faciendi, & exequendi. b. ffo. 40. conce. 128.

Collector.

¶ Aduertendū est, quod quia circa prædicta, quotidie fuit nouæ impetrations, seu prouisiones, & innouationes; ideo in his nullus decipiatur, credens omnia huiusmodi esse necessariò seruanda; præsertim, quia aliqua ex eis fortè nunquam fue- runt moribus vtentium admissa, præcipue quod ad durationem officiorum, & ætatem eligentium, &c.



CAPUCCINI ANNOTATIO.

CIRC A clausuram, & quomodo, & quando possit intrari, vide Concil. Trid. sess. 25. in cap. 5. & plenius infra in verbo, Clausura monialium, in glossa nostra.

In 5. 5.

Circa huiusmodi prohibitionē, sunt attēdēda ea, quæ à Sacr. Cōc. Trid. sess. 25. tit. de Reg. & Monial. in cap. 6. cū seq. iubetur in electionibus earum obseruari, videlicet, vt per vota secreta fiat, ita ut singulorū eligentī nominā nunquā publicētur; & Abbatissa, & Priorissa, & quocunq; alio nomine Præfecta, vel Præposita appelletur, eligatur nō minor annis quadraginta, & quæ octo annis, post expressam professionē, laudabiliter vixerit; q; si his qualitatibus non reperiatur in eodē Monasterio, ex alio eiusdē ordinis eligi possit. Si hoc etiā incōmodū Superiori, qui electioni præst videatur, ex hijs, quæ in eodē Monasterio, annū trigesimū excesserint, & quinq; saltē annis, post professionē, recte vixerint, Episcopo, vel alio superiore cōsētiēte eligat.

Cōcil. Tri-
sess. 25. c.
6. & 7. de
Regul.

A Is vero, qui electioni praest, Episcopus sine aliis superior, claustra monasterij non ingrediatur; sed ante cancellorum fenestram, vota singulorum audiat, vel accipiat. In reliquis, seruentur singulorum Ordinum, vel Monasteriorum constitutiones.

Papa Gregorius XIII. in const. 84. anno 1583. emanata, omnes Abbatissas in vita, ad triennium reduci iubet; quo triennio finito, omni careant autoritate; ac regimine, & administratione Monasterij, per triennium, a die finitae administrationis inchoandum abstineant; quo elapsi,

B Seruata eadem forma supradicti Conc. Trid. iterum, & pluries eligi possint.

Circa tempus suscipiendi habitum a pueris, Deo discandis, in Conc. Trid. Tempus suscipiendi habitum.
seß. vlt. de Regul. c. 17. mandatur, ut sit maior duodecim annis, & non ante habitum suscipias.

Et quod professionem non emittat, antequam explorauerit Episcopus; Exploratio voluntatis.
vel eo absente, vel impedito, eius Vicarius, an coacta, vel seducta fuerit.

Et in ca. 18. habetur quod si quis coegerit mulieres ad ingrediendū Monasterium, vel ad emittendam professionem; vel si quis impedierit, sine legitima causa, ne ingredierentur, vel professionem emitterent, sancta Syndodus illum anathemati subiicit.

C Est hic aduertendum, quod Pius V. concessit monialibus Regule sancti Dominici, ut Nouitiae, in articulo mortis, etiam ante tempus probationis, possint emittere professionem; & decedentes (quatenus tamen in aetate legitima, ut supra, requisita a Conc. Trid. constituta sint) consequantur indulgentiam plenariam, in forma Iubilee. Quæ Constitutio fuit emanata in anno 1570. & ponitur a Reuerendissimo Passarello, in tractatu priuilegiorum Minimorum fol. 123. unde, per communicationem priuilegiorum, conceditur hæc facultas alijs monialibus, sub aliorum mendicantium regulis militantibus.

D Et in cap. 10. eiusdem seß. 25. mandatur, ut præter ordinarium Confessorem, alijs extra ordinarius ab Episcopo, & alijs Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat. Et aduertendum, quod Leo statuit, ut monialium Confessores, ultra triennium nondarent, ut habetur infra in Verbo moniales. §. 28.

Pro nouitiis.

Passarel-

Ius.

Concedatur eis; confessorum ex ordinariorum.

A B S O L V T I O.

E **T** Distinctio generalis materiae absolutionis, in serius annotatae.

Q Voniam multa valde, ac nimis diuersa, pertinentia ad materiae absolutionum, reperiuntur in priuilegijs fratrum, quæ si insimul ponerentur, non modicam causarent prolixitatem, & confusionem; ideo opere precium visum est, huius-

6 Absolutio ordinaria quò ad fratres.

modi materiam sic diuidere , quòd primò ponantur per se , ea A
quæ attinent ad absolutiones fratrum inter seiplos; ac deinde
alia quæ personas sacerdtales concernunt .

ABSOLVTO QVOAD FRATRES.

¶ Distinctio materiae infrascriptæ.

Collector.

I Nter concessiones pertinentes ad absolutiones fratrum inter seiplos ; quædam concernunt absolutionem ordinariam , quæ quotidie potest exerceri , cum opus fuerit ; huius modi concessiones ponuntur primo per se , procedendo per ordinem prout fuerunt successivè concessæ : alia verò concessiones pertinent ad absolutionem extraordinariam , quæ scilicet , solum certis diebus possunt fratres vti . Istæ sunt abolutions plenariae , licet non æquales , ut infra patebit . quæ autem ponuntur ordinatè secundo loco . In omnibus autem infrascriptis concessionibus absolutionum sic proceditur , quòd primo ponuntur concessiones attinentes directè ad fratres minores ac deinde adduntur aliæ concessiones , quæ alijs fratribus mendicantibus factæ reperiuntur .

ABSOLVTO ORDINARIA QVOAD FRATRES.

I
Excommu-
nicatio.

SNOCENTIVS Quartus concessit Generali , & Provincialibus Ministris , vt eos , ex fratribus suis , qui pro iniectione minuum in seiplos , incurrerint excommunicationis vinculum ; aut in id ante susceptum habitum inciderint , vel alias sunt excommunicati , valeant absoluere ; nisi adeò graues , & enormes sint excessus , quòd meritò sint ad sedem Apostolicam destinandi . B. fo. 104. conc. 219.

II
Excommu-
nicatio.

ALEXANDER Quartus concessit , fratres minores posse absoluiri a suis Ministris , & Custodibus , quando incurront excommunicationem maiorem , participando cum excommunicatis , quando aggrauata est sententia . b. fo. 61. Et fo. 64. conce. 74.

III
De custo-
dibus &
guardianis

CLEMENS Quartus concessit , quòd Custodes , & Guardiani fratrum Minorū qui secundum statuta dicti ordinis aliter quam per electionem instituuntur , post institutionem , seu pruisionem de ipsis factam , curam animarum fratrum sibi subditorum habeant , ipsosq; ligare , ac soluere possint ; iuxta ipsius ordinis instituta . B. fo. 56. Et fo. 139. conce. 309.

¶ In

Absolutio ordinaria quò ad fratres.

7

A IN Mari magno fratum Carmelitarum extenditur prædicta concessio ad Priors prouinciales & locales, seu conuentuales, & alios Officiales, qui secundum eiusdem ordinis instituta, aliter quam per electionem, a Generali dicti ordinis instituuntur. Et sic, ratione communicationis priuilegiorum, idem iudicium erit de Prouincialibus, & alijs Officialibus ordinis Minorum.

Collector.

B ITEM Clemens 4. cōcessit Generali, & prouincialibus Ministeris, eorumq; Vices gerentibus, & Custodibus, vt suo volentes aggregari consortio, scilicet, volentes ingredi ordinem, qui suspensionis, vel interdicti, vel excommunicationis sententijs, a iure, vel a iudice promulgatis generaliter, sint ligati, absolutionis beneficium, obseruata forma canonica, impartiri, ipsoseq; in fratres recipere valeant. Ac eos, qui post assumptum habitum, vel professionem emissam, recoluerint se talibus in seculo fuisse sententijs inodatos, secundum formam prædictam,

4
Pro noui-
tijis.
Excommu-
nicatio.

C valeant præfati Prælati, ac illorum Vices gerentes absoluere, & cum irregularibus dispensare, si forsitan talibus inodati sententijs, vel in locis interdicto suppositis, diuina præsumpserint officia celebrare, vel ordines recipere. Ita tamen, quod si aliqui ex talibus, eisdem sententijs, propter debitum, sint astricti; satisfaciant ut tenentur. Voluit tamen, quod nisi præfati mox ordinem intrauerint (etiam si super hoc eis inducia a prælati eiusdem ordinis concedantur) eò ipso, in pristinas sententias,

Pro profes-
sis.

D à quibus eos absolui contigerit, relabantur. B. fol. 56. & ff. 140. conce. 320.

Dispensa-
tio.
Sed circa
absolutio-
nem noui-
tiorū nūc
aliter est
obseruādū
ut dicā in-
fra in ver-
bo absolu-
tio extra-
ordinaria
quoad fra-
tres in 6.3.

E IDEM ad litteram habetur in Mari magno prædicatorum. b.fo. 236. conce. 550.

5
Prohibitio.

F IDEM Clemens in Mari magno inhibuit vniuersis fratribus ordinis minorum, ne aliquis eorum (nisi necessitatis urgente articulo) alijs, quam Prælati suis peccata sua confiteri præsumant; vel alijs eiusdem ordinis sacerdotibus; nisi secundum regulam, & ipsius ordinis instituta. b.fo. 58. Et ff. 142. cōce. 337

G IDEM habetur, quo ad Carmelitas. b.fo. 136. conce. 475. Et quo ad fratres prædica. b.fo. 238. conce. 563.

6

H IDEM Clemens, vniuersis ecclesiarum Prælati, & alijs inhibuit, ne cōfessiones fratrum Minorum inuitis eorundem fratrum Prælati, andire præsumant. b.fo. 142 conce. 338.

I IDEM Clemens concessit, ut Generalis, & singuli prouinciales Ministri, & eorum Vicarij, ac etiam Custodes, in prouin-

7

8 *Absolutio ordinaria quò ad fratres.*

cijs & custodijs sibi commissis; prædictis fratribus ibidem constitutis, nec non fratribus alijs eiusdem ordinis, interdum ad eos declinantibus vnde cunq; , absolutione, & dispensatione indigentibus; siue priusquam intrauerint ordinē, siue post in casibus excederint; pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut suspensionis incurrent sententias, a iure, vel a iudice generaliter promulgatas, & huiusmodi sententijs innodatis, aut in locis suppositis interdicto, diuinā officia celebrantes, vel suscipientes ordines, sic ligati, notam irregularitatis incurrint; absolutionis, & dispensationis beneficium valeant impari tiri; nisi adeo fuerit grauis, & enormis excessus, quod sint ad sedem Apostolicam meritò destinandi. Ac similiter concessit,

Excommuni catio. Pro prelatis. **Dispensa**
tio. **Pro prela**
tis. **Collector.** **Collector.** **Nota pro**
guardianis
& vicarijs.

quod fratres, quos Generalis, & prouinciales Ministri, & eorum vicarij, ac etiam Custodes, in proprios habuerint confessores, possint eis absolutionis, & dispensationis beneficium impartiri. b. fo. 57. Et fo. 140. conce. 318. & 319.

¶ Similem concessionem habent fratres Prædicatores, nisi quod sua extenditur ad priores conuentuales. b. fo. 236. conce. 548. Idem habetur quo ad Carmelitas. b. ff. 180. conce. 432.

¶ Casus, pro quibus fratres ad Apostolicam sedem sunt meritò destinandi, specificantur à Sixto 4. prout ponuntur infra. §. 13.

¶ A D V E R T E N D U M est circa duas concessiones suprapositas immediatè, quod auctoritas, & facultas, que superius continetur, extenditur in Mari magno fratum ordinis prædicatorum, ad Piores conuentuales, & Vices eorum gerentes in conuentibus, ac locis eis commissis; sic quod Prior conuentualis, & eius Vicarius, tantam potestatem habet circa absolutiones censurarum, & dispensationes irregularitatum, quo ad suos subditos; quantam Prouincialis, quo ad totam Prouinciam.

b. fo. 236. cōce. 548. Ex hoc verò sequitur, quod similem auctoritatem habebunt Guardiani, ac eorū Vicarij, respectu suorū subditorum, & aliorum fratum ad eos declinantium; nisi per superiores Prælatos limitetur, seu restringatur huiusmodi auctoritas, prout in ordine fieri consuevit. ¶ Notandum est etiā, quod per Bullā aureā fuit restricta præfata auctoritas ad Generales, & eorum vicarios, & ad illos, quibus ipsi ducerent committendum duntaxat. Sed postea, per quadam breue, fuit concessum prædictis fratribus præparatoribus, quod possint absoluere, ac dispensare, iuxta concessionem, quam habebant ante dictam restrictionem; ut patet infra. §. 34.

¶ Opor-

Absolutio ordinaria quod ad fratres.

A ¶ Oportet insuper aduertere, quod Vicarij, de quibus supra fit mentio, quod ad fratres prædicatores (iuxta consuetudinē eorum) intelliguntur illi, qui propter mortem, vel defectum Prioris, habent regimen conuentuum. Et quo ad fratres minores, simili modo intelligendum est de illis fratribus, qui communiter dicuntur Præsidentes, & non de communib[us] Vicarijs.

¶ Volo clarius loquendo dicere, quod fratres Ordinis prædicitorum habuerunt, post dictam restrictionem, quodam Breue,

B pro toto suo ordine, per quod ipsis fuit concessum, quod Generalis, & Prouincialis, & sui Vices gerentes absoluenter, & dispensarent, sicut ante restrictionem. Piores verò conuentuales, solum possent absoluere, in ijs, in quibus sedes Apostolica non esset meritò consulenda; & dispensare in irregularitatibus contractis ex censuris, prout antiquitus, ante Sextum, ipsis, & nostris Guardianis erat concessum. Et sic Vicarij māserunt exclusi omnino. Postea fratres præfati ordinis prædicatorum regno-

C rum Castellæ, & Legionis, habuerunt copiosiorem concessiōnem, per quam possunt, quicquid poterant ante restrictionem supradictam. Veruntamen dicunt ipsis, quod quod ad istas absolutiones, & dispensationes, nunquam Vicarius, vel Subprior, se intromittit; nisi a suo superiori specialiter sibi committantur. Et sic videtur, quod nunquam præfata facultas pro Vicarijs, fuit ab ipsis admissa. Et ita erit, ac si nunquam fuisse concessa. Sed quando conuentus caret Prio, seu vacat, tunc solū-

D modo Præsidēs vtitur illa. Et sic soluitur quæstio de nostris Vicarijs, superius tacta. Et cum per supradictum Breue, possint Piores conuentuales absoluere, sicut ante restrictionem, & de facto sic vtantur, idem poterunt Guardiani præfatorum regnum; nisi quod ad legitimationem bastardorum; quia solū fit per Prouinciale, vel Capitulum.

B Onifacius octauus statuit, quod Religioso, qui manus violentas in clericum sacerdarem iniecit, ne, hoc prætextu habeat materiam euagandi, possit ab Episcopo eo casu, absolutionis beneficium exhiberi: quæ sacerdiali clero posset, si alium clericum percussisset, videlicet quando leuiter percussit: secundum glo. ibi. In eo casu. Habetur hoc in c. Religioso: de sententia excommunicationis. lib. 6.

¶ IDEM Bonifacius statuit, quod si Episcopus, seu Prælatus suo subdito concescerit, vt possit sibi eligere confessorem idoneum, ille quem is elegerit, in casibus, qui eidem Episcopo, seu

Ex iure cōmuni.

10 *Absolutio ordinaria quò ad fratres.*

Nota.

Nisi consuetudo est nota, & per Tacitū consensum approbata à superiorē, vt inq[ue]t Medin. Cod. de confess. fol. 85. col. 1.

Particula-
ris pro re-
gnis castel-
læ.

Pro profes-
sis & Noui-
cijs.

Pro oblat.

Sacramen-
ta.

Pro præla-
tis.

Collector.

Nota.

Prælato specialiter reseruantur ; nullam habeat penitus potestatem : cum in generali concessione illa non veniant, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Et similiter statuit, quod nulla possit consuetudine introduci, quod aliquis, praeter sui superioris licentiam, confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit absoluere vel ligare. Habetur in c. Si episcopus : de penitentijs & remissionibus. libro. 6.

Eugenius Quartus concessit fratribus minoribus obseruatis propter ordinis, quoquem nomine censeantur, & Confessores per huiusmodi Prælatos deputati, singulorum conuentuum, locorum, & eremitorum, possint omnes, & singulos fratres professos, conuersos, atque nouitios, habentes animum profundi ; necnon perpetuo donatos, seu oblatos praesentes, & futuros, & quoscunque, pro tempore, familiares, seruitores, officiales, & continua commensales, domorum, conuentuum, locorum, sive eremitorum supradictorum, ab omnibus, & singulis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis ; praeterquam Sedis Apostolicæ destinatis casibus, & ab omnibus, & singulis huiusmodi censuris supradictis, quas ex ignorantia, vel inaduentia incurrerint, absoluere; eisq[ue] Eucharistiae sacramentum, ac Extremæunctionis, & alia Ecclesiastica sacramenta ministrare, toties, quoties necessarium fuerit, vel opportunum. Ipsique Prælati, omnia, & singula supradicta, alijs ipsius ordinis praesbyteris committere, ac in premissis omnibus, & singulis, cum facultate premissa, confessores sibi eligere, & electos mutare, auctoritate predicta valeant: Constitutionibus Apostolicis, ac ipsius ordinis institutis, & ordinationibus, ceterisq[ue]; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Et quod gratia hæc sit perpetua. o. ffo. 61. Et fo. 64. conce. 85.

ESciendum, quod prefata concessio fuit postea per Pium. 2. extesa ad totam nostram familiam cismontanam. Sed ad hoc, quod prefati habeant predictam gratiam, tenentur dicere, per unum annum, singulis septimanis, semel, Psalmos penitiales; prout infra ponitur latius, in dictione Absolutio extra ordinaria quod ad fratres post. §. 3. Et sic faciendo, proderit eis huiusmodi gratia pro duobus. Primò, pro absolutione à censuris, ignoranter, vel inaduententer incursis; Secundò, pro absolutione à casibus referatis Episcopis. Et hoc quod ad seruitores fratrum. Nam quod ad ceteros alios, hic nominatos, sine isto

Absolutio ordinaria quò ad fratres.

ii

A isto onere , per alia priuilegia est concessum . ¶ Est etiam ad-
uertendum, quòd iam cessat altercatio il'orum ; qui dicebant,
quòd per istā concessionem, poterant fratres absoluī a casib⁹
reseruatis ministris, cùm, auctoritate Apostolica, sit contrariū
declaratum; præsertim in capitulo generali Burdegalensi; sicut
ponitur infra in dictione , Absolutio extra ordinatia , quòd ad
fratres post. §. 10.

B N icolaus Quintus cōcessit, quòd Confessores Monialium
S. Claræ, seu alijs frater eiusdem ordinis, ad hoc per Pro-
uincialem pro tempore deputatus, in omnibus, & per omnia, iuxta formam, & tenorem priuilegiorum, & concessionum eis-
dem monialibus, quòd ad ipsarum personas, a sede Apostolica,

Pro monia
libus Sæc
Clare.

seu alijs quomodolibet confessorum, in omnibus, præterquam
dictæ sedi casib⁹ reseruatis, quoties fuerit opportunum, eas
absoluere possint. Necnon ipsarum seruitrices (si id petierint) a quibuscunque excommunicationis, suspensionis, tricib⁹ mo-

Pro serui-
humiliter) nialium .

C & interdicti, alijsq; sententij, censuris, & pœnis ecclesiasticis, quibus pro tempore innodatae fuerint, iniungendo quæ iniun-
genda fuerint, absoluere, eisq; Eucharistia, & extremæ vñctio-
nis sacramenta ecclesiastica ministrare, liberè, & licite va-
leant; Diœcesanorum locorum, & cuiuscunq; alterius licentia
minimè requisita b. fo. 49. Et ffo. 43. conce. 48.

Sacramēta

D S ixtus Quartus concessit, quòd Moniales Sanctæ Claræ pri-
mæ regulæ, Collectaneæ nuncupatae, possint absoluī à Mi-
nistris, seu Visitatoribus, & Confessoribus earum, ab omnibus
criminibus, pœnis, & censuris, etiam sedi Apostolice reserua-
tis, quoties opus fuerit. o. ffo. 261. concessione. 678.

Collector.

E ¶ Præfata confessione possunt gaudere Moniales, S. Claræ se-
cundæ regulæ, sub obedientia fratrū Minorū degentes, virtute
communicationis priuilegiorū quæ habetur in dictione, Com-
municatio priuilegiorū §. 5. Sed tām quòd ad primas, quām quòd
ad secundas, est limitata, respectu casuum reseruatorum Mi-
nistris, prout habetur in dictione, Absolutio extraordinaria,
quòd ad fratres : post. §. 10.

F S ixtus Quartus circa litteras Clementis. 4. suprapositas in
§. 3. quibus cōcesserat Ministris, Vicarijs, & Custodibus fra-
trum minorum, facultatem absoluendi, & dispensandi fratres
eiusdem ordinis; nisi talia perpetrassem, propter quæ essent
meritò ad sedem Apostolicam destinandi; declarauit, dunta-
zat esse ad sedem Apostolicam meritò destinandos, hæreticos,
relapsos,

Declar-
tio casuum

reseruator-
rum Papæ.

Aduerte

¶ etiā pro

relapſis in

12 *Absolutio ordinaria quò ad fratres.*

heresim habetur concessio infra
§. 18. relapsos, scismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificassent, A
aut ad infideles prohibita detulissent. Sed in reliquis omnibus,
etiam simoniæ prauitate irretitis, posse per illos, quibus inibi
conceditur, absolutionis, & dispensationis beneficium, iuxta
casuum exigentiam impartiri. b. fo. 59. Et ffo. 143. conce. 345.

Collector.

¶ Aduerte, ac benè nota, quòd ista concessio videtur expirasse per mortem concedentis. Et idem de omnibus concessionibus, tangentibus prædictum processum Bullæ Cœnæ Domini; cùm quolibet anno, ille processus césurarum, de novo promul-

Nota.

B getur, cum noua reseruatione prædicatorum casuum; & cum maximis censuris contra absoluientes, ponendo ibi expressè. Non obstantibus priuilegijs, &c. etiam ordinibus mendicantibus concessis, & alijs sufficientibus derogatorijs. Vnde tempore primi capituli generalissimi, consultus super hoc Reuerendissimus Dominus Cardinalis Alexandrinus, qui, & Præpositus appellatur, respondit reuerendo patri bonæ memorie fratri Martiali Boulier, qui fuit generalis Vicarius fratum minorū C
cismontanorum, dicens; quòd Prælati nostri non poterant absoluere fratres suos, non solum ab illis quattuor casibus contentis, seu exceptis in mari magno; sed nec ab aliquo alio in Bulla Cœnæ contento. Et quòd illa concessio, vel declaratio Sixti in dicto mari magno, potuit valere in vita sua; quia licet faceret processu quolibet anno, semper tñ intēdebat excipere fratres (prout ipse concesserat;) nisi in dictis quattuor casibus. Propterea Reuerendissimus Pater Generalis prouideat, vel D
faciet ipse, cum alijs Generalibus aliorum ordinum, quòd ponatur semper in Bulla Cœnæ Domini exceptio religiosorum, quo ad fratres suos; vel præcipiat, vt quolibet anno, Procurator ordinis, seu Commissarius curiæ, transacta die Louis sancti, post promulgationem cœlurarum, obtineat facultatem absoluendi ab illis casibus omnes fratres, & alias personas, super quas Prælati nostri habēt auctoritatem, scilicet moniales, tertiarios vtriusq; sexus, oblatos, famulos, & domesticos. E

14
Dispensa-

tio. ¶ IDEM Sixtus concessit Provincialibus, vt possint absoluere omnes fratres suos à censuris, & sententijs ecclesiasticis, ac etiam cum eis dispensare, secundum tenorem concessionis Clementis 4. scilicet superius positæ §. 7. non obstante limitatione, seu restrictione per eundem Sextum postmodu facta: quā idem, solum ad ministrū generale, & eius vicarios limitauerat, & restrinxerat, scilicet in Bulla aurea. b. fo. 54. Et ffo. 50. cōce. 55

¶ Ad-

Absolutio ordinaria quò ad fratres. 15

A Advertendum est circa huiusmodi concessionem, quòd prædicta auctoritate carent custodes, nisi eis specialiter committatur à Ministris; quia non sunt nominati in concessione. Veruntamen per communicationem priuilegiorum fratrum Prædicatorum, vbi continetur, quòd Prælati, qui sunt mediij inter Generale, & Guardianos, possint quicquid Prouinciales Priorres poterunt; sicut antea poterant nostri Custodes. Et Custodes Hispaniæ posunt idem, per aliam communicationem, scilicet Congregationis Hispaniæ, & Lombardiaæ, prout habetur infra in dictione, Communicatio Priuilegiorum. §. 13. Et idem de Guardianis, sicut supradictum est post. §. 7.

T IDEM Sixtus ordinavit, quòd fratres Minores obser. non possint absolui de Casibus referuatis ministris; nisi de licentia Generalis, aut eorundem Ministrorum, seu Vicariorum Provincialium; nō obstantibus litteris eiusdem Sixti, sub quacunq; verborum forma eisdem fratribus concessis; cæterisq; contrarijs quibuscumque, b. fo. 54. Ex fo. 50. conce. 55.

C INNOCENTIUS Octauus declarauit, fratres Minores non posse, nec debere eligere Confessores; nec à casibus referuatis absolui, vigore Bullæ Cruciatæ, quam ipse dederat in Hispania; nisi de consensu, & beneplacito suorum Prælatorum Provincialium, seu Generalium; & quòd quæcunq; alia absolutio, quòd fratres, irrita sit; & inanis, b. fo. 56. Et ffo. 52. concessione. 59.

T Sciendum est, quòd consimilem reuocationem, seu declarationem, fecere alij Pontifices, qui alias dederunt Bullas Cruciatæ; sed istæ reuocationes non sunt perpetuæ: quia non se extendent ad Bullas Cruciatæ futuras. Et ideò, quandocunque venerit noua Cruciatæ, oportet habere nouam reuocationem, seu declarationem illius, ad hoc, vt fratres nequeant illa vti, si talis Bulla expressè extendatur ad fratres minores, & habeat sufficietes non obstantias, seu derogationes.

A LEXANDER sextus declarauit, & decreuit, quòd Generalis, & Prouinciales, ac Guardiani possint referuare causas de occultis inter religiosos; & quòd absoluentes à talibus, post huiusmodi reseruationem, nullam faciunt absolutionem; & incident in poenam absoluientium à casibus non concessis. b. ffo. 56. conce. 66. Et ffo. 3. conce. 2.

T PRÆFATA declaratio, seu decretum, quòd Guardianos, non permanet in suo vigore; quia in Capitulo Generali Assisijs celebra-

Collector.

15

Prohibitio
Casus re-
seruati.

16

Prohibitio
Cruciata.

Collector.

17

Prælati.
reseruatio
casuum.

lebra-

17 *Absolutio ordinaria quò ad fratres.*

Iebrato , anno Domini . 1526 . sequens statutum , auctoritate A
Apostolica factum est .

Statutum Generale . ¶ Ordinatur , & mandatur auctoritate Apostolica , & totius Capituli Generalis , quòd nullus Guardianus possit sibi reseruare casum aliquē ; sed solus Minister Prouincialis id poterit .

18 Prælati . ¶ IDEM Alexander concessit Generali , & Prouincialibus , & Custodibus Ordinis Minorum obseruantie vltra montanis , plenariè facultatem , & auctoritatem ; vt quoscunq; subditos suos (fratres videlicet , & moniales sanctæ Claræ , ac vtriusq; sexus B
Hæresis . tertiarios , de penitentia nuncupatos) inuenient in aliquo hæresis vel apostasie crimine lapsos , etiam si sint relapsi , possint eos absoluere ; & cum eis dispensare ; necnon præfatorum relapsorum pœnas , à iure institutas , commutare , pensatis qualitate , & quantitate , alijsq; debitiss circumstantijs ; augendo , aggrauando , vel diminuendo , toties , quoties opus fuerit , & prout secundum Deum viderint expedire ; dummodo talium relapsorum crimina publica , & notoria , apud seculares non C
sint , vt ex hoc scandalum oriri possit . o. fo. 65 . Et ffo. 70 . conce .

Casus re- seruati . 164 . & ffo. 100 . conce . 379 .
Collector . ¶ Aduerte , quòd , quia isti casus sunt de contentis in Bulla Cœ- nae Domini , qua Bulla , quolibet anno , renouatur ; videtur , quòd prædicta concessio sit reuocata ; & idem de similibus concessi- nibus . Rationem huius vide supra in hac dictione post . § . 13 .

19 Casus re- seruat i . ¶ IDEM Alexander concessit , vt Generalis , & Prouinciales , D possint absoluere fratres , qui existentes in sæculo , incurrisse censuram Ecclesiasticam ; propter delationem lignaminum , seu ferramentorum ad partes infidelium . o. ffo. 99 . conce . 358 .

Collector . ¶ Aduerte , quòd cum istæ casus sit de processu Cœnæ Domini ; prædicta concessio videtur expirasse mortuo concedente . Vide supra in hac dictione post . § . 13 .

20 Correctio . Excommu- nicatio . ¶ IDEM Alexander sextus concessit , quòd Prælati fratrum Minorum obseruantæ possint percutere per se , & per alium , causa correctionis ; & quòd non cogantur hoc facere cum pro- pria persona , etiam si necessitas non vrgeat . Non obstante ca- pitulo Vniuersitatis : de sententia excommunicationis . o. ffo. 70 . conce . 175 . Et ffo. 99 . conce . 359 .

Collector . ¶ Hæc concessio , licet videatur impertinens huic materiæ ; ta- men ponitur hic , quia nonnulli arbitrantur , quòd in absolu- tionibus publicis apostatarum , requiratur quòd Prælatus per- cutiat manu propria . De quo habetur melior concessio infra .

Absolutio ordinaria quò ad fratres.

15

A §. 27. & in verbo correctio. §. 15. & 17.

Leo decimus prohibuit, & declarauit, quòd nullus fratum
Minorum regularium obseruantiae possit accipere Bullas Cruciatæ,
Cruciatæ, seu aliás Indulgentias generales concessas, aut con-
cedendas; vt possit vti gratijs ibi contentis (vt potè contra re-
gularia ordinis instituta, confiteri quibuscunque Sacerdotibus,
& absolui à Casibus reseruatis, & in diebus iejuniorum man- Casus re-
ducare lacticinia, & facere alia, quæ non decent religiosos, seruati.
tam altè & stricte professionis) nisi solum ob aliquam necessi-
tatem particularem, pro qua prædictæ obseruantiae auctoritas

21

non esset concessa. Et tunc examinata huiusmodi necessitate à
Generali, vel Provincialibus, aut Custodibus, ac de eorum
expressa licentia, & in scriptis habita. Non obstantibus Bullis,
etiam si in eis expresse inhibetur Prælatis sub censuris, ne sub-
ditos suos, à talium Bullarum acceptione, prohibeant; & sub-
ditis libera facultas eas accipiendi tribuatur; cæterisq; in
contrarium facientibus quibuscunq;. O. ffo. 60. conce. 178.

Nota.

C Hoc idem prohibuit Pius V. fratribus Ordinis Prædicatorum anno
1571. vt refert Passarellus in compilatione Priuileg. Sancti Fran-
cisci à Paula. fol. 127.

PIDEM Leo postea prohibuit, sub excommunicationis latæ
sententiæ pœna, ne fratres prædicti, aut Moniales S. Claræ, seu
tertiæ regula vtantur vlo modo gratijs, indulgentijs, liberta- Excommu-
tibus, immunitatibus Bullarum Cruciatæ, seu aliarum consi- nicatio.
milium, quamvis quæsto colore, contra obedientiam ordinis,
& absq; speciali licentia suorum superiorum. b. ffo. 48. con. 144.

22

D IDEM Leo concessit, quòd fratres Prædicatores, & alij
fratres, quando sunt extra conuentum, & non possunt habere Pro fratri-
copiam sacerdotis; quia non habent socium Confessorem, pos- bus itine-
sint confiteri peccata sua alteri Religioso alterius Ordinis, vel rantibus.
Presbytero seculari. Et hoc, dummodo fiat sine fraude, & di-
cant Prælato suo. o. ffo. 94. conce. 301.

23

E IDEM Leo in Concilio Lateranensi statuit, quòd excommu-
nicati profiteri volentes aliquem Ordinem fratrum Mendican Professio :
tium, vbi de interesse tertij agetur, absolui non possint, nisi Excommu-
prævia satisfactione. b. ffo. 26. concessione. 84.

24

PIDEM Leo concessit generalibus singulorum Ordinū Men-
dicantium, & eorum Vicarijs, ac etiam illis, quibus ipsi Gene- Pro omni-
rales duxerint specialiter committendum, vt possint absoluere bus mendi-
subditos suos respectiue, ab omnibus, & singulis casibus, & cantibus cen-

25

16 Absolutio ordinaria quò ad fratres.

censuris, secundum concessiones, & declarationes Sixti Quarti, & Iulij Secundi, & aliorum Romanorum Pontificum, non obstantibus reuocationibus, restrictionibus, reseruationibus, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nuper in Latianeñ. Concilio, vel aliás quomodolibet factis, vel si in posterum fierent. b. ffo. 27. concessione. 89.

26 Excommuni-
catione. ¶ IDEM Leo concessit omnibus fratribus Minoribus obseruantiq vtriusque familię, quod Prælati Ordinis, cum aliquem fratrem, propter apostasiam, vel aliam causam excommunicant in Capitulo fratrum, vel in communitate, non teneantur proferre sententiam in scriptis, prout iure, sub pœna suspensionis præcipitur proferentibus. o. ffo. 93. conce. 291. Idem conceditur infra in verbo correctio. 9. 15. & 17.

27 Correctio. ¶ IDEM Leo concessit, quod quando aliquem fratrem, causa correctionis, vel absolutionis, oportet verberare; possint Prælati nostri, & eorum Commissarij, manu Vicarij, vel cuiusvis alterius fratri subditi, eum verberare, seu disciplinare; non obstante Capitulo Vniuersitatis, de sententia excommunicationis. o. ffo. 93. conce. 292.

Collector. ¶ In Supplemento Priuilegiorum reperitur quedam concessio in fauorem fratrum confessorum, que, vt potest coniici ex alia concessione precedente illam, videtur esse Eugenij Quarti, Cuius tenor talis est.

28 Pro simili-
cibus cōfes-
toribus. ¶ Vm sèpè boni Religiosi ex charitate, vel Prælatorum obedientia cogantur ad confessiones audiendas, & sint multiplices, & inexplicabiles sententię excommunicationis in corpore iuris; quarum nonnullę etiam à peritissimis ignorantur; ex quo dicti Religiosi propter conscientię timorem; quoniam dubitant se incurrisse aliquam censuram absoluedo inaduententer aliquos aliqua excommunicatione innodatos; cuius excommunicationis absolutio superiori reseruatur; ne dicti religiosi cogantur contra charitatem, vel Prælatorum obedientiam facere, vel præfatas metuere scrupulositates; conceditur, quod dicti Religiosi, si præfata, vel simili causa, inaduententer incurserint irregularitatem, vel excommunicationem, possint per eorum idoneos Confessores, auctoritate Apostolica, absoluiri, & dispensari cum oportuerit. Et quod prædicta, vires habeant oraculo viuæ vocis, non obstante quod non fiat Bulla, vel quibuscumq; alijs contrarijs; nisi ex crassa, & supina ignorantia, censuram, vel irregularitatem incurserint. o. ffo. 101. coce. 410

Excommuni-
catione.

Dispensi-
tatio

¶ Ad-

Absolutio ordinaria quoad fratres. 17

A ¶ Aduerte, quod supradictum concessit etiam Eugenius 4. cum onere 7. Ps. de quo supra post §. 10. Verum est tamen, quod hic conceditur Confessori, sine alia auctoritate Superioris.

SEQVNTVR ALIQUA, CIRCA ABSOLV-
tiones præfatas, extracta ex priuilegijs aliorum Fratrum
Mendicantium, ac etiam non Mendicantium.

B ¶ Ex Priuilegijs Fratrum Prædicatorum.

NO C E N T I V S 4. prohibuit, ne fratres, quorum-
cunque Ordinum, habentes licentiam generale, con- Prehibitiæ
fessiones audiendi; habeant aliquam auctoritatem
audiendi, in confessione, fratres ordinis Prædica-
torum. b. ffo. 72. concess. 186. Et ffo. 115. concess. 508.

GE R O R I V S XJ. concessit Magistro generali, & singu- 30
lis Prioribus, Prouincialibus, & Conuentualibus, ac Vi-
ces eorum gerentibus, vt in Prouincijs, & Conuentibus, ac locis sibi commissis, fratribus eiusdem ordinis constitutis ibidem; necnon, & fratribus alijs eiusdem ordinis, interdum ad eos declinantibus vnde cumq; , absolutione, & dispensatione indigentibus, absolutionis, & dispensationis beneficium pos- Dispensatio
sint impartiri; ad instar concessionis quæ habetur supra §. 7. B.
ffo. 236. concess. 548.

BONIFATIUS IX. concessit, quod Magister ordinis Præ- 31
dicatorum, & Piores, aut eorum Vicarij, eorum subdi-
tos fratres, & sorores, qui forsan in quoscumque fratres dicti Excommu-
Ordinis, excommunicationis, seu alias sententias, vel penas, niciatio.
sine scriptis, aut alias minus ritè promulgauerint; vel manus violentas in alios quoscumque Clericos, etiam usque ad san-
guinis effusionem, & enormem læsionem iniecerint; dummodo læsio huiusmodi adeò enormis non existat, quod propter ea
meritò foret sedes Apostolica consulenda, quoties expedierit,

Babsoluere, & cum eis super irregularitate, si quam, huiusmodi Irregulari-
sententiis ligati, celebrando diuina, vel miscendo in illis, tas.
modo tamen in contemptum clauium, aut alias præmissorum
occasione, qualitercumq; contrixerint, dispensare, eosq; quod
ad hoc, in statum pristinum restituere. Et quod similiter pos-
sint absolvi dicti Magistri, & Piores, ac Vicarij, à Confessio-
ribus per eos eligendis. b. ffo. 120. concess. 542. & 543.

¶ Idem Bonifacius statuit; quod quicunque habentes genera- 32
lem

18 *Absolutio ordinaria quoad fratres.*

lem licentiam à sede Apostolica , vel alijs , qualitercumq; absoluendi , in quibuscumque casibus , prætextu hoc fratres Ordinis Prædicatorum nequaquam absoluere possint (legatis sedis Apostolice de latere missis dumtaxat exceptis) vel nisi id eis specialiter , & expressè concedatur . b. ffo. 120. concessione . 548.

33 **S**IXTUS Quartus concessit fratibus Ordinis Prædicatorum Hispaniæ , & Lombardiæ Observantibus , vt possint absoluere , & dispensare , sicut poterant ante restrictionem Bullæ Aureæ , virtute Priuilegij in Mari magno contenti . b. ffo. 74. conce. 192. Et ffo. 119. con. 539.

Collector. ¶ Sciendum , quòd , quia hæc concessio , non fuit vniuersalis , idèo virtute communicationis Priuilegiorum , solum possunt vti illa fratres Minor. obser. Hispaniæ , & Lombardiæ .

34 **C**ASUS RE- **I**DEM Sixtus concessit toti Ordini fratrum Prædicatorum , quòd Generales , & Priors Prouinciales , ac eorum Vicarij , pro tempore existentes , & ij quibus ipsi duxerint committendum , habeant eandem absoluendi facultatem , & dispensandi , quam habebant ex Mari magno , seu alijs litteris Apostolicis , ante restrictionem Bullæ Aureæ . Priors verò Conuentuum , illam solùmmodò auctoritatem habere censeantur , quam prius habebant , ex Priuilegijs , & litteris præcessorum eiusdem Sixti . b. ffo. 74. conce. 193. Et ffo. 119. concess. 538. & 539.

35 **P**ro fratri- **I**DEM Sixtus concessit Prælatis Ordinis Prædicatorum Regnorum Castellæ , & Legionis reformati , quòd possint concedere fratibus suis , vt dum itinerauerint , vel fuerint extra Conuentus suos duntaxat , valeant confiteri , quibuscumque Sacerdotibus regularibus , vel secularibus . Et quod similiter possint facere ipsi Prælati . B. fo. 45. Et ffo. 129. concessione 288.

¶ Ex Priuilegijs fratrum Augustinensium .

36 **C**ASUS RE- **I**NNOCENTIVS Octauus statuit , quòd fratres Eremitæ Sancti Augustini , Congregationis Lombardiæ , absque suorum Superiorum consensu , à quibuscumq; Apostolicis Pænitentiarijs , & Prælatis , & sedis apostolicæ Legatis , etiam à late- re deputatis , ab eorum peccatis , & Casibus reseruatis absolui non possint . Nec confessionalibus impetratis , aut impetrando vti ; nec etiam ad officia , beneficia , & dignitates valeant assumi . O. ffo. 79. conce. 237.

Ex

Absolutio ordinaria quod ad fratres.

19

¶ Ex Privilegijs fratrum Carmelitarum.

EVGENIVS Quartus concessit Generali, & Provincialibus, ac Prioribus Ordinis Carmelitarum, vt in confessionibus audiendis, & absolutionibus impendendis, & paenitentijs iniungendis, alijsque salutem animarum duntaxat concernentibus, exequendis, omnium, & singulorum dicti Ordinis fratrum, eandem, & talem potestatem, & facultatem habeant; qualem in praemissis, minores Pænitentiarij sedis Apostolicæ, seu Curia Romana, ex officio habent, & exercent. B. fo. 85. Et ffo. 169. conce. 440.

37
De auctori-
tate paen-
tentiariorum.

¶ Aduerte, quod huiusmodi concessio, ad nihil videtur posse deseruire; quia ignoratur ad quid se extendat facultas, quam habent prefati minores Pænitentiarij, ultra facultatem Diœcesanorum. De hoc tamen in summa Antonini. 3. parte. ti. 17. c. 14. sic dicitur.

C Nota, quod Pænitentiarij minores, in Curia possunt absoluere unde cunq; venientes, ab omnibus casibus peccatorum, & sententijs Episcopis reseruatis. Habent enim auctoritatem quasi Episcopalem in foro Pænitentiaz; & maiore quodad quodam Casus excommunicationum, & dispensationum. Summus autem Pænitentiarius, adhuc habet maiorem in pluribus alijs Casibus excommunicationum & dispensationum. Hæc Antoninus, seu Florentinus.

D Pro omnibus Mendicantibus.

L Eo 10. concessit, quod Generales Ordinum Mendicantium, & eorum Vicesgerentes, possint absoluere suos subditos respectiuè, ab omnibus, & singulis casibus, & censuris, secundum concessiones Romanorum Pontificum Praedecessorum suorum; non obstantibus restrictionibus, & referuationibus factis in Concilio Lateranen. B. ffo. 27. con. 89.

38

¶ Resolutio summaria concessionū suprascriptarum est, quod Ministri Generales, & Provinciales, & illi, quibus ipsi commiserint, possunt absoluere fratres, & Moniales suæ Obedientiaz; ab omni vinculo excommunicationis, & quibus cunq; alijs censuris, & ab omnibus peccatis; exceptis duntaxat contentis in Bulla Cœnæ Domini; vbi quolibet anno referuantur de novo, vt supra post. s. 13. dictum est. Et similiter absoluere ijdem Prælati à Confessoribus electis per eos. ¶ Item absoluere possunt Prælati venientes ad ordinem, seu Nouitios, ab omni-

Collector.
Resolutio
materię ab
solutionū
quo ad fra-
tres.

30 *Absolutio ordinaria quò ad fratres.*

bus censuris, à iure, vel à iudice, promulgatis generaliter, satis facta tamen parte. ¶ Absoluere etiam possunt Prælati, & Confessores, fratres quoescunq;. oblatos, conuersos, vel donatos, familiares, seruitores, officiales, & continuò commensales cōuentuum, & domorum, ab omnibus peccatis; præterquam sedi Apo stolica reseruatis, & à censuris, quas ex ignorātia, vel inaduentia incurserunt; ac eis, ecclesiastica Sacra menta, toties, quoties opus fuerit, ministrare. Sed hoc in Regnis Castellæ tantum. Per communicationem tamen priuilegiorum fratrum non Mendicantium, adduntur ad prædicta, ea quæ immediate sequuntur.

¶ Ex Priuilegijs Monachorum sancti Benedicti obseruan.

39 **B**ENEDICTVS xij. mandauit, quod absoluenteruntur Monachi præsentes, & futuri, ab omnibus sententiis latis ab homine, in quibus alteri non sit satis faciendum. o.

Excommu
nicatio.

40 Excommu
nicati.

Dispensa
tio irregu
laritatu.

Nota.

Collector.

Nota.

Collector.

Nota.

Collector.

Nota.

Collector.

MARTINVS V. concessit, quod Prior Monasterij sancti Benedicti Vallis Oleti, in foro conscientiæ, possit absoluere Monachos, ab omni excommunicationis sententia, etiam si talis esset, quam ipse summus Pontifex reseruare consuevit. Et cum eis, super omni irregularitate; etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reseruat (in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione) valeat dispensare, dum tamen aliquid horum trium non sit notorium; & hoc propter scandalum. o.

¶ Suprascripta concessio, licet primò facta sit soli Priori, seu Abbatii Monasterij Sancti Benedicti Vallis Oleti; postea tamen extensa, seu communicata fuit omnibus Prioribus, vel Abbatibus aliorum Monasteriorum; ut habetur in dictione Communicatio priuilegiorum. §. 34. Quam concessionem ego, qui hoc opusculum collegi, vidi sub sigillo authentico in præfato Conuento Vallis Oleti, & inde fideliter extraxi.

¶ Aduertat tamen qui huiusmodi cōcessione vt voluerit, quod ad censuras, & casus qui in Bulla cœna Domini continentur, non potest se extendere; propter rationem supra positā in hac dictione, post §. 13.

CIRCA concessiones superius annotatas, nonnulla dubia occurruunt scitu digna, quibus breuiter respōdebitur hic, prout in famatissima vniuersitate Salmantina, à pluribus, & insignibus iurisperitis responsum est.

Pri-

Absolutio ordinaria quò ad fratres. 21

A Primum dubium est, in quibus Prælatorum sacri Ordinis min. regularis obseruantia, sit hodie potestas, & facultas absoluendi, & dispensandi, de ijs, videlicet, de quibus per Clementem. 4. & Sextum etiam. 4. habetur supra. s. 7. & 13. ac. 14.

Primum
dubium.

¶ Et omissis multis, quæ hinc inde adduci possent, veritas est, quod solummodo est hodie prædicta potestas, seu facultas in Generalibus, & Provincialibus, & per communicationem, Custodibus. Ratio est, quia sic sonant dicta Priuilegia, quorum

Responso.

B tenori, & litteræ est standum. Nam licet Sextus. 4. in Bulla aurea: vt habetur. B. fo. 65. Et ff. 148. concess. 361. coarctaverit, seu restrinxerit prædictam facultatem, ad solos Generales, eorumq; Vicarios, & ad illos, quibus ipsi pro tempore duxerint committendum duntaxat (dico semper inter fratres Regularis Obseruantia) sed postea idem Sextus, per quoddam Breue, de quo fit mentio supra. s. 14. concessit Provincialibus fratum Obseruantia, vt possint absoluere omnes fratres suos;

C non obstante prædicta restrictione, ad solos Generales facta. Concessit etiam præfatus Sextus fratribus Obseruantibus Hispaniæ, & Lombardia, Ordinis Prædicatorum, ut patet supra. s. 33. quod possint absoluere, & dispensare, sicut ante dictam restrictionem, sine aliqua limitatione. Et cum non reperiantur aliae litteræ Apostolicæ circa haec idem prædictis est standū.

Secundum
dubium.

S Ecundum dubium est, vtrum potestas, & facultas huiusmodi, sit ordinaria, in prædictis Prælatis, an delegata? De-

D seruit autem valde hoc dubium, ad sciendum, in quibus casibus possunt præfati Prælati subdelegare, & in quibus non.

Responso.

¶ Et omissis multis, quæ pro, & contra, possent adduci; dicitur, quod pro indubitato haberi debet, quod est ordinaria, & non delegata. Sed pro ampliori elucidatione huius materia, est notanda sequens questio. ¶ Queritur enim à Doctoribus,

Questio,
incidenta-
liter.

vtrum iurisdictio emanans ex commissione perpetua, facta à Papa, vel à Principe, vel à Communitate, non recognoscen-

Responso.

E te Superiorum, sit ordinaria vel delegata? ¶ Et dimisis alterationibus, respondeatur, quod est ordinaria. Ita tenet glo. & ibi Bartolus in l. pluribus ff. de Procuratoribus. Idem tenet alia glo. & clariss in c. fi. de officio ordinarij, ibi, cum concessum sit ei Priuilegium perpetuum. Ad quod dicitur vnica per Baldum ibi. Item est doctrina Bartoli in l. prima. s. Si plures. ff. de exerci. actione, in prima colum. Sed clariss, immo clarissimè tenet Baldus in l. vnica ff. de offi. Consu. cuius verba sunt

22 *Absolutio ordinaria quòd ad fratres.*

hæc. Nono queritur; utrum commissio facit quæ Ordinarium, A seu Delegatum? Respōdeo; si est commissio perpetua, facit Ordinarium; si autem temporalis; ut potè, quia dicit reformatio communis Pisarum, quod præsentes Domini Anciani Pisanæ ciuitatis possint omnia, quæ potest totum communem Pisarum; tunc est auctoritas delegata, & non ordinaria. Et sic, cū commissio facta Provincialibus fratrum Minorum, ut possint absoluere, & dispensare in certis casibus, sit perpetua; planè constat, quod facit eos Ordinarios. Igitur auctoritas, de qua B supra, data Provincialibus a Papa, est ordinaria.

¶ Aduertendum est tamen, quod posset aliquis obijcere contra supradicta, dicens, quod licet bene probatum sit, præfatos Prælatos esse Ordinarios, si prædicta facultas, & potestas esset iurisdictionis; sed cum potius videatur esse commissum eis arbitrium in huiusmodi solutione, & dispensatione, quæm iurisdictionis; sequitur, quod non valeant dici Ordinarij. Ad hoc respondetur; quod dato casu, quod sit arbitrium, & non iurisdictionis, adhuc in huiusmodi arbitrio sunt Ordinarij, & non Delegati. Ita tenet Bartolus singulariter in l. ij. ff. de opti. lega. in fi. colum, sed longius, & singularius in l. Ambitiosa ff. de decre. ab ordi. fa. loquens semper in arbitrio; vbi post multas distinctiones, ponit sequentia verba. An autem videatur concessum per modum cuiusdam iurisdictionis ordinariæ, vel delegatae? Dico verba statuti, seu reformationis concedentis statutum, esse diligenter inspicienda. Si enim hoc concedit officio; ut quia D dicunt illa verba. Ad officium priorum pertineat arbitriū, &c. videtur concessum officio. Et tunc priores poterunt, vigore sui officij, ex potestate ordinaria. Ponderanda sunt valde præfata verba Bartoli; quia non dixit, an videatur cōcessa iurisdictionis ordinaria in arbitrio; sed an videatur concessum arbitrium, per modum iurisdictionis ordinariæ. Ex qua pōderatione colliguntur duo, & ambo singularia in proposito. Vnum, quod nō idem sunt arbitrium, & iurisdictionis. Secundū, quod potest concedi arbitrium, ad instar iurisdictionis ordinariæ. Idem tenet Baldus in l. More ff. de iurisd. omnium iud. in fi. columnæ. Et sic, ex omnibus supradictis apparet euidenter, quod auctoritas, de qua supra, est ordinaria, & non delegata; cum sit commissa officio, & non persona nominata: & quia est commissio perpetua, & non temporalis, facta a supremo Principe Papa, qui in terris non habet superiorem. E

Absolutio ordinaria quoad fratres. 23

ATertium dubium est, vtrum Guardiani, quibus Prouinciales committunt auctoritatem absoluendi a Caſibus eis reſeruatis, poſſint committere huiusmodi auctoritatem alijs fratribus? Ad hoc respondetur quod non; niſi quando tales Guardiani eſſent Commissarij Prouincialium, cum plenitudine potestatis. Ratio huīus eſt; quia, ſecundum iura, delegatus ab inferiorē a Principe, non poſteſt ſubdelegare; niſi ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum; vel niſi hoc ſibi ſpecialiter concedatur, ſecundum Ioan. an. per. c. Is. cui de offi. deleg. lib. vj.

Tertium
dubium.
Vidde pro
hoc Doctri
nā Nauar.
in Manu.
c. 27. num.
45.

ANNOTATIO CORDVB AE.

QUOD AD §. 1. notandum, quod Gregorius 9. fol. 116. confeſſit nobis, in principio Ordinis; quando non habebamus tot Privilegia, neque tantam auctoritatem habebant nostri Prælati; tunc inquam, confeſſit, quod poſſemus, beneficium absolutio-

Cnis, & dispensationis, cum oportuerit, recipere ab Archiepiscopis, & Episcopis noſtræ Diæcesis in qua eſſemus. Sed quia iam multum auctoritatis eſt in noſtris Prælatiſ, ſicut & in iphis Diæceſanis, & adhuc maior quod ad aliqua; & quia per Pontifices ſuccellores prohibitum eſt nobis abſolui, & diſpensari per alios, quam per noſtros Prælatos, vel de eorum licen- tia, intra, ſeu extra ordinem, ut habetur in eodem Compendio, hoc eodem tit. §. 21. §. 22. & §. 36. & tit. exemplio. §. 5. Ideo iam parū valet preſatum Priuilegium Gregorij; niſi forte quando Minorum Prouincialis.

Daut Generalis concederet licentiam ſuo ſubditō, ut abſolueretur a bensuris aliquibus, ſeu diſpensaretur per tales Diæceſanos, vel per alios virtute aliquarum Bullarum potentium abſoluere, aut diſpensare. ut hoc confeſſit Clemens 4. & Sixtus 4. fol. 58. ff. 142. ut habetur in Compen- dio tit. exemplio, §. 5. & Leo 10. ffff. 124. ffff. 48. & Innoc 4. ffff. 79. ff. 264. & habetur in Compēdio, hoc eodem titulo, Absolutio ordinaria. quod ad fratres §. 22. §. 36. Dixi notanter (forțe) quia dubium eſt inter Do- ctores Canonistas, ut patet in Silueſtrina, titulo, exemplio, §. 10. & titu- lo Absolutio §. 2. &c. & in alijs Summiſtis, vtrum exempli, quales noſ ſumus, poſſimus in caſu ſubiçere nos Ordinariiſ. in noſtrum fauorem, ut in caſu preſenti: & licet ſint opinioneſ in hoc (propter quod dixi, ly forte) tamen tam virtute preſati Priuileg. Gregor. 9. quam aliorum ſupra allega- torum, videtur quod id poſſimus (ut dictum eſt) de licentia predictorum Prælatorum noſtrorum: & ad hoc etiam facit Priuileg. Eug. 4. confeſſum Monachis ſancti Benedicti, ut habetur in compendio tit. diſpensatio. §. 25.

Quod ad §. 5. notandum, an Guardiani poſſint ſibi eligeſe Confessorēm

24. *Absolutio ordinaria quò ad fratres.*

rbicunque sint, etiam in Conuentibus aliorum Guardianorū, sicut & alij A
Prelati posuit per c. fin. de poniētūs & remissionib. Et an per cap. Pro-
vinciale vel Generale, vel per Superiorēs posuit ab eis tolli hæc licentia,
seu concessio iuris communis latius dicendum est infra tit. Accedere ad
Monasteria, in fine ibi rideatur, & hic in hoc fo. super §. 7. habetur.

Quoad §. 7. quoad id quod ibi dicit Collector fo. 3. quod prefata au-
toritas concessa per Clem. 4. nostris Ministris & eorum Commissariis, & cu-
stodibus, quoad absolutiones, & dispensationes Fratrum, extenditur in B
Mari magno Prædicatorum, ad Priorēs Conuentualēs, & eorum Vic-
arios, &c. notandum quod postea fuit hoc per Sixt. 4. ipsis Prioribus Con-
uentualib. & eorum Vicariis ablatum in Bulla aurea, & postea per
eundem Sixtum 4. ff. 119. ff. 78. ut habetur in eodem Compendio, titulo
absolut. ordin. quoad fratres. §. 34. hoc fuit aliquiliter sed non omnino am-
plius concessum ipsis Prioribus conuentualib. eorumq; Vicariis, pro to-
to ipsorum ordine. Sed tandem postea idem Sixt. ff. 74. & ff. 119 hoc idem
amplificauit, & concessit omnino ipsis Prioribus conuentualib., & eo-
rum Vicariis, quod possent absoluere, & dispensare, sicut poterant virtu- C
te Maris magnis upradicti, ante restrictionem Bullæ aureæ. Sed solum con-
cessit Prioribus conuentualib., & eorum Vicariis obseruantia Hispanie, &
Lombardie; quamvis Collector dicat, quod regnum Castelle, &
Legionis tantum; sed ut dixi obseruantia Hispanie, & Lombardie, id con-
cessit Sixt. 4. ut patet ff. 119. ff. 74. & in eodem Compendio, hoc eodem iit.
infra §. 33. habetur; nisi forte, pro eodem, Collector accipiat, Regna Castel-
le, & Legionis, & Regna Hispanie, & Lombardie; & ego non video ra-
tionem ad id. Hoc ego dixerim, quia virtute communicationis Priuilegij D
factæ per Iulium 2. ut habetur tit. communicatio priuil. §. 13. solum ha-
bent auctoritatem absoluendi, & dispensandi secundum Mare magnum,
cum fratribus, Guardiani, & Præsidentes nostrarum domorum obseruan-
tia regni Hispanie, & Lombardie: & ibi bene dicit Collector, quod no-
mine, Vicariorum, solum debent intelligi, quod ad nos, Præsidentes nostro-
rum conuentuum, propter parentiam Guardiani, ut etiam iterum idem di-
cit, tit. Vicarius, §. 5.

Item ibidem dicit Collector, quod si prefata potestas limitetur predictis E
Guardianis, aut eorum Vicariis, seu Præsidentibus domorum, cōicata nobis
ex Mari magno prædicatorū, sciendū quod nisi ad hoc habeatur auctoritas
Papæ fieri nō posset. Sed an superiorēs Prælati, seu Capitula nostra, habeat
hoc ad auctoritatē Papæ, dic, quod generaliter id nō habet, nisi specialiter
& Papa habeatur in casu; aut quando Capitulum Gen. celebrandum est; aut
aliis; & quod ad reuocandum viua vocis oracula in cap. gen. vor p̄mīn.
ut habetur in Compendio tit. priuilegia fratrum, §. 26. vel si quis abutere-
tur

Absolutio ordinaria quò ad fratres. 25

A tur tali priuilegio Apostolico; quia Generales Min. possent suspendere il-
lud, quousq; consuleret Papā, vt habetur in Cōpendio eod. tit. §. 9. Ex qui-
bus etiam patet nostrum intentum, quòd s. sine auctoritate Papæ, nullus
potest tollere prædictum Priuilegium, aut concessionem Papæ: & quia in
quolibet ferè cap. gener. Ordini nostri habetur specialis auctoritas Papæ
ad omnia ibi ordināda; ideo standum est statutis prædictorum Capitulorum
gener. nisi oppositum constet, & non temerè innitendum est Priuilegijs
generalibus circa hoc, & circa alia eiusmodi. Et credo similiter, standum

B esse ordinis consuetudini iam præscriptæ, & approbatæ, nisi rbi de specia-
li Papæ prohibitione, aut priuilegio in oppositum sufficienter constaret.

Quòd ad §. 22. notandum, quòd idem Leo 10. ffff. 124. idem prohibuit Au-
gustinens. quòd s. etiam virtute quarumcunq; Bullarum, aut Cruciatarum,
nullus frater ipsius Ordinis possit absolvi à censuris, seu pœnis incursis, nisi
secundum statuta, & mores, seu consuetudines Ordinis; nisi per suos Prä-
latos, aut nisi secundum statuta, & consuetudines sui Ordinis, & non per
alios quoque; nec extra Ordinem, sine licentia Magist. Gen. rel Pro-
corum. Alias est irritum, & inane si securus fiat: & videatur, an hoc Priu-
ilegium possit communicari nostris Min. Gen. & Prouin. in fauorem eorū
& nostræ obseruantie? & Innoc. 8. ffff. 79 ff. 264. idem prohibuit eisdem
Augustinens. vt habetur in Compendio, hoc eod. tit. §. 36. Sed de bijs Cru-
ciatis seu Bullis latius infra tit. Cruciat. §. 4. & §. 5.

Quoad §. 28. ibi, Collector, dicit quòd Eug. 4. concessit prædictam fa-
cultatem Confessoribus, de qua ibi loquitur, cum onere dicendi 7. Psalmos
pœnitentiales &c. qudmuis non alligauerit tales Confessores ad petendum
licentiam à suis Superioribus; tu dic quòd, vt patet ffff. 102. Dominus Eu-
genius 4. non imposuit tale onus 7. Psalmorum ipsis Confessoribus, qudm-
uis imposuerit alijs fratribus, ad gaudendum alijs gratijs concessis ab eod.
vt habetur in prædicto Compendio eod. tit. §. 10. Ideo sine tali onere, &
sine alia licentia possunt præfati Confessores vti tali facultate, de qua agit
Eugenius 4.

Quoad §. 36. vid. etiam ea que supra §. 22. annotata sunt.

Quoad §. 37. notandum quod Sixt. 4. fo. 98. littera R. in primo libra
E Ordinis tract. 2. declarauit, & etiam extendit. Hanc concessionem Eu-
genij, quoad omnes utriusque sexus eiusdem Ordinis Carmelitarum Pro-
fessores.

Quoad §. 28. rbi Collector resoluēdo dicit, quòd nostri Ministri Gen. &
Prouin. & illi, quibus ipsi commiserint, possunt absoluere, & dispensare
secundum Mare magnum, &c. Adde & tu, quòd Custodes id possunt,
vt expresse habetur in Mari magno, & per communicationem fratrum Præ-
dicatorum, vt dicit idem Collector infra post §. 40. in 1. dubio. Adde,
quòd

26 *Absolutio ordinaria quoad fratres.*

quod & nostri Guardiani, & Presidentes domorum, seu Conuentuum A
nosterorum, id similiter possunt in partibus Hispaniae, & Lombardiae, in
nostra obseruantia, ut supra dictum est. sup. §. 7. nisi per Prelatos, auctoritate
Apostolica, id prohibeatur; vel nisi oppositum habeat consuetudo le-
gitime approbata.

Quo ad §. 40. vide etiam aliam cōcessionem Fug. 4. factam eisdem Monachis Sancti Benedicti, in compendio tit. dispensatio §. 25. fol. 54.

Quod ad primum dubium, quod Collector fol. 6. ponit, ubi dicit, quod potestas absoluendi, & dispensandi est in Generalibus, & Provincialibus, & Custod. Adde & tu, quod etiam est in Guardianis, & Presidentibus domorum nostrae obseruantiae, Hispaniae, & Lombardiae, secundum formam Maris magni Ordinis predicatorum, per eorum communicationem: ut etiam ait Collector in fine eiusdem primi dubij, & ut supra latius notatum est in §. 7. ibi vide.

Quod ad secundum dubium, quod Collector fol. 6. pertractat, vide, si vis, in supplemento ffff. 1. & c. ubi latius id tractatur, a quo Collector sumpsit breuiter, & in sententia.

Quod ad dubium tertium fol. 7. Vbi querit, an Guardianus, cui Provincialis committit suos casus, possit alteri committere, &c. Notandum, ultra ea, quae ibi a Collectore dicuntur, & bene, quod in tab. 20. Vic. Gen. in 1. lib. ordinis in 3. tract. fol. 228. habetur sic. Instituitur, quod universi Confessores Monialium, familia nostrae, habeant, presenti decreto, semper aetiu[m] auctoritatem Prelatorum, super moniales in foro conscientiae, quod ad causas, & sententias. Habeant similiter Guardiani, & eorum Vicarij, in absentia ipsorum Guardianorum, haec ibi. Et paulo inferius in sequenti tab. 21. Vic. Gen. fol. 229. sic habetur. Declaratur, quod illa clausula in tab. ca. gen. Albiens. praecedentis inserta, quod Guardiani, & eorum Vicarij habeant auctoritatem Prelatorum, in foro conscientiae, &c. sic debet intelligi, quod, scilicet, auctoritas per Patrem Provincialem concessa Guardianis, remaneat semper penes eorum Vicarios, seu Vicariorum Vicarios, ipsis Guardianis suum Conuentum, pro suis negotijs exequuntibus, haec ibi. De quo nos latius egimus in supradicto tractatu Medulla fratrum Min. cap. 7. q. 2. ibi videat, qui volet ampliore declarationem super his. E



CAPVCCINI ANNOTATIO.

Ex Privilegijs fratrum Minimorum.



V L I V S I I . in eorum Mari magno concessit, ut Fratres, a Confessoribus per eos electis, possint absoluiri ab omnibus Castib[us], Episcopis reseruatis.

Absolutio ordinaria quoad fratres. 27

A *Vt autem nullus Fratrum putet ex his licere sibi eligere Confessorem, & ab eo, ad suum libitum, absolui; notentur verba, quæ in Correctorio fratrum Minimorum, in eodem Priuilegio reperiuntur, quæ sunt ista. Præterea caueatur, ne fratrum huius Ordinis confessiones audiat quis Sacerdotum, absque licentia, vel permissione Correctoris generalis, aut alicuius Vigilum, vel Prouincialium, aut suorum Vicesgerentium; & infra. Omnes etiam Presbyteri in hoc Ordine Minimorum expressè professi, pro Confessoribus approbentur per aliquem eiusdem Ordinis Superiorū, Prælatorum, vel suorum Vicesgerentium. Ipsi vero pro Confessoribus taliter approbati, alios eiusdem Ordinis fratres professos, quoties opus fuerit, poterunt absoluere ab omnibus Casibus huic Ordini concessis, & permisis Vsus maris. &c. vt in lib. Priuilegiorum Vsus maris habetur fol. 219. & 231.*

B *Et nota, quod hic nulla sit mentio de licentia petenda à Superioribus, per ipsos fratres confiteri volentes, & indistinctè loquitur, etiam de omnibus, vel sint illius familie, vel hospites, confiteri voluntibus. Quod deseruit prosequenti doctrina posita in §. 5. & 7.*

C *Ex Priuilegijs eorum, qui Ministri infirmorum appellantur.*

D *G Reg. XIII. in anno 1591. supradictorum Religionem approbans, inter alia concessit, pro tempore existenti Praefecto generali, vt per se, vel per alios a se deputatos, omnes, & singulos eiusdem Congregationis sibi subditos, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, antea, vel post ingressum in dictam Congregationem per eos commissis; nec non à quibus- uis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque censuris, & paenitentia, vel ab homine (non tamen nominatim) quomodolibet la- tis, & irregularitatibus, ex quacunque causa contractis (præterquam ho- micij voluntarij, bigamiae, ac membrorum mutilationis) in foro consciencie tantum absoluere, necnon, cum eis, si opus fuerit, etiam cum rehabili- tatione, & abstersione inhabilitatis, ac infamiae macula, dispensare pos- sit. Ac etiam concessit ipsi Praefecto, & socijs, vel inferioribus Prælatis, de ipsius tamen Praefecti generalis licentia, vt cum eiusdem Congregationis personis, defectum natalium, ex quo quis nefario coitu prouenientem, pa- tientibus, postquam in dicta Congregatione, vota emiserint, vt defectu hu- iusmodi non obstante, ad quoscunque sacros, etiam presbyteratus ordines promoueri; & in illis ministrare; necnon, ad quascunque dignitates, ad- ministraciones, & officia dicta Congregationis eligi, & assumi, illaque gere- re, & exercere; vt habetur in Bulla originali penes illos reseruata.*

E *Circa concessiones suprapositas Clem. 4. in §. 5. & 7. ultra ea, quæ ibi a Collectore, & Corduba sunt annotata, est aliud notandum, quod si quis ha- beat auctoritatem absoluendi a casibus reseruatis actiuè, si hoc habet a Ge- nerali,*

Absolutio ab excom- munica.
Dispensa-
tio in irre-
gularitate.

Dispensa-
tio in nata-
libus.

28 Absolutio ordinaria quod ad fratres.

nerali, potest earum cum omnibus fratribus Ordinis, cum omnes sint sui subditii, & si à Provinciali cum fratribus tantum illius Provincie, & etiam cum hospitibus ad illam venientibus, ut infra §. 30.

Et si habet auctoritatem passiuam, ut possit ipse absolui, poterit confiteri cum quis ordinis Confessore; sine si ei auctoritas ista concessa à Generali, sive à Provinciali, cum muli Summi Pontif. nostrae Religioni concesserint, ut fratres possint de materia peccati mortalis confiteri cum quis Ordinis Sacerdote, et si à suis Prælatis licentiam non petant. Proinde habens auctoritatem hanc passiuam, poterit sine dubio, à quo quis Ordinis Sacerdote absolvi, cum omnes pro fratribus sint idonei. Verum tamen in aliis Provincijs, ac etiam inter nos Capuccinos, exstat laudabilis consuetudo, quod fratres hospites à Prælatis, se confitendi, licencentiam petant, licet non sit necessaria, quando hospites sunt Prælati, ut dicit Corduba infra, in verbo, Accedere ad Monasteria mon. in fin. Et hoc debet multum notari, quia secundum ius commune videbatur dicendum contrarium. Nam cum Provincialis dignitas comparetur dignitati Episcopali, videtur etiam quod ipsa Provincia comparetur Episcopatui. Unde, sicut quis unus Episcopatus confiteri non potest de materia peccati mortalis cùm alio Sacerdote in alio Episcopatu approbato, nisi priuilegium aliquod effet incontrarium; ita pariter dicendum videbatur, ut fratres de una Provincia confiteri minime possint cum Sacerdotibus alterius Provincie licet eiusdem Ordinis.

In §. 8.

Quod ad dispositionem illam Bonifacij 8. positam in §. 8. quod Religiosus manus violentas iniiciens in clericum debeat absolvi ab Episcopo: est sciendum, quod tam ista, quam illa alia dispositio. c. cum illorum, desent. excom. qua cauetur, quod si percussit fratre alterius Religionis, absoluatur per Prælatum percussi; & alia multa iura que à summis ponuntur circa absolutiones fratrum, hodie non procedunt, propter nostra priuilegia quæ a propriis superioribus nostris posse absolvi concedunt.

Sed posset circa hoc oriri dubium, quando alius frater percuteret alterum fratrem excommunicatum, an excommunicationem incidere? & licet hinc inde sint opiniones, cum aliqui velint quod non, per cap. excommunicatorum 2. 3. d. 5. & glo. in c. si quis deinceps 2. 7. q. 4. dicat illud non esse verum; tamen hæc est communis opinio, quod iste percutiens excommunicatum incurrit excommunicationem; & ratio est quia excommunicatus retinet ordinem, ratione cuius inducta est immunitas, id est durante causa, durat effectus.

Sed si succederet, quod superior aliquis percuteret; an ipse posset absoluiri à subdito suo, quem elegit in confessorem? & non est dubium, quod posset secundum priuilegia: sed dubium est, quando in aliquo Conventu sunt duo

A duo fratres Sacerdotes, unus Superior, & alter subditus; & se ad iniucem percutiunt, An alter alterum absoluere possit? Et in hoc quid sentiant iura, dicam.

Excommunicatus minori excommunicatione, potest absoluere alium excommunicatum eadem excommunicatione, scilicet, minori. c. duobus de sent. excommun. Excommunicatus autem maiori excommunicatione, non potest alium excommunicatum eadem excommunicatione, scilicet, maiori absoluere. c. audiuitus 24. q. 1.

Frater ex-
com. anpos-
fit alterum
excommu-
nicatū ab-
soluere.

B Sed quia ista intelliguntur de iure ordinario, ideo Tabiena, in verbo absolutio. 2. 5. 6. credit, quod in necessitate, potest excommunicatus alterum excommunicatum absoluere, & ratio est; quia necessitas non habet legem; ac probat a maiori, quia si excommunicatus in casu necessitatis potest absoluere a peccatis, a fortiori poterit ab excommunicatione.

C Vnde concludendo dicerem, quod licet dispositio illa cap. si quis suadente Diabolo. 17. q. 4. circa percussores clericorum & monachorum.

C liget multos comprehensos sub appellatione monachorum, ut sunt Religiosi professi Religionis approbatæ; conuersi omnes, seu oblati. c. cum illorum: & cap. non dubium, de sentent. excommunicat. & omnes moniales, & conuersi, & conuersi earum. c. de monialibus, extra de sentent. excommunicat. & Novitiij, & sorores tertij ordinis, viuentes in congregacione, & prouentes tria vota; & alijs per summistas notati: Tamen de absolutione, est notandum, quod Absolutio illius Canonis, quamuis regulariter spectet ad Pontificem, quando percussio est violenta,

D & cum illis circumstantijs positis a Nauar. in declaracione illius Canonis, in Manuali cap. 27. num. 76. cum sequentibus ac alijs Doctoribus summistis; tamen quodam personas religiosas, non solum ex Princilio; sed etiam de iure communi, spectat ad eorum Superiores, ut habetur in cap. Monachi, & cap. cum illorum, de sententia excommunicationis, extra.

E Quod illud, quod per eundem Bonifacium VIII. in hoc. s. 9. di-
sponitur, est notanda doctrina Nauar. cap. 27. num. 261. ubi habetur,
In s. 9.
E quod Episcopus concedendo casus suos, sine sibi reseruatos, non videtur
concedere absolutionem a censuris sibi reseruatis, cum a diuersis non fiat
illatio; & aliud est, peccatum reseruatum Episcopo, & aliud censura re-
seruata; nam aliqua sunt peccata, annexam censuram non habentia, que
sunt Episcopo reseruata; & etiam sunt censure aliquæ illi reseruatae,
peccatis, ob que illæ dantur, ei non reseruatis; nec etiam concedendo
absolutionem a suis casibus, & censuris, videtur concedere absolu-
tionem, ac dispensationem rutorum, aut irregularitatum, a quibus ipse potest,
quia.

30 *Absolutio ordinaria quod ad fratres.*

quia nec sunt Casus, nec Censuræ ipsi reseruatae, & ita ex illis non inferatur ad hæc, neq; è contra Arg. l. Papinianus ff. de minoribus, & cap. ad audienciam de decim.

Item Episcopus concedendo alicui omnem suam facultatem, & auctoritatem ad confessionem audiendam, & auditos absoluendum, non videtur concedere Casus sibi reseruatos, iure communi, aut suo particulari, aut consuetudine generali, vel speciali; oppositum tamen credit ipse Nauar. quando concedit omnes suos casus; quia iuxta communem consuetudinem, quæ attendi debet, per suos casus, peccata illi reseruata intelliguntur; & B etiam quando concedit omnem suam facultatem, excepto tali Casu reseruato.

Et dum hic dicitur, quod nulla consuetudine possit introduci, quod aliquis præter sui Superioris licentiam, confessorum sibi eligere valeat, est sciendum, quod hoc intelligitur de subditi; non autem de Prælatis, vt sunt Guardiani, Priors, Provinciales &c. Illi enim etiam si fuerint hospites in alieno loco, possunt sibi Confessorem eligere, absque illius loci Superioris licentia, vt videtur est infra in addit. Cordubæ in verbo, Accedere ad monasteria C Monial. in fine illius additionis. Et an talis facultas, Prælatis concessa, possit tolli per Capitulum, vel per statuta Ordinis? vide ibidem in Corduba, & in addit. ad. §. 7. tit. absolutio ordinaria, quod ad fratres.

In §. 11. Circa id quod in hoc. §. 11. disponitur, de absolutionis Sacramento, & aliorum administratione Servitricibus Monialium, est aduertendum, quod hodiè, ad hoc ut locum habeat, oportet, ut illæ sint eiusdem Regulæ professæ, & intra clausuram maneant actualiter in Monialium servitij, prout etiam fuit ordinatum de Tertiariis per Concil. Lateranen. relatum in Confst. 17. D Leon. 10. Et in Concil. Trid. sess. 24. c. 11. de reform. vbi tractatur pari modo de seruitoribus Regularium; Et licet antiquitus esset forsitan permisum seruitricibus ipsis, extra Claustra Monialium, foras, in suis domibus habitare; nunc tamen est eis omnino prohibitum, & in clausuras Monialium intrare; ac nec exemptionibus ipsarum Monialium gaudere, per Concil. Trid. ac aliorum Pontific. constitut. Ideo, circa istas, Confessores Monialium sint cauti in ministrando eis Sacramenta, maximè Penitentia, & videant si sint approbati ab Ordinario, nec nè, & à quibus sic eas possent absoluere, E cum non aliam super illas habeant auctoritatem, siue facultatem, quam super puras alias seculares haberent.

In §. 13. Pro eo quod in §. 13. aduertit Collector, est sciendū, quod secundum Nauar. in Manuali cap. 27. num. 275. nullus, præter Papam, sine eius commissione speciali, potest absoluere ab heresi, & censura ei annexa, etiam occultissima; quia eam Papæ sibi reseruat in Bulla Cœnæ, quamvis Concil.

Cœc. Trid. sess. 24. c. 6. de Reformatio. concedat Episcopo, ut per semetipsum, in

Absolutio ordinaria quò ad fratres. 31

- A in suo Episcopatu, possit absoluere subditos suos, ab occulta hæresi; & possit etiam contendere, quod non sit derogatum, quo ad hoc illi, per Bullam Cœnæ; quia Greg. X I I I. & Pius. V. adeo id expresse declararunt, ut etiam Summo Panitètario negauerint illam facultatem, nisi cum certis modificationibus: adeo ut ipse Nauar. dicat, moueri ad credendum, quod nec virtute Iubilei, nec Bullæ Cruciatæ, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, poterit quis absolui ab ea; licet expresse detur facultas absoluendi à Casibus Bullæ Cœnæ, quod probare nititur, & auctoritate, &
- B ratione, pro ut ibi est videre. Et quamuis in hoc, multa esset opinionum varietas, si per Bullam scilicet Cruciatæ, poterat quis ab hæresi absolui; in anno tamen 1584. sicut omnis dubietas sublata: cum fuerit Bullæ Cruciatæ adiectum (excepta hæresia) pro ut sic refert auctor expositionis dictæ Bullæ. §. 11. n. m. 71. quāvis contrariū ipse defendat, in eo quod dicitur; Episcopi auctoritatem, à Conc. Trid. ei traditam, in Bulla Cruciatæ suspendi, & quod ideo non possit absoluere ab hæresia occulta, ut iam dicam in alia nostra annotatione, in verbo Cruciatæ, quando tractabo, An Privilégia Mendicantium suspendantur, nec ne, per Iubileum plenissimum, & per Bullam Cruciatæ.

Est sciendum insuper, quod Dominis Inquisitoribus Hispaniarum, talis facultas ab hæresi absoluendi, tam in foro conscientiae, quam judiciali, & suis etiam Vicarijs est concessa, ut testatur Pater Camillus Campogio, Generalis Inquisitor Mantuæ, ut refert ibidem supradictus auctor exposuit Bullæ.

Circa dispositionem illam Alex. V I. in. 5. 17. relatam de reseruatione In §. 17.

- D Casuum; est primo aduertendum, quod tempore Martini V. Iam fuerunt in Religione Taxati, & ordinati, Casus Ministris Ordinis Minorum Reservati, & ab ipso Martino. V. confirmati, ut cum Regula appareret impressi.

Deinde est pariter aduertendum quod nunc per S. D. N. Clem. VIII. tum quo ad istam, cum etiam quod ad illam Alex. V I. dispositionem, aliud est ordinatum; Anno enim Domini 1593. Mense Maij. Cunctis Regularibus per publicum Breue, Infrascriptos Casus reservatos fore, præscripsit videlicet.

- E 1 Veneficia, Incantationes, Sortilegia.
2 Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eod peruerterit, ut ex septa Monasterij, seu Conuentus fiat egressio.
3 Nocturna, ac furtiva è Monasterio, seu Conuentus egressio, etiam non animo apostatandi facta.
4 Proprietas contra rotum Paupertatis quæ sit peccatum mortale.
5 Lapsus carnis voluntarius, opere consummatus.
6 Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personæ.

7 Mali-

Pater Ema-
nuel.

22 *Absolutio ordinaria quò ad fratres.*

Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum A
d Superioribus ad Inferiores, & è contra.

Iuramentum falsum in Iudicio regulari seu, legitimo.

Procuratio, auxilium, seu consilium ad Abbottum faciendum, post
animatum factum, etiam effectu non sequuto.

Etiam Generalis, & Prouinciales. 10 Falsificatio manus, aut Sigilli Officialium Monasterij, aut Conuentus.

11 Furium de rebus Monasterij, seu Conuentus, in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. Hoc fuit à Pontifice declaratum, deberi intelligi, etiam de rebus particularibus; ad alicuius fratri particularis B
rum concessis, & Nauar. in Summa, restrinxit huiusmodi materiam peccati mortalis ad duos carolenos.

Si aliud præterea peccatum graue, pro Religionis conseruatione, aut pro conscientia puritate, reseruandum videbitur; id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto ordine, aut Prouintialis in Prouintia, matura discussione, & consilio. Hæc in Bulla.

Et sic consequenter ex taxatione istorum casuum, moderata, ac restricta videtur remanere dispositio supradicta Pap. Alex. 6. cùm facultas reseruandi alios Casos à supradictis, non amplius ad Ministros Prouintiales, seu alios Prælatos tantum spectet; sed in Capitulis generalibus, seu Prouintialibus, cum consensu Patrum Vocalium, ibi pro electione facienda conuenientium, fiat reseruatio, ut ex supra proximè dictis verbis Pontificis appareat, quando dicitur. Sed si quid aliud præterea, &c.

Et tunc (prout ab eodem Pontifice fuit nobis facta declaratio) in prædictis Capitulis poterunt reseruari alij casus à supradictis, etiam eiusdem materiae supradictorum casuum, ut putà in materia lapsus carnis, reseruare etiam tactus impudicos &c. supradictis tamen casibus semper firmiter manentibus, & in nullo mutatis.

Absoluendi autem facultatem à supradictis Casibus, ad illos Prælatos pertinere etiam declarauit, ad quos, prius, ante huius Decreti publicacionem spectabat; ut putà in nostra Congregatione Capuccinorum, sunt Prouintiales; nisi tamen aliud Confessori assignato (ut in Bulla) videbitur expediens; petere scilicet facultatem à Prouintiali, aliquam absoluendi, ei prius narrata causa, pro qua ad id petendum mouetur, vñà cum Casu occurrenti; salvo tamen semper sigillo Confessionis. Et hæc pro nunc sufficient pro huiusmodi materia Casum reseruatorum; infra enim in verbo Casus reseruati, plura alia dicemus.

In §. 21. Est sciendum, quod eadem prohibitiō fuit facta à Pio. V. Fratribus Ordinis Prædicatorum ann. 1571. scilicet, ut non possint absoluī; pro ut habeatur in Breui supra citato, in §. 2. his verbis. Huiusmodi supplicationibus inclinati, talem concessionem Cruciatæ sanctæ, & aliorum indultorum parti- culi-

vt refert
Passarelli
in compi-

Absolutio extraordinaria quod ad fratres. 33

Acularium, quantum ad predictum articulum eligendi confessorem, & absoluendi a Casibus reservatis, cum fratribus, & sororibus Monialibus totius Ordinis predicti, locum minime habere, nec censeri; sed nostrae intentionis existere, quod idem fratres, & Moniales, quantum ad Sacramentum penitentiae, seu confessionis administrationem, dispositioni suorum Praelatorum subiecti sint; Apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo declaramus.

lacione
privilegio
rum Sancti
Francisci
a Paula so.
127.

B De licentia tamen suorum superiorum, possent fratres, & sorores ut gratias tuis, & facultatibus dictarum Bullarum, alias non, pro ut hic Leo dicit.

Et nota id quod infra dicit Collector, in verbo, Absolutio ordinaria quod ad fratres. §. 10 ibi, ut fratribus &c.

C Circa autem illud, quod a Collectore hic dicitur in 3. dubio, quod scilicet Guardiani, quibus Provinciales committunt auctoritatem absoluendi a Casibus reservatis, non possint illam alijs committere, &c. Est sciendum quod Nauar. in Manual. c. 27. num. 45. ait, quod simplex ministerium absoluendi, potest utique delegari, etiam a delegato Ordinarij, & a Subdelegato Delegati Papae; quamvis non possint delegare suas iurisditiones, quarum ratione id eis competit. Hae Nauar. ibi.

Nauar.

ABSOLUTIO EXTRAORDINARIA QVO'AD FRATRES.

T Sequitur secundum principale, pertinens ad solutionem fratrum extraordinariæ, que, scilicet, potest eis impendi certis, ac determinatis diebus.

Collector.

D **V** **E** **G** **I** **N** **U** **S**. 4. concessit fratribus Minoribus de obser. vt possint absoluiri per Confessorem ab eis electum, de suorum licentia Superiorum, semel tantum, ab omnibus centuris, & paenitentiis; excepto falsificationis litterarum Apostolicarum criminis. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 84.

I
Casus re-
seruati Pa-
pæ.

T Circa huiusmodi Concessionē, vide ea, que posita sunt supradicta, Collector. indictione, Absolutio ordinaria, quod ad fratres post. §. 11.

T **I** **D** **E** **M** Eugenius concessit omnibus fratribus Minoribus, ac etiam Nouiciis, in religione perseverare volentibus, quatenus possint eligere Confessorem idoneum, qui auctoritate Apostolica, absoluat eos in articulo mortis, ab omnibus peccatis, & censuris ecclesiasticis, etiam sedi Apostolice reseruatis, siue ex alia quacunq; causa prouenientibus; & plenariam omnium peccatorum indulgentiam largiatur. Quam indulgentiam predicti fratres consequantur, etiam si predictū Confessorem eligere non potuerint, seu obliti fuerint; dummodo moriantur in statu gratię. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 77.

Pro mor-
tui articu-
lo: etiā per
nouitijs.

Indulgen-
tia plena-
ria.

C IDEM

34 *Absolutio extraordinaria quò ad fratres.*

¶ IDEM Eugenius concessit fratribus Mino de Obser. Prouinciarum Regni Castellæ, quatenus singuli Prælati dicti ordinis, quocunq; nomine censeantur, & Cōfessores per ipsos Prælatos deputati, vel pro tépore deputádi, singulorū conuentuū, locorū, domorū, & Eremitoriorū huiusmodi, semel tantū absoluere omnes, & singulos fratres professos, conuersos, atq; nouitios, habentes propositū profitendi; necnon perpetuo donatos, oblatos, præsentes, & futuros ipsorū conuentuū, locorū, domorū, & Eremitoriorū huiusmodi; ab omnibus, & singulis suis peccatis, excessibus, & delictis; etiā quantumcunq; enoribus; & à quacunque simonia, in curia, vel aliās vbi cunq; ante, & post ingressum religionis cōmissa; necnon, quibus cunq; excommunicatiōnū, suspensionū, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis cēfuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, Apostolica, vel sedis Apostolice Legatorū, delegatorū vel subdelegatorū, ordinaria, vel alia quavis auctoritate; etiā per Synodales, aut Prouinciales, aut Generallū Cōciliarū cōstitutiones; & quo scūq; processus Apostolicos, & quascunq; extra uagātes; vel iuxta ipsius Ordinis regularia instituta, quomodo libet promulgatis, in genere, vel in specie, si quas incurrerint ante, & post ingressum religionis; etiā si talia fint, propter quæ Apostolica Sedes specialiter, & exp̄ressè sit meritò consulenda. Necnon, cū singulis supradictis, super quibus cunque irregularitatibus, & inhabilitatibus, quouis modo contractis, in omnibus, & singulis, etiā sedi prædictæ specialiter, & exp̄ressè reseruatis (bigamie, homicidij voluntarij, mutilationis membra, casibus: duntaxat exceptis) semel similiter dispensare, ac eos habilitare; vt non promoti, ad omnes Sacros ordines, & missarū celebrationē, promoueri possint, & ipsi promoti in eisdē ministrare valeant. Et quod, ad quascunq; dignitates, administrationes, & officia dicti ordinis (etiam si curam habeat animarū) recipi, illisq; pr̄fici, & assumi, Apostolica auctoritate valeant, & possint. Et voluit, quod si prædictas censuras, vel earū aliquā, ignoranter, vel inaduertēter incurrire contigerit, à talibus Prælati, & Cōfessores supradicti, quoties opus fuerit, & opportunū, absoluere, ac super irregularitate, vel irregularitatibus, ex talibus censuris, postea celebrādo, vel predicando, vel diuinis se immiscendo, vel aliās contracta, vel contractis, quoties opus fuerit, vt similiter dispensare auctoritate prædicta valeant, misericorditer de gratia specialiter concessit. o. fo. 61. Et ff. 64. conce. 85.

Absolutio extraordinaria quod ad fratres. 35

- A** ¶ Aduerte, quod ad gaudendum suprascripta concessione, oportet dicere semel. 7. Psal. singulis septimanis vnius anni, prout latè ponitur infra post. 5. sequens.
- ¶ IDEM. Eugenius concessit omnibus, & singulis supradictis, præsentibus & futuris, Prælati, & Subditis, professis; cōuersis, & cū proposito profitendi nouitijs, in sinceritate fidei, & unitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & obediētia suæ Sanctitatis, suorumq; successorū Romanorum Pontificum, canonice intrant.
- B** tium, existētibus, quod eis quicunq; Presbyteri sacerdtales, vel Regulares, perpetuis temporibus, omnium peccatorum suorū, de quibus, in genere, vel in specie, corde contriti, & ore confessi fuerint; & etiam de oblitis, indulgentiam, & remissionē, in mortis articulo, auctoritate Apostolica, liberè, & licitè concedere valeant: ita etiam, quod si in illo reputato mortis articulo, non deceperint, semper indulgentia predicta intelligatur reseruari, ad verum mortis articulum. Scilicet, ne (quod absit) propter huiusmodi gratiam reddantur procluiores ad illicita, in posterum committenda, voluit, quod, si ex confidencia huiusmodi, aliqua forma committant, ad talia, predicta indulgentia, nullatenus suffragetur.
- ¶ Voluit etiam idem dominus Papa, quod singuli predicatorum, qui sufficientis litteraturæ fuerint, per vnum annum à tempore, quo concessione huiusmodi gandere voluerint, singulis: septimanis (impedimento cessante legitimo) semel, se
- D** ptem Psalmos pœnitentiales, cum Litania, recitent sive elegant; alij verò, non sufficienter litterati, alias orationes (iuxta Confessorum suorum arbitrium; prout animarum suarum salutivis fuit) dicere teneantur. Et quod si forsitan impedimento detenti, in dictis anno, & septimanis, orationes predicas commodè dicere non potuerint, vel & inaduententia, aut obliuione omiserint; ex tunc alia septimana sequentis anni, supplere teneantur. o. fo. 62. Et ffo. 65, conce. 86.
- E** ¶ Sciendum, quod suprascriptam concessionem Eugenij, extendit postea Pius secundus, ad totam familiam, de quo habetur transumptum, licet non impressum. Sed ista concessionem communiter non vtuntur fratres; quia nolunt laborare in diebus. 7. Psal. ex eo, quod credunt, quod quidquid in ea continetur, postea fuit, sine tali onere, concessum. Itē est aduertendū, quod licet hoc comitatur quilibuscunq; Prælati ordinis, tamen iam est declaratum, nō intelligi de Casibus reseruatis Ministris, ut

Particularis pro Regionis Castellæ.

Indul. pl. in mortis articulo.

Aduerte ad codicitionem hic appositam.

Collector.

36. *Absolutio extraordinaria quod ad fratres.*

Nota.

patet infra post. s. 10. & quod intelligitur pro censuris contra-
etis ex ignorantia; vel inaduertentia, de quibus, toties, quoties
possunt absolui, &c. Et tamen, non possunt etiam, in hoc, uti hac gratia,
sine licetia Superiorum. Vnum tamen singulare continetur in ista
concessione. scilicet quod Indulgentia plenaria de articulo mortis,
semper intelligat reseruata pro vero articulo; quod est magni
effectus, & nullibi in nostris Priviliegii reperitur sic concessum.
Aduertendum est insuper, quod pro tribus, non alibi forte repertis,
deberet quilibet frater laborare per annum, in dicendis. 7. Psal. B
ut posset uti ista facultate. Primò, ut a quolibet Confessore, de-
putato per Praelatum, posset absolvi a censuris, ignoranter, vel in-
aduertenter incursis, & dispesari in irregularitatibus, propter
ipsas incurias, vel contractas. Secundò, ut posset absolvi, quantum
ad semel, ab excommunicatione in specie. scilicet ut ego intelligo, &
videtur intelligendum, nominatim a Papa, vel eius auctoritate,
non tamen reseruata; quia denominatim, nescio ubi habeamus
auctoritatē absoluendi, nisi hic. Tertiò, quia ut supradixi, haec C
Indulgentia plenaria reseruatur ad verum articulum mortis.
Et potest addi quartum. scilicet quod Indulgentia plenaria habeat
locum, in oblitis, & in confessis in genere; quia quando hoc non
exprimitur, sunt multæ opiniones, utrum subintelligatur, vel non.

Absolutio
plenaria p
semel in vi
ta & in
mortis ar
ticulo.

Sicut vs. 4. concessit omnibus fratribus Min. de Obser. præsen-
tibus, & futuris, tam professis, quam nouitiis, qui tamen habent
propositum profitendi; nec non sororibus S. Clara, & Tertiariis
utriusque sexus, & famulis, & seruitoribus praedictorum omnium; D
ut quilibet eorum possit semel eligere Confessorum de huiusmodi
obseruantia, qui audita eius Confessione, penitentiâ salutarem
iniungendo, absoluat eos, ab omnibus criminibus, excessibus,
& celuris Ecclesiasticis; & dispenset cum eis in omnibus irregularitatibus, si quas forte contraxerint (homicidio voluntario, &
mutilatione membris semper exceptis) & ei remissionem genera-
lem, & plenariam omnium peccatorum impartiri valeat. Et quod
hoc idem possit in mortis articulo. o. fo. 64. & ffo. 68. conce. 131. E
& ffo. 96. conce. 341. ubi ponitur in forma propria supplica-
tionis; & excipitur irregularitas ex bigamia proueniens.

Collector.

¶ ADVERTE circa hanc concessionem, quod licet Sextus non excipiat
in ea irregularitatē ex bigamia proueniēt; tamē pro excepta
debet semper haberi; quia est grauior reliquis ad dispesadū. Et
quia in alia concessione infra posita in dictione, Dispensatio. 9.
12. illā exceptū expresse; & quia forte illa facta fuit post istam;

licet

Absolutio extraordinaria quoad fratres. 37

A licet hoc non constet; quia non habent datas. Vtrum tamen aliter sit iudicandum, prudens lector aduertat.

¶ Aduertendum est etiam, quod iam plures declarat im est, scilicet, quod a Casibus reseruatis Ministris, non potest aliquis absoluui, sine eorum licentia, & minus a censuris, auctoritate Apostolica, postea latet, & reseruatis.

¶ IDEM Sixtus concessit omnibus, & singulis Preceptorum, & Minor. Ordinum Professoribus, qui tunc erant, & qui pro

B tempore perpetuo erunt; ut Confessor idoneus eorundem Ordinum, quem quilibet pro se, de sui superioris licentia, duxerit eligendum, eorundem confessione diligenter audita, pro commissis per eos excelsibus, & peccatis, semel in vita, in forma confessionalis, per ipsum edita, & in mortis articulo, plenariam absolutionem, & peccatorum huiusmodi remissionem, impendere valeat; etiam si, ante factam eorundem Ordinum professionem, eos decidere contigerit. B. fo. 65. Et

C ffo. 148. conce. 360.

¶ Aduerte, quod istud intelligitur, sub forma confessionalis Collector. per ipsum edita, in qua, ut credo, reseruabantur casus Sixtinæ, quæ incipit. Et si Dominici gregis. Et habetur in summa, infra in dictione, Excommunicatio. 2. notabili.

L E o 10. concessit licentiam, & facultatem omnibus Monachis sanctæ Claræ, & ancillis Beata Virginis, ut quater in anno, possint se, a suis Superioribus, sive Professoribus,

D aut alijs fratribus, de Ordine fratrum Minor. per Superiores deputatis, facere absoluui, ab omnibus peccatis suis, qualitercunque commissis. Ac similiter absoluui, vel potius dispensari, ab omnibus, & singulis votis (exceptis substantialibus, emissis in earum profensione) quæ solent, formosa levitate, pro qualibet minima necessitate, emitti. Ita tamen, quod nulli ipsarum hæc gratia suffragetur, si confitæ de ipsa, aliquid attarent committere, quod oculos Diuinæ maiestatis, earum

E violando professionem, offenderet. Et insuper placuit suæ sanctitati, de benignitate apostolicæ pietatis, concedere facultatem earum Professoribus, de licentia Prælatorum, eisdem audiensibus, quod ea plenitudine eas absolvant, & illi statu innocentiae restituant, qua sanctitas sua faceret, si ipsam in confessione auscultaret peccata. Et quod posthac, eadem

Benedictio auctoritate Apostolica, omnibus, & singulis sancta benedictio Papalis.

nem impartiantur, nomine Sanctitatis suæ. o. ffo. 93. cõce. 290.

Absolutio
plenaria p
femel invi
ta & i mor
tis articu
lo.

Quatuor
absolutio
nes: plena
rie.

Dispensa
tio.

38. *Absolutio extraordinaria quoad fratres.*

Collector.

¶ Vide propè finem huius dictionis, seu Capituli, qualiter præfatæ absolutiones debeat fieri. A

8

Absolutio
nes plen.
pro multis
festivitatib-
us.

¶ IDEM Leo concessit Monialibus sanctæ Claræ, sub cura fratrum minorum obseru. existentibus, vt in omnibus solemnitatibus Domini Sabaoth, & Virginis Mariæ, ac omnium sanctorum, & sancti Patris nostri Francisci, & Sanctæ Claræ, possint Confessores earum, in absolutionibus suarum Confessionum, eas plenariè absoluere, & penitentiam salutarem iniungere. B. ffo. 42. conce. 132. B

Collector.

¶ Circa hanc absolutionem, vide quæ ponuntur propè finem huius dictionis, seu Capituli. B

9

Absolutio
nes plen.
pro multis
festivit. &
alijs die-
bus.

¶ IDEM Leo concessit ancillis, & sororibus Ordinis Beatæ Mariæ Virginis, sub regimine fratrum Min. Obser. existentibus, vt in omnibus solemnitatibus Domini Sabaoth, Beatæ Mariæ Virginis, & Petri, & Pauli, & sancti Francisci, omniumq; Sanctorum, atq; per totam maiorem hebdomadam, Confessores earum, quicunq; fuerint, siue ordinariè, à Prælatis depu-tati, siue aliter (dummodo eas audiant de consensu suorum Prælatorum) possint in absolutionibus earū, de peccatis suis, eas plenariè absoluere, ac penitentiam salutarem iniungere. Quò verò ad fratres, prius suorum Superiorum, & eorum curā gerentium, licentia, & assensu habitis. B. ffo. 43. conce. 137. C

10

Absolutio
plena. pro
die Sanctæ
Catheri-
ne.

¶ IDEM Leo finaliter concessit fratribus min. regul. Obser. D quod semel in quolibet anno, vltra aliâs indulgentias, quas à Sede apostolica habent, possint plenariè absolvi, & indulgentiam plenariam consequi, in festo Sanctæ Catherinæ Virginis, & martyris. o. ffo. 94. conce. 299.

¶ Pro huiusmodi absolutione, vide prope finem huius dictionis.

Collector.
Resolutio.

¶ Epilogatio, seu resolutio concessionum suprapositarum est, quod fratres Minores, & Moniales sanctæ Claræ, ac tertij Ordinis, possunt absolvi ab omnibus peccatis, & censuris plenariè, semel in vita, & in mortis articulo. Item quater in anno, diebus, quibus maluerint, & in festis Domini Sabaoth, & Beatæ Virginis, omniumque sanctorum, & Apostolorum Petri, & Pauli, ac sancti Francisci, sanctæ Claræ, sanctæ Catherinæ, & per totam maiorem hebdomadam; de consensu tamen suorum Prælatorum. ¶ Qualiter autem intelligatur præfata absolu-tio

B

C

D

E

Absolutio extraordinaria quoad fratres. 39

A tio plenaria , & quorum Prælatorum requiratur licentia , seu consensus , declaratur in sequentibus , quæ benè notare oportet .

Q VI A circa huiusmodi absolutiones plenarias , à Leone . Collector . 10. concessas , nonnulli fratres decipiuntur , credendo , quod possint eis vti , absque licentia suorum Superiorum ; aduertendum est , quod in omnibus ipsis (ultima duntaxat excepta) semper positum est à Summo Pontifice , quod solùm pos-

B fint fratres , seu moniales , sic plenariè absolu à Prælatis suis , vel à Confessoribus , per eos deputatis , seu de licentia eorumdem . Sed ad omnem ambiguitatem , circa hoc tollendā , quod , scilicet , absque licentia Superiorum , & non quorumcunque ; sed saltē Prouincialium , non potest quis præfatis absolutionibus plenarijs gaudere , quod ad Casus reseruatos . Notanda est , ac menti commendanda quædam clausula , in tabula Congregationis generalis Burdegalensis posita , tenoris subse-

C quentis .

V T fratribus , iuxta regulæ puritatem , maior recipiendi sacramentum pænitentiæ tribuatur occasio , Reuerendissimus Pater Minister generalis , tam quoad fratres , quam quoad moniales , renuat omnes gratias , facultates , confessionalia , & indulgentias , & quaslibet litteras , sub quacunque verborum forma , etiam à Sede apostolica concessas , siue vi-

Statutum
Capituli
generalis
circa abso-
lutiones ca-
suum reser-
uatorum .

D gore Bullæ Cruciatæ , vel fabricæ sancti Petri de vrbe ; aut quilibet Confraternitatum , in quantum sunt in præiudicium casuum Ministris reseruotorum ; declarando esse contra Sanctissimi Domini Papæ voluntatem , tam fratres , quam sorores vti præfatis gratijs , quodad confessiones faciendas de Casibus prædictis , aut contra instituta Ordinis ; absque licentia præfati Reuerendissimi Ministri generalis , aut Provincialium Ministrorum , quous modo sit ; etiam irritum esse , & inane quidquid alijs fuerit attentatum . Et hoc vi-

E gore cuiusdam Brevis , præmissorum declaratorij , ab Alessandro Papa olim concessi , & Brevis specialis Leonis decimi , Reuerendissimo Patri Ministro generali missi , & in hoc Capitulo publicati .

I N S V P E R circa prædictas absolutiones plenarias à Leone decimo concessas , est aduertendum , an huiusmodi absolutiones se extendant ad censuras excommunicationum , vel irregularitatum , aut casuum reseruotorum Papæ ; quia de

40 Absolutio extraordinaria quod fratres.

eis non sit aliqua mentio in littera, Concessionum. Et an A etiam se extendant ad remissionem pœnæ, debitæ pro peccatis, in præsenti, aut in purgatorio, sunt opiniones. Nam aliqui dicunt quod sic, ad omnia supradicta, cum sit Priuilegium Principis, quod latissimè est interpretandum; maximè cù hoc verba patiantur. Alij in dubium vertunt, nonnullis rationibus moti. Mihi securius videtur, non præcipitare sententiam, sed disputationi relinquere: & quod quando aliquis vult ut in dictis diebus prædicta concessione, dicat Confessor, post communem absolutionem a peccatis. Et etiam absoluo te plenariè. Et valeat quantum valere possit. B

¶ Item est aduertendum, quod, sicut patet ex dictis, & ex littera ipsarum absolutionum, ipse non sunt uniformes, seu equalis; & ideo, non eodem modo debet impendi absolutio, quan- docunq; occurunt dies, in quibus concessæ sunt. Quapropter, nè in hoc aliqui minus docti decipiatur, operæ premium visum est, in calce huius Summarij, diuersas absolutiones breues, & compendiosas, iuxta diuerstatem huiusmodi concessionum superaddere. C

¶ Forma absolutionis, pro quatuor vicibus, in quibus potest quis absolvi, diebus, quibus maluerit, quotibet anno prout dictum est supra §. 7.

Formæ ab-solutionis plenariæ. Auctoritate tibi concessa, & mihi commissa, ego te absoluo, sic plenariè, illi statui innocentia restituo, quomodo sanctitas Domini nostri Papæ faceret, si ipse met, in confessione, D tua peccata auscultaret. Et eadem auctoritate Apostolica, tibi sanctam benedictionem Papalem impartior. In nomine Patris & filij &c.

¶ Forma absolutionis, pro omnibus alijs vicibus, in quibus potest impendi absolutio plenaria, ut habetur supra in §. 8. & 9.

Autoritate tibi concessa, & mihi commissa, ego te absoluo plenariè ab omnibus peccatis tuis, inquantum prædicta auctoritas se extendere potest. In nomine patris, &c. E

¶ Forma absolutionis, pro absolutione, quæ impendi potest, in festo sanctæ Catherine, quia differt ab omnibus supradictis, ut patet supra §. 10.

Autoritate tibi concessa, & mihi commissa, ego te absoluo plenariè, ab omnibus peccatis tuis, inquantum huiusmodi auctoritas se extendere potest, & concedo tibi Indulgen- tiā plenariam oīum peccatorum tuorum. In nomine Patris, &c.

Absolutio extraordinaria quod ad fratres. 4r

A ¶ Ex Privilegijs Monachorum sancti Benedicti obseruantium.

B E N E D I C T V S. 13. concessit Monachis pro articulo mortis, Plenariam indulgentiam, seu absolutionem; & quod, si infirmarentur, & crederentur morituri; putat, quia viderentur agonizare; & absoluti plenarie, iterum conualecerent, quod iterum, & in mortis articulo valerent absolui. o.

B ¶ Ex Privilegijs monachorum Cartusiensium.

S IX T V S. 4. concessit, quod fratres, seu Monachi Cartusieñ. possint eligere Confessorem idoneum dicti Ordinis solummodo, qui eos, semel in anno, in festiuitate Nativitatis B. Mariae Virginis, ab omnibus, & singulis peccatis suis, etiam Sedi apostolicae reseruatis, plenarie absoluere valeat in perpetuum. o.

¶ Ex Privilegijs fratrum ordinis sancti Hieronymi.

C N concessit, quod gratia, quam habet Ordo sancti Hieronymi, ut fratres possint absolvi plenarie, intelligatur etiam de peccatis, quocunq; tempore, confessis, licet tunc non confiteantur.

ANNOTATIO CORDVBAE.

D V O'AD §.9. rbi Collector dicit, quod non possunt fratres rti prefatis concessionibus Leonis 10 quod ad absolutiones plenarie, sine licentia suorum Prælatorum &c. Notandum, quod quod ad lucrandum Indulgētias, & similiter quod ad absolutiones à censuris, secundum quod conceditur, quod ad hoc, in ipsis Privilegijs, saltem in foro conscientiae, bene possunt fratres rti prefatis concessionibus, sine licentia suorum Prælatorum; non autem quod ad absolutionem à Casibus reseruatis, in Ordine Minor. Provincialibus; quia declarauit Reuerendissimus P. F. Fr inciscus de Angelis Minister Generalis in Capitulo prouinciali Prouinciae Castellæ Toleti, celebrato anno Domini 1524. me praesente, quod sic erat intelligenda Bulla, seu concessio prefata: Et quod ad hoc ultimum de Casibus reseruatis, idem expresse ibidem dicit Collector, ponens aliam declarationem cuiusdam Cap. gen. de quo latius infra, tit. Crucifixa, dicendum est ibi videatur. Videatur alia concessio Sixt. 4. facta Confessoribus Monialium, pro intrantibus Monasteria Monialium, sine dolo, vt habetur fff. 96. concessione 33. Et habetur in Compendio, tit. absolutio, quod ad seculares 2. §. 9. Et infra annotatur ibidem.

ANNO-

42. *Absolutio ordinaria quò ad fratres.*

CAPUCCINI ANNOTATIO.

A

In §. 3.

Modus nūc
obseruādus
à Capucci-
nis in rece-
ptione No-
uitorum.



V O' A D. §. 3. est sciendum, d nobis Capuccinis obseruatum,
in receptione nouitorum, priusquam habitu induantur, eis,
omnia impedimenta, Sedi Apostolice reseruata, notificare
et maximè quæ exsistat in Bulla Cœnæ Domini; & si in aliquo il-

lorū reperirentur esse incursi, pro absolutione mitterentur; sed si post suscep-
tum habitum, de aliquo illorum recordarentur, tunc à Magistro nouitio-
rum, iuxta Ordinis Privilegia, poterunt absolu; dummodò tamē non repe-
rirerentur esse illis criminosis impedimentiis irretiti, quos Sixtus V. in sua Bul-
la edita anno . 1587. contra criminosos, prohibuit, recipi ad Religionem,
utputa illegitimi, criminosi, et redendis rationibus obnoxij; licet, quodad
illegitimos, sit à Greg. XIII. postea renocata, ut infra dicemus, in verbo,
Nouitius: & ita hucusq; fuit semper obseruatum, ex mente summori Ponti-
ficium, qui pro tempore fuerunt; & ita patribus nostris obseruandum esse
declararunt; & in specie Sixtus V. Sed nunc retulit mibi R. P. F. Bonauen-
tura à Mōte Regali, Ordinis nostri Procurator, quod à sanctitate presen-
tis Pontificis Clementis VIII. viuæ vocis oraculo, aliter in hoc obseruan-
dum esse, fuit ei ordinatum, videlicet. Quod quandocunq; Nouitius ali-
quis reperiatur sic, ut supra, impeditus, antè professionē, mittatur ad quos
spectat eorum representatio; non obstante, quod habitum receperisset; & ita
obseruari, iam est per totam Congregationem mandatum; Sed quid facien-
dum, quando ij, qui veniunt ad Religionem voulissent, aliam ingredi? Vide
infra in Verbo Nouitius, in nostra Annotatione part. 3. de Nouitorum
absolutione & in verbo Votum, in princ.

C

Quantum autem ad formulas illas absolutionum, quas ponit supra Col-
lector, in fine huius verbi, volui eis, istas alias subiectere, quæ solent, etiā
presenti tempore, in pluribus obseruari; ut ea quisque vili possit, quam si-
bi maluerit.

D

Forma ab-
solutionis
plenaria.

¶ Hæc est forma absolutionis, abstracta de formulario Domini
Papæ, pro habentibus Indulgentiam plenariā à pena, & culpa.

Primò dicat infirmus, si potest, Confiteor Deo omnipotenti, totum. Si re-
rò non potest, dicat alius, eius nomine. Postea Confessor, cui fuit generali-
ter, vel spacialiter confessus, dicat. Misereatur tui omnipotens Deus. Con-
sequenter subiungat, & dicat absolutionem.

E

Absolutio plenaria à pena, & culpa.



V C T O R I T A T E Dei, & beatorum Apostolorum Petri, &
Pauli, & Sanctæ Romanae Ecclesie, tibi concessa, mibiq; in hac
parte commissa, ego te absolu ab omni sententia excommuni-
cationis, maioris, vel minoris, si quam incurristi; & restiuo te
vnitati

Absolutio ordinaria quoad fratres. 43

- A** vnitati fidelium, & sanctis Sacramentis Ecclesie. Item, eadem auctoritate, absolu te ab omnibus peccatis tuis, & a transgressione Regule, & statutorum. Item auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sancte Romanæ Ecclesie. & etiam Domini nostri Papæ N. summi Pont. mibi in hac parte commissa, in quantum claves sancte Ecclesie se extendunt. si ista vice morieris, absolu te, ab omnibus penitentiis, tibi in Purgatorio debit is, propter culpas, & offensas, quas contra Deum, animam tuam, & proximum tuum commisisti; & quantum mibi permittitur, restitu te illi innocentiae, in qua eras, quando baptizatus fuisti. Si vero ista vice non morieris, reseruo tibi Plenariam Indulgentiam, concessam a Domino Papa, pro ultimo articulo mortis tue, ut in ea commissione praefata Indulgentia Domini nostri Papæ continetur. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.
- B** ¶ Hæc est forma absoluendi, que absoluit ab omni casu, etiam pertinente ad Papam, & datur Fratribus in agone existentibus, auctoritate Priuilegiorum Ordinis.
- C** **D** OMINVS noster Iesu Christus, per meritum sue sacratissime passionis, te absoluat, & gratiam suam tibi infundat; & ego auctoritate ipsius, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & summorum Pontificum, mibi in hac parte commissa, & tibi concessa, absolu te ab omni vinculo excommunicationis, maioris, vel minoris, vel sententia suspensionis, & interdicti; & dispenso tecum in omni irregularitate; si quam contraxisti; & restituo te unioni, & participationi fidelium, necnon sanctis Sacramentis Ecclesie. Eadem auctoritate ego absolu te, ab omni transgressione D rotorum tui Ordinis, & Statutorum Papalium, generalium, prouincialium, custodialium, localium, & synodalium quorumcunque. Eadem auctoritate absolu te, ab omni diuino officio male persoluto, horis indebitè transpositis, vel dimissis. Item eadem auctoritate ego absolu te, ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum, fragilitate humana, ignorantia, vel malitia de liquisti; concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omniura peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum, de quibus etiam non recordaris, aut oblitus fuisti: in quantum Claves Ecclesie se extendunt. Item eadem auctoritate ego absolu te, a penitentiis Purgatorijs, quas pro peccatis commisisti, & delictis in hoc mundo perpetratis meruisse, restituendo te illi innocentiae, in qua eras, quando baptizatus fuisti. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. quod si hac vice non decesseris, reseruo tibi banc gratiam, usq; ad extremum mortis tue articulum.

Forma alia
plenissima

44 *Absolutio quod ad seculares primo.*

ABSOLVTIO QVO'AD SE CVLARES.

A

Collector.



IRCA absolutiones personarum secularium, per fratres Minores fiendas, sunt multa, & varia ordinata, & concessa, que ut melius intelligi, & memoria commendari valeant, subsequenti ordine dittiunguntur.

Primò namque ponuntur ea, que generaliter concernunt Confessorum auctoritatem, seu facultatem, tam ratione institutio-
nis à Prælatis Ordinis facta; quam præsentationis, que Præla-
tis ecclesiasticis fieri debet; seu licentie, quam ab eisdem Præla-
tis, seu legatis sedis Apostolice, obtinere contigerit. ¶ Secun-
dò adduntur alia, que concessa sunt respectu absolutionum à
Casibus reseruatjs Episcopis, vel Papæ. De prædictis autem
duobus, ponuntur etiā aliqua notabilia infra, in dictione Con-
fessiones, & Confessores. ¶ Tertiò superadduntur nonnulla, que
aliqui summi Pontifices decreuerunt contra quosdam aduer-
sarios Religiosorum, qui aliquos errores dixerunt in materia
huiusmodi absolutionum.

B

¶ *Absolutio quod ad Seculares . Primò.*

1
Licentia
audiendi
Confessio-
nes.



LEXANDER. 4. concessit, quod de licentia Le-
gatorum Sedis apostolice, vel Ordinariorum loco-
rum, possint fratres Minores, liberè Confessiones
audire, Sacerdotum parochialium assensu minimè
requisito : b. fo. 26.

D

2
Licentia
seu presen-
tatio.

CLEMENS. 4. concessit, ut quando Episcopi, vel alij Eccle-
siarum Prælati, dederint fratribus Minoribus facultatem
audiendi Confessiones subditorum suorum, & vota commu-
tandi, talibus Prælati decedentibus, possint prædicti fratres
vti liberè prædicta facultate, donec viduatis Ecclesijs prouis-
sum fuerit de Pastore. b. fo. 29. Et ff. 113. conce. 244.

E

Collector.

Aduerte tamen, quod si Confessores fuerint præsentati, ob-
seruata forma iuris, eoru præsentatio est perpetua, seu semper
durat, in illo Episcopatu, vbi facta est; licet Casus speciales sint
petendi à successore.

3
Præsen-
tatio Casus.

EVGENIUS. 4. concessit omnibus Confessoribus Ordinis
Minor. quod quando non possunt commodè se præsentare
Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi; & non possunt petere
Casus Episcopales, eo casu possint plenariè vti auctoritate
Epi-

F

Absolutio quoad seculares primo. 45

- A** Episcopali. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 78. Et ffo. 95. conce. 313.
- ¶ IDEM Eugenius concessit, quod quando fratres se semel præsentauerint Episcopis, & obtinuerint casus suos, licet alibi postea ad habitandum se transferant ad tempus, & postea revertantur ad easdem Diœceses, non sit necessarium, iteratò se præsentare eisdem Episcopis, vel casus de nouo obtinere. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 79. Et ffo. 95. conce. 314.
- ¶ Aduerte quod, vt supradictum est post. 5. 2. reiteratio præsentationis non requiritur quando semel facta est, obseruata forma iuris, qua taliter facta, est perpetua: tamen post mortem illius, cui sic facta est, oportet petere casus à successore. De hac materia vide infra. 6. 16.
- ¶ IDEM Eugenius declarauit, quod quando quis tempore, Paschali se reperit in aliena Diœcesi, semper ibi intelligitur adeptus incolatum, vt ibi confiteri, & communicare valeat, quantumcunq; ibi paruo tempore steterit. o. fo. 61. Et ffo. 64.
- C** conce. 80. Et ffo. 95. conce. 315.
- ¶ Aduerte tamen, quod non poterit Eucharistiam sumere in Ecclesijs fratribus, in die Resurrectionis, sine licentia Parochialis.
- ¶ IDEM Eugenius concessit, quod vbi cunq; fuerint fratres Mino. (licet Episcopi sint Simoniaci, etiam in officio, & beneficio) possint fratres vti suis casibus, ac si tales Episcopi non essent suspensi, ex quo tollerantur ab Ecclesia. o. ffo. 101. conce. 403.
- ¶ Aduerte, quod hoc est generale per extraugantem. Ad uitanda.
- N** ICOLAVS. 5. concessit fratribus Mino. obser. auctoritatem audiendi in Confessionibus omnes quarumcunque Diœcesum; & in illis, extraneos ac forenses absoluendi; etiam à casibus, quos Diœcesani locorum, in quibus fratres ad hoc deputati fuerint, duxerint committendos. B. fo. 30. & ffo. 114.
- E** conce. 249. Et ffo. 58. conce. 159.
- S**IXTVS. 4. fecit eandem concessionem, per consimilia verba, nil penitus immutando. B. fo. vbi supra, & conce. immediate sequentibus, in eisdem libris præallegatis. Et postea Leo. 10. hoc idem confirmauit, & de nouo concessit. O. ffo. 58. conce. 159.
- ¶ IDEM Sixtus, concessionem præfatam reiterauit, subsequentibus verbis. Concessit nanq; quod fratres Mino. obser. præ;
- Pro fratribus itinerantibus . 4
- Præsentatio Confessorum .
Collector. 5
- Communi care. 6
- Collector. 7
- Simoniz. Casus Episcopi. 8
- Licentia pro omnibus etiam forensibus. 9

46 *Absolutio quoad seculares primo.*

Licentia præsentes & futuri, possint audire Confessiones secularium A pro omni- vnde cunq; venientium, ea auctoritate quam habent ab Episcopo in cuius Diœcesi existunt. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 3. forebus. & ffo. 96. conce. 325.

Collector. ¶ Quo ad huiusmodi concessionem, vide infra. 19. vbi magis amplè concessum est fratribus Carmelitis.

¶ IDEM concessit, quod Confessores nostri dum sunt in itinere & requiruntur, possint audire Confessiones sicut Parrochiani, & si non fuerint præsentati secundum formam Clemen B Præsen. cōtinæ. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 113. & ffo. 96. conce. 326.

¶ IDEM Sixtus concessit, quod fratres Min. debitè præsentati, vel gratiosè à Prælatis recepti, possint extra suam Diœcēsim subditos illorum audire, cum hoc possint curati de iure. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 128. & ffo. 96. conce. 335.

¶ INNOCENTIUS. 8. concessit certam formam præsentationis Episcopis faciendę pro fratribus Confessoribus modo subscripto qui talis est, scilicet, quod Guardianus loci nostrī vel ciuitatis, omni anno semel se repræsentet Episcopo vel eius locum gerenti in spiritualibus, vel mittat alium fratrem pro se & dicat eidem Episcopo. Reuerendissime Domine, ecce me præsento Reuerendissimę dominationi vestre, pro me & omnibus Confessoribus deputatis, & deputandis à nostro Provinciali, pro audiendis Confessionibus vestrorum subditorum, petendo humiliter ut dignemini esse contentus, ut cum vestra benedictione ipsos audiant in Confessione, & absoluāt. D Et si quid auctoritatis vestre, circa Casus vobis reseruatos velletis, nobis concedere dignemini. Et similiter circa votorum dispensationem. Ac etiam dignemini nos ausare, si quid habeamus facere pro salute animarum vestre dominationi commissarum. Quo facto, siue concedat siue deneget, præfatus Sanctissimus Dominus Innocentius. 8. concessit, quod statim Confessores prædicti, habeant auctoritatem omnem absoluendi ab omnibus, exceptis Casibus de iure reseruatis Episcopo vel Papæ. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 153. Et ffo. 98. conce. 352.

¶ Alia forma præsentationis est melior & ait Nauar. in Manuali c. 27. nu. 266. in fin. c. & vide infra tit. præsentatio Confess. id quod dicit Collector in s. ultime.

¶ EO. 10. concessit quod fratres Minores qui audiunt Confessiones, absoluendo in foro conscientiae excommunicatos, non teneantur seruare formam, quæ obseruatur in publicis

Absolutio quoad seculares primo.

47

- A** blicis absolutionibus, scilicet, flagellationem cum Psalmo. Interdictū
Miserere mei, &c. Et quod tempore interdicti possint absolu-
uere à censuris in foro conscientiae illos, qui tunc confitebun-
tur peccata sua, nisi tales censuræ essent ex quibus huiusmo-
di interdictum emanaret. O. fffo. 59. conce. 174.
- ¶ IDEM** Leo confirmauit, ac de nouo concessit suprascri-
ptas concessiones Nicolai. 5. & Sixti. 4. §. 7. & 8. ac. 9. O. fffo.
58. conce. 159.

- B** **¶ IDEM** Leo in Concilio Lateranensi statuit, quod superio-
res fratrum mendicantium, teneantur omnino fratres quos
ad audiendas Confessiones subditorum Prælatorum Eccle-
siasticorum pro tempore elegerint, eisdem Prælatis persona-
liter exhibere ac præsentare (si eos sibi exhiberi, & præsen-
tari petierint) alioquin eorum Vicarijs (dummodo ad Præla-
tos ultra duas dietas accedere non cogantur.) Et quod pos-
sint prædicti fratres per eosdem Episcopos, & Prælatos, su-
C per sufficienti litteratura, & aliqua saltem huiusmodi Sa-
cramenti peritia duntaxat examinari. Statuit etiam quod
talibus præsentatis, & admisisse, vel etiam indebet recu-
fatis confitentes, constitutioni, quæ incipit. Omnis vtriusq;
sexus (quoad Confessionem duntaxat) satisfecisse censean-
tur. Ipsique fratres etiam forensum Confessiones audire
valeant, Laicos tamen Clericos seculares, à sententijs ab
homine latis, nullatenus absoluere possint. B. fffo. 25. con-
D cessione 72.

- ¶** Sciendum est circa prædicta, quod per eundem Leonem.
10. fuit posteā concessum Ordini nostro Minor. quod in foro
conscientiae possimus ut nostris Priuilegijs, sicut ante Con-
cilium Lateranense poteramus, non obstantibus quibuscumque
in dicto Concilio ordinatis, & determinatis aliter vel in
contrarium disponentibus, vt habetur in registro ordinis
in actibus Reuerendissimi Patris fratribus Francisci Licheti
- E** Ministri generalis. De quo vide infra in dictione. Conci-
lium. §. 7. Et ideo quo ad forum conscientiae non tenemur
ad statuta in præfato Concilio, nec adhuc forte in foro ex-
teriori, sicut infra declarabitur, in dictione Priuilegia, pro-
pe finem.

- C** LEMENS. 7. concessit, quod Confessores Ordinis Mi-
norum semel præsentati alicui Episcopo pro Confessio-
nibus audiēdis: ut moris est præsentari, post vnā præsentationē
non

Præsenta-
tio Confes-
torum.

14

15

Præsenta-
tio Confes-
torum.

Examina-
tio Confes-
torum.

Licentia
pro foren-
ibus.

Collector.

16

Præsenta-
tio Confes-
torum.

48. *Absolutio quò ad seculares primo.*

non teneantur amplius præsentari, etiam si ad aliam transierint Dicecsem. o.

Collector. ¶ Circa suprascriptam concessionem dubitatum est, utrum vñica præsentatio, de qua in ea sit mentio, intelligenda sit respectu vnius Episcopi, & vnius Dicecessis duntaxat; ita, quòd in vna Dicecesi non requiratur, nisi vñica præsentatio; etiam si præsentati transierint ad tempus, ad aliam Dicecessim; & postea ad illammet, in qua præsentati fuerant reuertantur; vel intelligi debeat quòd frater, Confessor semel in aliqua Dicecesi præsentatus, non teneatur amplius in illa, nec in alia Dicecesi præsentari; sed sufficiat semel prò semper, & vbique. Videtur, prout cuidam iuris perito vsum est, quòd intelligenda sit primo modo, quia sic consueuit intelligi alia consimilis supraposita. §. 4. Et minimè sunt immutanda, quæ certam interpretationem habuere, vt in l. Minime. ff. de legibus. Et quia cùm sit præjudicialis, debet strictè interpretari, per notata in c. olim de verborum signi. Nec obstat si dicatur, quòd sic intelligendo, ad nihilum deseruiret huiusmodi concessio, cùm iam idem esset concessum per Eugenium. 4. vt supra. §. 4. quia in supplicatione, non est facta mentio illius concessionis, vt sic videtur, Clementem. 7. velle illam ampliare. Imò potius est credendum, quòd qui hanc petijt, ignorabat precedētem, ex quòd illius mentionem non fecit, vel quod subrepticiè fuit impetrata, scilicet, tacendo illud, quod debuit exprimi. Vide tamen circa hanc materiam, quæ habentur infra à §. 16. vsq; 19. dictione. **D** *Absolutio quòd seculares 2. & præfatis non indigebis.*

¶ Sequuntur nonnulla alia pertinentia ad *Confessiones secularium, ex aliorum fratrum mendicantium Priulegij extracta.* Et primò ea quæ tangunt directè fratres Prædicatores.

17

Slxv 7. s. 4. concessit, vt Vicarius generalis fratrum Ordinis Prædicatorum, Regnum Castella, & Legionis, in qualibet domo dicti Ordinis ei subiecta, vbi cum, pro tempore, morari contigerit; ac in eius absentia, singuli Priors, siue Præsidentes singularum domorum dicti Ordinis, nunc, & pro tempore existentes, ac quattuor prædicti ordinis professores Presbyteri idonei, per Vicarium, & singulos Priors, siue Præsidentes prædictos, in singulis domibus deputandi, possint confessiones vtriusq; sexus Christi fidelium forensium, ad singulas domos prædictas occurrentium, & ibidem proprium domiciliū non habentium, ac inibi confiteri volentium, toties, quoties ibi-

Ex Priuilegio
fratru Præ-
dicator.
Particul.
pro regnis
Castell.
Deputatio
quattuor
Confesso-
rum.

Absolutio quoad seculares secundo. 49

- A** ibidem confitebuntur, liberè audire, & reos ab omnibus, & singulis peccatis, excessibus, & delictis per eosdem commissis, ac confessis, necnon excommunicationū sententijs, & penitentia in singulos fideles predictos, in genere, vel in specie, ordinaria auctoritate latis, de quibus ipsi fidelesse absoluvi petierint (dum tamen talia non sint propter quæ Sedes apostolica merito sit cōsolenda) in loci Ordinarij absentia duntaxat absoluere, & eis super premissis p̄nitentiam salutarē iniungere. Excommunicatio.
- B** re, ac vota peregrinationis, & abstinentiæ, per eosdem fideles emissæ, qua loci Ordinarius, si p̄fens esset, cōmutare posset, & ipsi fideles commodè adimplere non poterunt (in ipsius loci Ordinarij absentia) in alia pietatis opera cōmutare. Nec nō omnibus, & singulis Christifidelibus, tām forensibus, quam in ciuitatibus, & locis, in quibus ipsæ domus consistunt, commorantibus, Eucharistiæ Sacramentum, quo cunque tempore (festo resurrectionis duntaxat excepto) eorundem fidelium, Communitatio votorum.
- C** parochialium Ecclesiarum, Rectorum absentium, & quorumlibet aliorum licentia minimè requisita, ministrare libere, & licite possint, & valeant; parcè tamen, nè querela inde eueniant. B. fo. 44. Et flo. 128. conce. 287.
- ¶ Aduerte, quòd eandem auctoritatem habent Prouinciales. Collector. & Guardiani, sive Præsidentes domorum fratum Minor. & quattuor Confessores per eos assignandi, ut predictum est. Et hoc in regnis præfatis, & non alibi, virtute communicationis specialis, quæ habetur infra in dictione Communicatio Privilegiorum. §. 9. & 10.

¶ Ex Priuilegijs fratrum Augustinensium.

- B**ONIFACIUS. 8. prohibuit districte, ne quis, fratres Ordinis Heremitarum, sancti Augustini, quibus officia prædicandi, vel Confessiones audiendi à Prælatis Ordinis commissa fuerint, executionem officiorum ipsorum audeat quomodolibet impedire. B. fo. 245. conce. 589,
- ¶ Aduerte, quòd supradicta concessio habet locum, dum tandem fratres obseruent Clementinam, Dudum. Collector.

¶ Ex Priuilegijs fratrum Carmelitarum.

- V**RBANVS. 4. concessit fratribus Carmelitis, ut de licentia Prælatorum ecclesiæ, possint audire confessiones omnium Christi fidelium, causa deuotionis ad eos recur-



18
Prohibitio

19

50. *Absolutio quod ad seculares secundo.*

recurrentium, nisi talia commisissent, propter, quæ esset Se- A
des Apostolica meritò consulenda. B. fo. 85. Et ffo. 168.con-
cessione 392.

Collector. ¶ Sixtus declaravit, quod licentia, de qua in huiusmodi con-
cessione fit mentio, intelligatur ita, quod, scilicet, præfati Confessores sint præsentati, secundum formam iuris. B. fo.
98. & ffo. 181. conce. 439.

¶ De suprascripta Urbani concessione dubitatum est aliquā-
do, vtrum apud Carmelitanos, quibus directè facta est, ha- B
beretur in vsu, vt sic tam illi, quam reliqui Mendicantes, vir-
tute communicationis, seu extensionis Priuilegiorum, pos-
sent illa vti. Super quo ego, qui hanc collectionem feci, con-

Hic decla- ratur id q[uod] in prima impressio- ne post. §. 18. relin- quitur in dubium. C
ratur id q[uod] in prima impressio- ne post. §. 18. relin- quitur in dubium. B
respondit, quod absque dubio in partibus Italiz, & Franciz,
vbi vigebat illius Ordo, habebatur præfata concessio in vsu,
licet fortè in Hispania, propter paucitatem Monasteriorum
prædicti Ordinis, vbi huiusmodi dubitatio insurrexit, non
haberetur in vsu. Ac per consequens videtur, quod non ob-
stante supradicta hæsitatione, possint Mendicantes vti hac
concessione, cui similis non reperitur in Priuilegijs Men-
dicantium.

¶ Ex Priuilegijs fratrum Minimorum.

20.

Excommu-
nicatio.
Dispensa-
tio ..

S Ix t v s. 4. concessit fratribus Ordin. Minimorum auctor-
itatē Confessiones audiendi, & ab omniis Casibus D
excommunicationis, suspensionis, interdicti, ac super qua-
cunque irregularitate, Ordinario, tam à iure, quam ab homi-
ne reseruatis, toties quoties opus fuerit, absoluendi, & di-
spenandi, ac vota quæcumque permutandi, & relaxandi, &
pœnitentiam sautarem iniungendi, sicut poteſt Diccesanus,
ideſt, ſine aliqua præſentatione. B. fo. 5. concessione 8.

Collector.

¶ Vtrum prædicta concessio fit intelligenda respectu fratru-
duntaxat, vel etiam secularium, non potest clare elici ex lit-
tera; propter quod oportet consulere aliquem fratrem do-
ctum Minimorum, ad sciendum, qualiter ipſi illam intelligat,
& ea vtantur, nam aliter vti illa, quod ad seculares, non effet
dubz.

Collector.

¶ Resolutionem cōfessionum præscriptarum, vide infra pro-
pè finem totius materiæ solutionum, illamq[ue] benè nota, ne
in errorem te labi contingat.

ANNO-

Absolutio quoad seculares secundo. 51

ANNOTATIO CORDVBAE.

- Q**UOD A D. §. 12. notandum, quod potest forte aliquibus rideri, quod solum Confessores presentati, secundum hanc formam Innoc. 8. de qua in ipso. §. 12. agitur, habeant auctoritatem absoluendi, & dispensandi concessam ibidem ab Innoc. 8. & non alij Confessores presentati, secundum Clem. dudum. Sed salvo meliori iudicio, videtur cuidam patri satis docto, & forte verius, quod omnes Confessores, quomodo libet legitimè, aut debitè presentati, habeant prædictam auctoritatem, modò sint presentati, secundum hanc formam Innoc. 8. modò secundum aliam communem, secundum Clem. dudum, seu secundum aliam debitam formam; & ratio est, quia, ut in eod compendio habetur immediate in. §. 11. precedente Sixt. 4. concessis omnibus debitè presentatis, sineulla distinctione, quod possint audire extra Diœcesim, &c. & similiter ipse Innoc. 8. dicit, quod Confessores debitè presentati id possint (ut habetur in eodem Compêdio, Absolutio, specigliter de Casibus reseruatis, quod ad seculares secundò fo. 57. §. 12. §. 13.) Item, quia sicut declaratio primi casus excommunicationis, quem idem Innoc. 8. sub codem contextu fecit (ut patet fo. 650. & fff. 98. concessiones 353. vi etiam habetur in eodem Compêdio, Absolutio, quod ad seculares 2. in dicto fo. 57. §. 12. & §. 13.) tangit omnes Confessores, quomodo libet debitè presentatos; alias enim esset absurdum aliter id intelligere, ut etiam communiter conceditur, & tenetur. Ergo similiter illa auctoritas dispensandi, debet intelligi concessa omnibus debitè presentatis, secundum quamcunq; formam;
- D**quia, & utrobiq; semper dicitur ibidè, ante, & post (præfati Confessores) & quod Confessores debitè presentati id possint, ut patet in Compendio in dicto fol. 75. §. 12. §. 13. ex quibus omnibus, patet de intentione Domini Innoc. 8. esse, quod omnes præfati Confessores, quibus, scilicet, fit præfata declaratio primi Casus reseruati, qui quidem sunt omnes, quomodo libet presentati, habeant auctoritatem absoluendi, & dispensandi, hic ab ipso concessam in hoc. §. 12.
- E** Quodad. §. 16. ubi circa concessionem Clem. 7. dubitat Collector, quod modo sit intelligenda, & opinatur, quod sit intelligenda strictè, sic, scilicet, quod Confessor semel presentatus, non teneatur iterum in eadem Diœcesi se presentare, & censetur presentatus in eadem Diœcesi, &c. tu dic, ut dicit quidam pater in huiusmodi satis eruditus, & fide dignus quod debet intelligi latè, sic, scilicet, quod Confessor semel debitè presentatus, non teneatur amplius se presentare, in eadè Diœcesi, nec in alia quacunque, ad quam se translulerit ad morandum, ad tempus, vel in perpetuum; sed iam censetur semper, & ubique, debitè presentatus; & ratio est, quia intentio

Præsenta-
tio Cofsel-
forum.

Auctor ex
primis Bul
la Crucia-

52 *Absolutio quo ad seculares secundo.*

em, tenet
cū collecto
re eamque
multis ra-
tionibus
corrobo-
rat. Dud.
2. f. 183.

An prinile-
gium per-
datur per
non vsum.

impetrantis hanc concessionem, fuit talis (vt ipsem Imperator dixit) & intentio Papæ concedentis, conformatur intentioni impetrantis, nisi aliund sit dolus, vt est communis practica & regu. iuristarum.

¶ Quidam. S. 19. rbi Collector innuit secund. multos docto. ibi allegatos, quod nos fratres Min. per coicitationem Priuileg. non debemus, ne q[uod] possu-
mus vti illa gratia Vrbani 4. concessa Carmelitis, si ipsi Carmeliti no[n] vtun-
tur illa; quæ opinio videtur fundari in c. si de terra, de priuile. & c. cum ac-
cessisset, de cōst. & ff. de nundinis, l. 1. quæ refert etiam glos. I. L. q. 3. Pri-
uilegiū. Ex quibus omnibus videtur haberi, quod Priuilegiū perditur pen-
no vsum, vel per vsum contrariū, vt hic Collector innuit se tenere, secundū
aliquos iuristas. Sed certe hijs no[n] obstant. videtur mibi, prout etiā videtur

cuidā patri in huiusmodi satis eruditio dicendū (salvo meliori iudicio) post
Panorm. in dicto c. cum accessissent, quod, cum hoc indultu fuerit conce-
sum cōmunitati seu Ecclesiæ (vt est religio Carmelitarū) & per cōmuni-
cationē nostro Ordini Minorū cōmunicatur ex aequo, ac si nobis suis est spe-
cialiter concessum, non perditur, nisi legitimo tempore præscribatur; vt
est casus in d. c. si de terra, & in c. accedētibus, de Priuile. rbi scilicet, in
c. accedētibus, dicitur, hoc tempus esse 40. annorū, & cum hoc etiā dico,
quod etiā oportet habere scientiā Priuilegiū, & voluntatiē no[n] vtendi illo,
ad hoc, vt per no[n] vsum perdatur, vt patet in d. c. si de terra in vers. detra-
bere voluisti, quæ omnia hic deficiunt: sic q[uod] quoad fratres Minor. non est
perditū Priuilegiū prædictū per non vsum aliorū, scilicet, Carmelitarum.
Facit etiā ad hoc quod dicit Innoc. in d. c. accedētibus, quod, scilicet, parti-
culares canonici benè possunt sibi præiudicare, per dēdō Priuilegium, per
vnicā contraventionē; sed ecclesiæ præiudicare non possunt, quin ea possit
allegare, non esse sibi ablatum suum Priuilegium quod fuit perditū quoad
particularē personā, & Panorm. in d. c. cum accessissent, etiā dicit in fine,
quod si unus viuit, & no[n] alter, Priuilegio multis concessō; no[n] præiudicat
no[n] vtens, vtenti, de quibus etiā Silvest. tit. Priuilegiū, S. xi. agit, cōcordans
cū hijs. Ergo licet aliqui fratres, seu Conuentus, seu Prouinciae, ex volun-
tate, seu etiā (quod minus est, & nil præiudicat) ex ignorantia, v[er]si no[n] essent
tali Priuilegio, vel contra illud fecissent, non possent toto Ordini, seu alijs
præiudicare. Quoad præscriptionē autē, quod supra dixi, hic deficeret, nota
dū, quod hoc ideō dixi, quia, scilicet, hoc Priuilegiū, per cōmunicationē, &
nouā concessionē, factū est iā propriū nostro Ord. Min. per plures summos
Pōtifices. Nō dico ante hos xl. annos, sed & ante hos annos (nunc autē est
annus Dñi 1539.) p[er] Clem. 7. vt habetur, in Cōpendio tit. cōmunic. Pri-
uileg. S. 19. & quamvis tūc esset nullū (quod nō credo) tūc per talē nouā cō-
cessionē Clem. 7. integrē reu[er]sūdatur omnia; quia h[ec] omnia operatur cō-
firmatio ex certa sciētia, qualis fuit ista, secundum Panorm. post Ioann. de

A. Pio. V.
anno 1567
fuerūt oia
cōfirmata
& sui p[re]-
cessores me
dicatibus

Ligna.

Absolutio quod ad seculares secundo. 53

A Ligna. in c. cum super de cau. pos. & gloss. in d. c. cum audissent, quod etiam diffusè probat Sum. Rq. tit. absolutio. I. §. 122. C. §. 123. Et hoc idem ponit Collector compendij, tit. concilium, in fine, fol. 43. Et tit. priuilegium, §. 33. quod scilicet possent uti priuilegijs suis, etiam si propter simplicitatem, & iuris ignorantiam, rsi non fuerint retroactis temporibus, dummodo eis non sit per præscriptionem, vel alijs legitimè derogatum, ergo.

cōcessa fūre, & sic nō potest alle gari præ. scriptio cū non sint ni si 20. anni ab ista cō. cessione trāscī.

B Quod ad. §. 20. notandum, quod ut clare patet ex supplemento fff. xi. concessionē 36. auctoritas absoluendi ab omnibus, à quibus potest Diœcesanus, concessa Minimis, per Sixt. 4. sine dubio se extendit ad seculares, ut ibi patet: auctoritas autem dispensandi, & commutandi rota non est concessa eisdem, nisi quod ad fratres, quām Collector hic dicat; quod non potest de vitaq; haberi certitudo ex litera ipsius Priuilegij. Ideo te-
nendum est, quod super seculares fratres nil possunt dispensare, aut com-
mutare rota, virtute huius concessionis Sixt. 4. ut ait, quidam pater
satis doctus & fide dignus; sic etiam respondit quidam Provincialis Mi-
nimorum, anno domini 1530. Se bac gratia uti in absoluendo ab omnibus,
nisi sint Papæ rescruta. Quod ad dispensandum autem, seu commutan-
dum, non extendunt manus, quod ad seculares.

C Sed per Bullam Pauli III. Patribus Societatis Iesu concessam. tollitur omnis dubietas ibi enim datur facultas cōmutandi in foro conscientiae, omnia rota, in aliqua opera pia: exceptis votis Relig. Caſtit. ultramarino, Ro-
ma, & S. Iacobi; & idem possunt Mendicantes per participationem. Item possunt dispensare in omnibus votis, quæ possunt Episcopi, exceptis de pe-
D regrigatione ultra duarum dietarum, ut habetur supra in verbo, Absolu-
sio quod ad seculares 2. §. 12.

Annot. ca
puccini.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Ex Priuilegijs RR. Patrum Societatis Iesu.



AVLVS IIII. concessit supradictis patribus Confessoribus,
ab Ordinario approbatis, ut toties, quoties eis vīsum fuerit,
possint suos pénitentes, in foro conscientiae, absoluere ab om-
nibus peccatis, & censuris Sedi Apostolice reseruatis, ex-

E exceptis censuris in Bulla Cenæ Domini cōtentis; & quod possint eis quod-
libet votum in alia opera pia commutare, exceptis illis S. Iacobi, Romæ,
& Hierusalem, Religionis, & Caſtitatis, ut ridisse testatur in Bulla au-
thentica. Reuerendus Pater Emanuel Fortinez, in expositione Bullæ
Cruciatæ. §. 9. num. 66. quæ reseruari ait in Collegio Valentiae, & re-
peritur in Compendio Priuilegiorum ipsorum Patrum, verbo, Absol. §. 1.

Pater Ema
nuel.

Et Pius V. viua vocis oraculo, eis concessit, ut Confessores Ordinis,

D dam-

54 *Absolutio quoad seculares secundo.*

damnatos ad triremes, in omnibus Casibus, possint absoluere, ac si in articulo moris essent, ut in illius Compendio, verbo, *Absolutio* §. 4. A

Et Gregorius X III. viuae vocis oraculo eis concessit, ut possint naufragantium bona capientes, iniuncta eis restitutione, ubi commode fieri poterit, absoluere, ut in eodem illius Compendio, verbo, *Absolutio* §. 2.

Et idem Gregorius X III. eisdem patribus concessit, ut dum sunt in itinere, possint in quoque loco fideles confiteri, ac praedicare, etiam quod ibi non fuerint presentati, dummodo non possent Ordinarij illius loci copiam habere: de qua concessione testatur Guttier. in qq. canon. cap. 27. num. B

*E*t habetur in Comp. Priuileg. ipsorum patribus §. 3. ut refert idem auth. suprascriptus. §. 9. num. 144. C idem fuit concessum omnibus fratribus Minoribus ab Eugen. IIII. ut habetur supra in §. 3.

Et nota, quod huiusmodi indulcis, per communicationem factam a Clemente. 7. gaudent Confessores nostri ordinis Minorum Sancti P. Franc. ac aliorum participantium; bene verum est, quod hoc ultima deberent parciissime vni, ut infra dicemus in resolutionibus materiee absolv. in 11. conclus.

In §. 2. 3.

4. Præsentatio Confessorum.
Nauar.
Armil.

Concil.
Trid.

Circum ea quæ supradict. §. 2. 3. C infra à Collectore. §. 16. dicuntur C de præsentatione Confessorum, essent videnda ea, quæ dicit Nauar. in Manual. c. 27. num. 264. cum sequentibus: Et Armil. in verbo Absolutio num. 25. Et licet Corduba in additione ad supradictum. §. 16. teneat contraria opinionem Collectoris, quod unica, scilicet, Confessorum præsentatio sufficiat pro omnibus Episcopatibus, melior tamen est opinio Collectoris; eiusque opinionem possumus dicere potuisse esse veram antea Cœc. Trid. sed postea, nullo modo sustentari potest, cum Regularibus ipsis mandetur, ut omnibus Ordinarijs se repræsentent, in quorum Episcopatibus D Confessiones audire, C praedicare voluerint, Priuilegia quibuscumque non obstantibus; Et ipsis Regularibus, in tantum hanc Papæ iurisdictionem in omnibus Episcopatibus habebunt, in quantum in illis fuerint præsentati, C approbati; adeo quod ipsa approbatio, est causa sine qua non iurisdictionis in Episcopatibus, ubi fuerint approbati. Unica tamen approbatio sufficiet pro una Diœcesi, ut ait Collector, C infra latius dicemus. Bene verum est, quod, ut ait Nauar. ubi sup. Episcopo, sine iusta causa, nolente eos admittere, possunt præsentati facere illa, ac si fuissent admissi, E nec videtur, ait, obstat, cap. 15. de reform. sess. 28. Conc. Trident. tunc quia huiusmodi præsentatus, C sine causa ab Episcopo reiectus, habetur pro approbato ab eo, sicut C Regularis petens licentiam transiendi ad Regulam strictiorem, negata ea, sine iusta causa, habetur pro licentia donata; tunc quia Conc. Trident. non videtur voluisse derogari iuri communii, C Conciliis; cum ad hoc requiratur expressa Conc. derogatio; tunc etiam alijs rationibus, ut ibi est videre.

Sed

Absolutio quod ad seculares secundo. 55

A Sed quomodo Confessor dicatur approbatus, & quomodo sufficiat unica presentatio, copiosius dicam in sequentibus resolutionibus Absolutiōnum, in resolutione quinti capituli, in 3. notabili.

¶ ABSOLVTIO SPECIALITER DE Casibus Reseruatis quod ad seculares. Secundò.

- B**ENEDICTVS. II. in Extravaganti quæ incipit, Inter cunctas, statuit, quod fratres Confessores Ordinum Prædicatorum, & Minorum, nullatenus se introntant de Casibus Episcopis, & Superioribus reseruatis, quos ipse annotauit modo subsequenti dicens. Observent dicti fratres, ne ad Confessionem recipiant criminosos, criminibus, pro quibus esset solemnis pænitentia indicenda. Modo eodem excommunicatos respuant, & clericos, qui propter delictum, irregularitatem aliquam incurserint. Pro fratr. Prædic. & Mino.
- C**Incendiarios etiam, eosque, qui tam enormibus sunt irretiti peccatis, quod ea, rationabilis consuetudo præscripta canonice, in Episcopatibus aliquibus, reseruauit Episcopis, similiter non admittant. Quam consuetudinem, ex causa, quæ iustè ad id animum nostrum mouet, solummodo circa voluntariè homicidas, falsarios, Ecclesiarum immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ violatores, & sortilegos approbamus. Casus re. ser. Episco. pis de iure
126. Et fflo. 203. conce. 104.
- D**Sciendum est circa prædicta, quod licet, Bulla in qua supra scripta continentur, fuerit reuocata per Clementinam, Dudū, de sepulturis, tamen postea Sixtus. 4. concessit, ut quod ad Casus Reseruatos Episcopis, qui ibi sunt expressi, maneat in suo vigore. Et circa huiusmodi Casus, vide infra post. 12. & bene considera. Vide etiam circa huiusmodi materiam absolutiōnum, & quod ad validitatem prædictæ extravagantis, in distinctione Confessiones. §. 3. cum sua additione.
- E**VGENIVS. 4. concessit, quod fratres Mino. non teneantur facere conscientiā de decimis in confessionibus, nisi quando fuerint requisiti ab Ordinarijs. Et tunc sufficit dicere. Facio tibi conscientiam; & inducere peccatorem, quantum potest, ad soluendum; non tamen propter hoc retineant absolutionem. o. fo. 62. & fflo. 65. conce. 87. & fflo. 100. confessione 381.
- F**Aduertendum est, quod suprascripta concessio, reperitur Collector.

56 Absolutio quod ad seculares secundo.

sub alio tenore in supplemēto Priuilegiorum. Et ideo prout A illuc habetur, subscriptur hic.

¶ IDEM Eugenius concessit, quod fratres Min. omittentes Decime. facere conscientiam de decimis, si non fuerint requisiti a Parochialibus, non cadant in excommunicationem. Et quod vbi est consuetudo, quod detur pro decima, de viginti, vel triginata, aut quadraginta, vnum, id intelligatur pro solutione decimarum. Et quod, vbi non est consuetudo decimandi, inducent fratres ad decimandum; & si noluerint, non propter ea denegent absolutionem; nisi Sacerdos proprius reclamaret. o. ffo. 101. conce. 404. ¶ Circa hoc, vide determinationem Concilij Lateranen. in. §. 14. B

Excommuni- natio. Collector. 3
Exactiōes Interdictū
Exactiōes. 4
Simonia. 5
Casus re- seruati. 6
Casus re- seruati Pa-
paz.

¶ IDEM Eugenius declarauit, quod recipientes pedagia a Clericis, vbi est consuetudo, Ciuitas non incidat in interditum. Et quod ipsi Confessores inducent ad restitutionem, & absoluunt, nisi caperent Clericos personaliter, vel detinrent. o. ffo. 101. conce. 406. C

¶ IDEM Eugenius concessit, quod attento, quod sit consuetudo, scilicet, in aliquibus partibus, solui Gabellas, & datia per Ecclesiasticas personas, & Sacerdotes seculares, non propter hoc fratres retineant eis absolutionem, scilicet, qui predictas exactiones faciunt, non obstante, c. quamquam de fusris, lib. vj. o. ffo. 102. conce. 416. D

¶ IDEM Eugenius concessit, quod fratres Confessores possint absoluere de Simonia, nisi sit in ordine, vel beneficio. o. ffo. 102. conce. 420.

¶ IDEM Eugenius concessit, quod mulieres portantes frappas, caudas, recamaturas, secundum consuetudinem Patriq (nisi sit corrupta intentio, & tunc potest rectificari intentio) ac similiter artifices talia facientes, possint absolui, nisi faciant nouas adiumentiones. o. ffo. 101. conce. 406. E

¶ Ixtvs. 4. propter diuersitates opinionum, confirmavit Casus Episcopales, tam de iure, quam de consuetudine, quos posuit Benedictus. xj. in sua extrauaganti, que incipit. Inter cūtas. o. fo. 64. Et ffo. 68. conc. 128. Et ffo. 96. conc. 334. ¶ Huiusmodi Casus sunt positi supra in. §. 1.

¶ IDEM Sixtus concessit, quod Confessores nostri Ordinis, possint absoluere excommunicatos, per processum annualē, scilicet, qui sit in die Cœnæ Domini, propter incursum, vel iniunctionem factam in terris Ecclesiæ, directe vel indirecte, dum -

Absolutio quod ad seculares secundo. 57

- A** dummodo non sint principales, in dando consilium, vel auxilium talia facientibus. o. fo. 64. & ffo. conce. 140. & ffo. 97. conce. 342.
- ¶ Ista concessio, per mortem concedentis, videtur expirasse; Collector. quia tangit Casus contentos in Bulla Cœnæ Domini. Circa quod, vide supra, in dictione absolutio ordinaria, quodad fra-
tres post. 9. 13.
- ¶ IDEM Sixtus concessit, quod omnes tam viri, quam mu-
B lieres intrantes Monasteria monialium sanctæ Claræ, & sancti Dominici, ignoranter, & sine dolo, possint absolui a Confessoribus Monialium. ¶ Postea idem Sixtus addidit, quod mu-
lieres omnes possint absolui ab omnibus Confessoribus no-
stris, etiam si malitiosè, & ex malo animo intrascent. o. fo. 64.
Et ffo. 68. conce. 138. Et ffo. 96. conce. 330. & 339.
- ¶ IDEM Sixtus iterum concessit, quod Confessores Monia-
lium Sanctæ Claræ possint absoluere a sententijs latis, eos qui
C non malitiosè, sed ex quadam leuitate, seu curiositate intra-
uerint earum Monasteria, vel quarumcunque aliarum Reli-
giosarum inclusarum. Et hoc tam actiuè, quam passiuè. o. fo.
64. Et ffo. 68. conce. 138. Et ffo. 96. conce. 339.
- ¶ IDEM Sixtus concessit, quod Confessores nostri possint
absoluere omnes confitentes, ab omnibus sacrilegijs, dum-
modo non siant cum sacris, ita quod scandalia orirentur si
fratres absoluarent. o. ffo. 102. conce. 411.
- D** INNOCENTIVS. 8. concessit, quod Confessores debitè, præsentati, possint dispensare, in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi; exceptis votis peregrinationum vltra duas dietas. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 155. & ffo. 98. conce. 353.
- ¶ IDEM Innocentius declarauit, quod quodad primum casum, de iure reseruatum Episcopis, intelligitur, secundum opinionem Innocentij, & Hostiensis, scilicet, quod solùm est ho-
diè vna excommunicatio, quæ de iure Episcopis reseruatur,
E scilicet, iniectio violenta in personam Ecclesiasticam, in Casibus, in quibus pertinet ad Episcopum. Et ideo in alijs, quæ sunt de iure, & non reseruantur Papæ, possunt Confessores prædi-
cti absoluere. Et similiter ab omnibus excommunicationibus, per statuta prouincialia, & synodalia promulgatis, quæ ipsi conditores specialiter sibi, vel alteri non reseruauerunt, quâ-
do statutum fecerunt. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 154. Et ffo.
98. conce. 355.

Pro Monas-
terijs mo-
nialium.
Casus re-
seruati.

Pro mona-
sterijs mo-
nialium.
Casus re-
seruati.
Pro cœfisi.

Casus re-
seruati.

Dispeſatio
votorum.

Excommu-
nicatio.
Casus re-
seruati Ep-
scopis.

¶ Circa

58 *Absolutio quoad seculares secundò.*

Collector. ¶ Circa prædicta oportet, vt prudens lector aduertat, quod huiusmodi concessio fuit impetrata per bona memoria Reuerendum Patrem Fratrem Angelum de Clauasio, qui edidit illud insigne opus, Summa Angelica appellatum: & ideo conformiter ad ea, quæ ipse posuit in prædicta summa, in dictione Casus reseruati Episcopis, nominauit in præfata concessione, primum casum de iure reseruatum Episcopis; licet aliqui alter ordinent prædictos casus; præsertim Benedictus xj. vt positum est suprà in hac dictione §. 1. Ac etiam Antoninus in suo tractatu, intitulato, Defecerunt. ¶ Aduertere etiam oportet, quod virtute supra scriptæ concessionis Innoceti, non excluduntur alij casus reseruati Episcopis, numerati suprà in concessione Benedicti xj. §. 1. præsertim illi, quibus non est adiuncta excommunicatio, prout aliqui & male opinati sunt.

Decime. ¶ L E o. 10. in Concilio Lateranensi statuit, quod fratres Cōfessores teneantur hortari, & monere, etiam sub onere conscientiarum suarum, illos quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscumque status, & conditionis fuerint, ad soluendum decimas, sive aliam bonorum, seu fructuum, quotam, in locis, in quibus decimæ ipsæ, aut similia solui consueuerunt, ipsisq; etiam illas soluere recusantibus, absolutiōnem denegare teneantur. B. fffo. 26. cō. 82.

**Excommu
nicatio.** ¶ IDEM Leo concessit, quæ infringentes, vel aliquam uioletiam in Ecclesiis, vel locis fratum Mino. faciētes, ab excommunicatione propter hoc incursa, possint a Prælatis dicti ordinis, in foro conscientiæ, absolvi; licet antea non poterant huiusmodi deliquescentes absolvi, nisi a Papa, vel a Conseruatoribus dicti ordinis. O. fffo. 61. conce. 186.

Collector. ¶ Ex omnibus præfatis cōcessionibus colligitur summarie, ¶ **Resolutio.** fratres Cōfessores per Prælatos debitè deputati, & præsentati ad audiendas confessiones seculariū, si sunt in conuētibus nostris, vbi sunt præsentati, possunt audire omnes seculares tum

**Hoc idem
ait Nauar.
in Manual.
c. 27. num.
266.** siæ quām alterius dicēsis: & auctoritate quā habent ab Epō erga eius subditos, possunt vti erga extraneos. Si vero nō sunt præsentati, & resident in nostris conuētibus, nullos audire possunt, excepto articulo necessitatibus extremæ, exceptisq; habentibus Bullas, seu Confessionalia ad eligendom Cōfessores. Si autem sunt extra Conuentus nostros in via, vel in transitu, sive sint intra, seu extra Diocēsim, possunt audire omnes ad eos recurrentes, & vti plenariè auctoritate Episcopali, in Episcopo-

Absolutio quoad seculares secundo. 59

A scopi absentia. Et dixi in transitu, ne credit aliquis, quod frater hospes in aliquo conuentu, absq; præsentatione, possit audire confessiones ibidem, aut per villas, seu loca circum adiacentia, vt suppleat pro Conuentu, vel aliâs, &c. Per communicationem tamen Priuilegiorum Ordinum non Mendicantium, possunt fratres Mino. amplius se extendere, vt patet in sequentibus. Circa prædicta, etiam vide resolutionem intrâ positam, dictione Casus reseruati.

B ¶ Ex Priuilegijs Monachorum sancti Benedicti Obseruantium.

E VGENIVS. 4. concessit, quatenus Prior, siue Præsidens Monasterij sancti Benedicti, oppidi Vallis oleti, pro tempore existens, & tres, vel quattuor idonei Presbyteri Monachi, per dictum Priorem, siue Præsidetem ad hoc, pro tempore deputandi, & ad ipsius Prioris, vel Præsidentis nutum reuocandi, quo rūmcunq; vtriusq; sexus fidelium, ad dictum Monasterium, seu ipsius Ecclesiam, aut in ipsis, quacunq; ex causa, pro tempore confluentium, commorantium, siue existentium, cuiuscunque gradus existant, confessiones diligenter audire; necnon ipsos, à quibuscunq; peccatis, criminibus, excessibus, & delictis suis, in omnibus, & singulis Casibus, etiam Episcopo reseruatis, absoluere. Necnon ab omnibus, & singulis Ecclesiasticis censuris, pœnis, fulminationibus excommunicatum, suspensionum, & interdicti, à iure, vel ab homine pro

D lati, contractis in genere tantum, satisfactione, vel mandato de satisfaciendo, si personæ huiusmodi, ad id habiles fuerint, premissis, etiam absoluere; ac eos habilitare in prædictis Casibus; penitentiasq; eis salutares iniungere, Eucharistie Sacramentum conferre, ac cum eis, & eorum quolibet dispensare super votis, etiam Episcopo reseruatis, & ea commutare in alia pietatis opera, toties, quoties deuotioni prædictorum debitum expedire, auctoritate Apostolica, liberè, & licite pos-

E fint, & valeant; Parochialis presbyteri, & alterius cuiuscunq; Episcopi, vel Superioris, super præmissis omnibus, & singulis, vel eorum aliquo, licentia, vel assensu nullatenus requisitis. Et quod huiusmodi gratia sit perpetua, non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus.

¶ Aduerte, quod supradicta concessione solummodo possunt fratres vii intra sua monasteria, & non alibi. Sic enim faciunt Monachi.

16

Pro quat-
tuor Cofes-
toribus.
Casus re-
seruati Epip-
scopo.
Excommu-
nicatio.

Dispensa-
tio votum.

60 *Absolutio quoad seculares secundo.*

17

PIUS. 2. extendit supradictam concessionem Eugenij. 4. A
ad reliqua Monasteria sancti Benedicti, quæ annexa fuerint, vel subiecta præfato monasterio Vallis oleti. Sed addidit lequentem clausulam, dirigendo ad Piores monasteriorū huiusmodi. Per hoc autem non intendimus, quod præfati deputandi Confessores per vos, Indulgentijs vobis forsan concessis, sibi confidentibus, ut de ipsis gaudeant, concedere; nec absoluere etiam quempia super decimis non solutis, vel non soluendis, possint. Nulli ergo, &c. B

¶ *Ex Privilegijs Monachorum sancti Benedicti Observ. Italie.*

18

EVGENIUS. 4. concessit, quod liceat Prælatis, siue Monachis sancti Benedicti deputatis a suis Superioribus ad audiendas Confessiones, personas pro earum salute animarum recurrentes, audire absq; aliqua Superiorum Prælatorum licentia, & contradictione; ac eis absolutionis beneficium impendere ab omnibus peccatis; & dispensare super omnes Casus, praeter ea peccata, & omnes Casus, de quibus ipsis Confessoribus ad eorum ordinarios videbitur recurrentum, aut de quibus esset Sedes apostolica merito consulenda, & eis ministrare Eucharistia Sacramentum. C

19

QUIDEM Eugenius volens satisfacere deuotioni personarum, habentium ad Præfatos Monachos singularem deuotionem, ad eosq; recurrentium pro suarum animarum salute, concessit, quod liceat Prælatis, siue Monachis prædictis deputatis a suis Superioribus, ad audiendas Confessiones huiusmodi personarum, eas audire; ac personæ ipse eis cōsideri possint, absq; alia suorum Superiorum licentia. Nec non eas (penitentia & satisfactione iniunctis) quoties oportuerit, absoluere ab omnibus, & singulis peccatis, praeterquam Sedi Apostolice duntaxat reseruatis. Necnon a quibuscumque suspensionum, excommunicationum, & interdicti sententijs, alijsq; Ecclesiasticis Césuris, & pœnis, quas a iure, vel ab homine latis, satisfactione iniuncta, incurrisse, quomodolibet censemebuntur. D

Votorum
permuta-
tio.
Dispensa-
tio.

¶ *Insuper, & vota omnia permutare, ac in omnibus, & singulis Casibus, etiam ordinarijs; aut per synodales, vel prouinciales Constitutiones reseruatis, cum eis dispensare; praeter eas censuras, & pœnas, vota, & Casus, de quibus esset merito Sedes apostolica consulenda, eisq; ac omnibus, qui ad præfatos Monachos, ob huiusmodi deuotionem recurrerit, Eucharistię Sa-*

gra-

Absolutio quod ad seculares secundo. 61

- A** cramentum ministrare valeant, de specialis dono gratiae in fauorem Obseruantiae regularis. **B.** ¶ Circa supradictam concessionem dubitatum est, an virtute illius possint absolui excommunicati nominatim, saltē in foro conscientiae, vel debeant remitti ad iudices, qui protulerunt sententias excommunicationis praefatas? Et videtur, quod praefati nequeant absolui a fratribus, quia cum praefata concessio sit prejudicialis Ordinariis, est restringenda, per notata in c. olim, de Verborum signific. ¶ Item circa praefatam concessionem dubitatum est, vtrum illa verba (præterquam Sedi Apostolice duntaxat reseruatis) comprehendat etiam sequentem clausulam. Necnon a quibuscumque suspensionem, &c. Et videtur, quod, cum nullum peccatum sit Papæ reseruatum, nisi ratione censuræ eidem reseruata, vt inquit, Florentinus. 3. par. tit. 17. c. 11. post princi. & concessio negavit Confessoribus peccata Papæ reseruata, in versiculo. Nec non, &c. non indulxit censuras reseruatas eidem Papæ, ne tam breui, & contiguo contextu sibi contraria videatur.

ANNOTATIO CORDVBAE.

- C** V O A D. 5. 1. notandum, quod peccata, pro quibus est indi-
cenda penitentia solemnis, sunt peccata enormia, quæ ex co-
suetudine reseruantur Episcopis. Et quod ad hanc omnia, solum
explicat Dominus Benedictus. 1. 1. in hac Extravaganti, quæ
D habetur in hoc. 5. 1. esse voluntariè homicidas, falsarios, ecclesiistarum im-
munitatis, & libertatis ecclesiasticae violatores, & sortilegos, a quibus no-
possumus absoluere, secundum Clem. Dudum; nisi ad hoc sit aliud Priuilegium, vt hoc latius, & bene explicatur in supplemen. fff. 98. & 99.
Notent etiam Confessores, quod mutilans, aut mutilationem mandans,
& consentiens, non debent absolui, & multo minus homicida voluntarius;
nisi satisfactione præmissa, vt habetur. 23. q. 8. si quis membrorum: & si
quis voluerit, vide at latiorem declarationem horum casuum Episcopali-
E um in summis, titulo Casus, tit. Confess. præcipue Sum. Ros. lit. Con-
fessor. 1. 5. 1. & c. 5. sequentibus.
¶ Quod ad. 5. 9. notandum, quod Sixt. 4. fff. 96. concessione. 339. conces-
sit, quod Confessores Monialium sanctæ Claræ possint absoluere a senten-
tia latis eos omnes, qui non malitiosè sed ex quadam leuitate, seu curiosi-
tate intrauerint earum monasteria, vel quarumcunque aliarū religiosarum
inclusarum, & hoc tam aetiuè, quam passiuè ipsis concessit.
Quod ad. 5. 12. & 5. 13. vid. sup. Absolutio quod ad seculares 1. 5. 12. 21
ibi notatum est.

CAP.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

In. 5. 9.

Quæ incipit vbi gracie, & indul.



OC quod in §. 9. concedebatur, hodiè omnino est prohibitum per Const. 36. Greg. XIII. vbi adest excommunicatio Summo Pont. reseruata, vt infra, in verbo, Ingredi monasteria Monial. dicemus, vbi exponetur motus Pij V. & Greg. & nonnulla, pro hac materia notatu digna, resoluventur.

In. 5. 15.

Quoad resolutionem Collectoris supradispositam, post. §. 15. quod, scilicet, Confessores debite presentati, & ab Ordinario approbati, possint audire Confessiones omnium secularium, tam suæ, quam alienæ Diocesis; & habetur sup. in verbo Absolutio, quoad seculares primo. §. 17. Est sciendum, quod idem tenet Corduba, in summa. q. 10. in Respons. secundi dubij,

Vel num. 261.

& Nauar. in Manual. c. 27. num. 266. Et ad questionem illam, quam resoluit Nauar. num. 155. de Parocho habente facultatem absoluendi a Casibus reseruatis Episcopo suo, quod possit absoluere penitentem alterius Episcopatus, cum iusta licentia sibi concessa, a peccatis reseruatis suo Episcopo, fundans se in consuetudine; est sciendum, quod Medina in Sum. lib. 1. c. 10. §. 3. tenet, quod non possit, nisi particularem a suo Ordinario habuerit licentiam; & hanc opinionem sequitur auctor expositionis Bullæ Cruciatæ in. §. 6. num. 6. & 94. & mibi etiam placet; nam post Concil. Trident. non habet potestatem Curatus dare huiusmodi licentiam suis ouibus, vt possint confiteri alijs, quam approbat a suo Ordin. etiam virtute alicuius Bullæ, concedentis electionem Confessoris ab Ordinario approbati, cum, quæ emanat Bullæ, semper intendat qd Conc. Trid. obseruantiam; nisi aliud explicitè vellet ordinare, vt fieri solet, vel riderent, & scirent, Episcopum Curato dare huiusmodi licentiam, & dissimularet. Et binc inferatur, nullum Curatum posse sibi ligere in Confessorem, si illum non approbatum a suo Ordin. vt not. Sylves. iii. Confess. 1. q. 5 in fin. & §. 4. & Angel. in sum. Verb. Confessor 3. §. 3 o. cum sequentibus: Nec unum Parochum posse Confessiones Parochianorum alterius Parochia audire; nisi, aut ab ipsomet Parocho proprio, aut ab Episcopo licentiam obtinuerit: alias absolutio nihil valeret. Sed, vt cunq; sit, hoc intelligitur de Confessoribus secularibus, non autem de regularibus Ordinis Mendicantium, & participantium; cum ipsis possint omnium fidelium Confessiones audire, qui ad se declinauerint, vt supra iam dictum est, & infra latius dicetur; Et alij simplices Sacerdotes seculares ab Episcopo approbati, possunt indifferenter ad se confluentes penitentes, subditos tamen illi Episcopo, sine alia licentia Parochorum absoluere, nisi aliud eidem Episcopo ordinare visum fuerit, pro vi sic tenet author Catechesis Neapolitanæ lib. 4. cap. 21.

Hæc doctrina Colligitur ex Pal. in. 4. d. 17. disp. 6. fol. 261. & 266. col. 1.

In Catech. Neap. no-
viter im-
pressa.

A

CIRCA ABSOLUTIONIS MATERIAM
reprobatio errorum.

Collector.



ALEXANDER. 4. reprobauit errores quorundam magistrorum afferentium, quod fratres Minores, & Prædicatores, de licentia Papæ, aut Dioceſanorum, non poterant Confessiones audire. b. fo. 24.

Et ffo. 25. conce. 15.

1
In fauore
fratru Præ
dicatorum
& Mino.

B

CLEMENS. 4. reprobauit præfatos errores, & concessit, sicut Alexander. 4. quod fratres de licentia Legatorum Sedis apostolicæ, vel Ordinariorum, & multò amplius summi Pontificis, possint audire Confessiones, & absoluere; aliorum inferiorum Prælatorum, & Rectorum ecclesiarum assensu nul latenus requisito; exceptis Casibus, qui de iure, vel consuetudine, Legatis, & Ordinarijs prædictis specialiter reseruantur; nisi eis specialiter committantur. b. fo. 29. Et ffo. 29.

2
In fauore
fratru con
fess.

Cconce 26.

IOANNES. 22. damnauit, & reprobauit quosdam articulos Ioannis de Poliaco, afferentis, quod confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi Confessiones, tenebantur iterum confiteri eadem peccata proprio Sacerdoti Parochiali. Et quod stante decretali, Omnis vtriusque sexus, non poterat summus Pontifex facere (imò, nec Deus) quin Parochiani tenerentur confiteri eadem peccata semel

3
In fauore
fratru con
fess.

Din anno proprio Sacerdoti; ac etiam, quod Papa nequibat dare licentiam generalem ad hoc. Prohibuitq; præfatus Pontifex, ne quis, dictos articulos per ipsum-damnatos, & reprobatos, tenere audeat, seu quomodolibet defensare, seu docere. Et declarauit, quod illi, qui prædictis fratribus contentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri, quam si altis illa fuissent confessi eorum proprio Sacerdoti. B. fo. 36. Et ffo. 119. conce. 259.

EALIXTVS. 2. fecit magnam prouisionem contra errores supradictos Ioannis de Poliaco, confirmando Bullas Eugenij. 4. & Nicolai. 5. approbantes constitutionem, Super cathedram, Bonitacij. 8. & reprobantes errores super illam exortos, circa confessiones, & absolutiones. B. fo. 82. Et ffo. 165. conce. 390.

4
Cōfirma
tio supra
dictarum
concessio
num.

SIXTVS. 4. auctoritatem procedendi per Ioannem. 22. & Eugenium. 4. datam Ordinarijs contra assertores, quod confessi

64 *Absolutio quò ad seculares secundo.*

confessi fratribus tenebantur iterum èadem peccata confiteri proprio Sacerdoti Parochiali, extendit ad Inquisitores hæreticæ prauitatis. B. fo. 61. Et ff. 144. conce. 353.

ANNOTATIO CORDVBAE.

VO'AD §. 3. notandum, quòd Bonif. 9. ff. 118. excommunicat, ipso factò, omnes publicè, & temerariè docentes, aut pertinaciter afferentes, quòd fratres Ordinis Prædicatorum non possint, de licentia Papæ, aut eius Legatorū, vel aliorum Prælatorum, absoluere eis confitentes, sine assensu Prælatorum, aut Rectorum Parochialium ecclesiarum super hijs habito, aut requisito; à quia excommunicatione absolui non possint, nisi Sedi apostolice se personaliter repræsentent.

Absolutio ab oblitis an sit valida. ¶ Quòd id quod Collector in 1. notabili dicit, secundum Episcopum Abulens. quòd qui attentaret aliquem absoluere à peccatis, quæ non audisset in confessione, peccaret mortaliter, & nihil operaretur. Tu dic, quòd, quāmuis ego credam hanc opinionem esse veriorem, scilicet, quòd non datur Sacramentalis absolutio, nisi de peccatis Sacramentaliter confessis Sacerdoti, quām op. tenet Gerson, & alijs grauissimi Doctores; tamen multi alijs tenent oppositum, quòd, scilicet, potest dari, & haberi Sacramentalis absolutio in Sacramento Confessionis, etiam de oblitis; vt etiam tenet, & resert Gabrlel in 4. dist. 17. q. 1. dub. 2. Ideò non est dicendum, peccare mortaliter eum, qui alterutram opinionem sequendo, saceret contra alteram opinionem, imò nec venialiter, ex quo habet iustificans sic opinandi, & faciendi: & videtur ad hoc facere concessio facta Ordini sancti Hieronymi, quòd, scilicet, gratia, quām habet idem Ordo, vt fratres possint absoluiri plenariè, intelligatur etiam de peccatis, quocūq; tempore confessis, licet tunc non confitentur, vt habetur in compendio tit. absolut. extraordinaria quòd ad fratres. §. 13.

¶ Quòd id quod in 3. notabili Collector dicit, quòd virtute concessiōnum, aut Bullarum quaruncunque, non possunt fratres nostri Ordinis, a Casibus reservatis Ministri sine eius licentia, seu auctoritate; de hoc dictum est sup. tit. *Absolutio, extraordinaria quòd ad fratres sup.* §. 10. & latius dicendum est infra, tit. *Cruciata, ibi videatur.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Resolutiones quædam notabiles in materia absolutionum
quoad fratres, & quoad seculares.

V I A materiam istam absolutionum, tūm quoad fratres, tūm
etiam quoad seculares, sicut valde copiosam, ac Priuilegijs
refertam, ita & periculosa, dubijsq; innumeris repletam
esse, ob varias maximè, multiplicesq; subsequentes Summo-

Brum Pontificum, ac Conciliorum dispositiones, in dies magis, ac magis
à peritis etiam, non modo ab imperiis experitur; ideo ad ipsius dilucida-
tionem, quinq; hic pertractare per necessarium esse duxi.

Capita tractanda.

Primum de auctoritate, quam Praelati Religionum habent in absolu-
do suos subditos, ac cum illis, in Irregularitatibus, alijsq; Censuris
ecclesiasticis dispensando.

C secundum, quomodo talis auctoritas sit intelligenda, ac secundum Conc.
Trid. & Bullam Cœnæ Domini modificanda.

Tertium de auctoritate, quam ipsi Religiosi confessores, ab Ordinario ap-
probati erga seculares habent.

Quartum, in quo talis auctoritas, à Concil. Trident. Bulla Cœnæ, alijsq;
subsequentibus Summis Pontif. sit derogata, & rbi non.

Quintum, quales esse debeant Confessores, ut talibus possint vii Pri-
uilegijs.

D Sed quantum ad primum, & tertium cap. attinet, concessiones etiam
antiquas recensere minimè grauabor, ut quanti fecisse semper Pon-
tifices ipsos, quantaq; benevolentia Minores fratres, reliquosq; Mendica-
entes suis prosequitos, cunctis innotescat.

E Et quoad primum sciendum est, Mendicantium Ordines, inter alia,
quoddam babere Priuilegium Clem. 4. in quo data fuit facultas Gene-
rali, Provincialibus, ac Custodibus fratrum Minorum, absoluendi fra-
tres, licet hospites fuerint, ab omni Irregularitate, Suspēsione, & Inter-
dicto, ante, siue post Religionis ingressum, perpetratis; nisi adeò fuerit gra-
uis, & enormis excessus, quod sint ad Sedem Apostolicam meritò desti-
nandi; ut habetur supra titulo, Absolutio ordinaria quoad fratres. §. 7.
cum sequentibus; ubi nomilla alia Priuilegia Praelatis, pro suorum fra-
trum conscientiarum remedio, reperiuntur concessa. Ibiq; numerantur
a Collectore illi casus, pro quibus fratres, ad Apostolicam sedem sunt
destinandi.

Pius V. in eius Motu proprio, qui incipit, Ad perpetuam rei memo-
riam Romanus Pontif. Omnibus Provincialibus Ordinis Prædicatorum,

De Aucto-
ritate Pre-
latorum.

E per

Alia con-
cessio ex-
pedita an-
no. 1571.

66 Resolutiones Materia Absolutionum

pro suis subditis, totam auctoritatem illam, in foro conscientiae concessit, A
quam Concilium Tridentinum Episcopis, pro suis, in foro conscientiae dedit sessio 24. cap.

Verba Bul. la. 6. de reformat. cuius verba sunt ista; Et insuper, quia sacrum concilium Generale Tridentinum. Concilium concessit Episcopis, ut absoluere possint, in foro animae, seu conscientiae, ab omnibus peccatis; & dispensare in Irregularitatibus (prout sessio 24. cap. 6. habetur) ne Prior conuentualis, & Superior res Prelati dicti totius Ordinis, scilicet, Prædicatorum, tam in dicta Provinicia, quam extra eam vilibet, in hac parte deterioris conditionis, quam clericis, ut seculares existantur, eisdem Priori Conventuali, & Superioribus Prelatis, B
ut ipsi per se ipsos, idem oculo possint in Fratres, & Moniales dicti Ordines sibi subditos, quod possunt Episcopi in clericos, & laicos sibi subditos, tam quod ad absoluendi, & dispendi huiusmodi, quam alias quascunq; facultates, eisdem, auctoritate, & tenore etiam perpetuo concedimus, & indulgemus, ac etiam Passarelli. declaramus. Reperitur impressus in lib. Priuilegiorum R. Passarelli folio 127.

Verba autem Concilii sunt ista, videlicet.

Verba Cœcil. Trid. L Icet Episcopis in Irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto proueniētibus (excepta ea quae oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forū contētiosum) dispēsare, & in quibuscumq; occultis, etiam Sedi Apostolice reseruatis, delinquentes quoscumq; sibi subditos in Diocesis sua, per se ipsos, aut Vicariū ad id specialiter deputandū, in foro cōsciētiae gratis absoluere, imposta paenitētia salutari. Idem, & in heresim criminis, in eodem foro conscientiae, eis tantum, non eorum Vicariis sit permīssum. Unde per viam communicationis, idem poterunt omnes Prouinciales aliarum Religionum participantium Priuilegia supradictorum fratrum Ordinis Prædicatorum.

Alia concessio. Eſt etiam valde notanda, Concessio illa Papae Martini. V. Abbatum sancti Benedicti de Valledolit data, & postea per viam communicacionis omnibus Ordinibus Mendicantium concessa; eaq; gaudent omnes illorum Prouinciales, qua habetur sup. §. 40. & infra in verbo, Communicatio Priuileg. §. 34.

Quo Prælat. auctori tas sit in. telligēda. Aduertēda in supradictis concessiōnēs. Primum. Opinio Nau. 9. ceterum relata, à Nau. ibi. Circa quas facultates, plura sunt notanda. Primum circa Cōcessionē illam Pij. V. est inter Doctores altercatio, si in publicatione Bullæ Cœna Domini Sixti. V. per §. Ceterum, illius Bullæ reuocetur auctoritas illa, Episcopis à Concilium Tridentinum concessa, quatenus reseruat sibi absolutions communicationis illius Bullæ, non obstantibus quibusvis Conciliis.

Opinio Nau. 9. ceterum relata, à Nau. ibi. Quod enim in Manuālē, 27. num. 260. sibi rideri ait, quod per ilia verba. §. Ceterum; sine dubio reuocetur c. 6. sessio 24. concilium. & quod Sanctitas Domini Papae non permittebat, Episcopos, nec per se, nec per suos Vicarios spetiales, hereticos occultos absoluere; non obstante, quod eis concederetur per illud cap. 6. Concilium. & quod cadem ratione videatur.

Quòd seculares, & fratres.

62

- A**eis & alia faculta ab soluendi ab omni Excommunicatione, & Casibus reservatis in illa Bulla nisi dicamus, inquit, quod istud s. Ceterum, Bulla & Cœnæ, limitet capitulo. & nō procedatur in occultis, & habentibus complices, ut ibi probat. Et in eodem cap. 27. num. 275. ipse Nau. tenet, nullū, praeter Papā, ab Hæresi, & cœnsa ei annexa, etiā occultissima, posse absoluere; cum eam sibi in præfata Bulla Cœnæ referueret; quis Conc. Trid. coedat Ep̄o illud posse facere; & posset etiā contendi, q. nō sit derogatum, quod ad hoc illi per Bullam Cœnæ, quia Greg. 13. & Pius V. adeò B id expresse declararunt, ut etiam Summo Pœnitentiario illam negauerit facultatem, nisi cum certis modificationibus. Adeò ut ipse Nau. dicat moueri ad credendum, quod nec virtute Iubilei, nec Bulla Cruciatæ, in quibus non datur specialis faculta ab hæresi, poterit quis absolui ab ea, licet expresse detur faculta ab soluendi à Casibus Bullæ Cœnæ; quod probare nütur, & auctoritate, & ratione, ut ibi est videre. Et sic ex supra dictis à Nau. elicetur, quod, quod ad absolutionem ab hæresi, per Bullam Cœnæ, & per prædictos Summos Pontif. indubitanter ab Episcopo tollitur faculta. Quod autem ad absolutionem aliorum à Conc. sibi concessionum, prædictum processum Bullæ tangentium, iam in supradicto numero 260. videtur inferre, quod etiam auferatur, vel saltem cum limitatione, quam ibi subneicitur. & hac opinio confirmatur etiam in Catechesi Neap. cum multorum Doctorum auctoritate, ut in lib. 1.c. 25. nu. 9. fol. 53. & lib. 3.c. 2.f. 179. in ultima impressione habetur.

D Alij autē totū oppositū affirmare contendunt, quod s. nullo pacto per generalitatē verborū illorū, in dicto s. Ceterum, positorū, faculta illa à liorum. Opinio 2. Conc. Ep̄is data, reuocetur; quia quād in aliquo, Sedes Apostolica Cōc. Trid. decreta vult reuocare, expresse id dicit, sicut in omnibus indulis. à Pio. V. & Greg. xiiij. datis, in aliquo dicta decreta tangentibus est videre.

E Et huius opinionis, ait Auctor expositionis Bullæ Cruciatæ §. 9. num. 70. esse etiam Angel. quanvis non respondeat verbis prædictis Bullæ. Ac etiā testatur, quod in Synodo Toletana, celebrato in anno 1583. ibi presidente Illustrissimo Cardinale, & Archiepiscopo Toletano, ac Inquisitore Generale, Domino Gaspare de Guiroga; aduertebantur Epi- scopi (vt refert Ioannis Roris, Inquisitor Valentinus de hæresi. 1. pass. 19. & codem lib. de Privilegi. in q. num. 416. & Medin. lib. 1. introd. pag. 423.) quod auctoritatē habent ab soluendi ab Hæresi occulta. Ergo si in hoc, multo magis in alijs, ab eodem Conc. eis concessis; Nec contra hoc, inquit, faciunt verba generalia reuocatoria Bullæ Cœnæ; quia Sixtus V. tam generalem reuocationem non fecit, sicut Gregor. XIII. faciebat; immo posuit verba illa, quæ omnem tollere videntur ambiguitatem, videlicet, Nisi etiam hi casus in eis præsentibus litteris

Ang. in sū
ma q. 4. de
confessi. ar.
5. difficul.
6. pag. 278
in ultima
impressio-
ne.

68 Resolutiones Materia Absolutionum

expressi cōprehendantur, ut habetur in Bulla publicata anno 1. sui Pont.

Resolutio
cum Opinione pro-
pria.

Quod Episcopi non
possint in
heresianec
in alijs re-
seruatis in
Bulla Cœ-
nae.

Prima ra-
tio.

Alia potis
fima ratio.

conclusio.

Quod ex
cōsuetudi-
ne possint
Episcopi
in reserua-
tis in Bul-
la.

Quicquid tamen sit (salvo semper seniori iudicio) tenerem ego, circa
absolutionem ab hæresi occulta, cum Nauar. quod scilicet, ab Episcopis
sui ablata facultas; cum expressa in hoc appareat Summorum Pontificum
voluntas, in alijs Motibus proprijs emanatis; in foro tamen fori possumus
equidem Episcopi absoluere, sicut Inquisitores.

Circa autem alios casus in Bulla Cœnae reseruatos, mibi videtur, quod
facilius possit substineri opinio dicentium, quod sit ab Episcopo ablata
etiam facultas absoluendi. Et dispensandi in illis; non obstante, quod eis
fuerit concessa per Conc. Trid. quam alia opinio contraria. Et hoc per-
suaderi potest, non tantum ex ratione illa aducta per Doctores, huiusmo-
di Opinionem sectantes, de no obstantijs generalibus, etiam cuiusvis Cō-
cilij generalis, &c. in tali Bulla appositis; (qua ratio de per se, sic simpli-
citer considerata, faciliter posset dilui, prout iam per contrariam partem
diluitur) sed potissimum ex illo alio verbo ibidem in dict. 9. Cæterum, ap-
posito, scilicet, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis; ex

eo enim verbo, Episcopali, iam clarissime, & spacialissime videntur Epi-
scopi comprehendendi, ut non possint inibi reseruatis, quicquam facere. Quia,
si ipsi non comprehendenderentur, quid quæso, clausula illa operaretur? es-
set equidem frustatoriè posita. Et sic eliminaretur responso illa alie-
rius contrariæ opinionis, quam dant, non obstantijs illis, de reuocatione
Concilij generalis &c. quod sub illa, non comprehendatur Conc. Trid. cū
de eo esset facienda spacialis mentio, &c. Nam dato, quod hoc ita se habe-
ret, quid respondebitur ad illam specificam, & particularem mentionem
de Episcopali dignitate factam? Clarum quidem est, quod Episcopi facul-
tatem illam habuerunt à Conc. Trid. Hinc ergo, sum ex verbo isto appo-
sito (Episcopali dignitate &c.) cum etiam ex illo alio addito (de Concilijs
generalibus) posse concludi mibi riederi dixi, Episcopos p facultatē, eis à
Conc. Trid. traditam in dicto. 9. 6. sess. 24. ad illos Casus in Bulla Cœnae

reseruatos, regulariter, & de rigore verborum, nullo prorsus modo, se
extendere posse. Dico, Regulariter, & ex rigore verborum illorum, in
Bulla positorum; quia siccus esset, ex Tolerantia Summorum Pontificum,
vel Confuetudine, qua ipsi Episcopi reperiuntur, forsan, in possessione,
ab illis ibi reseruatis occultis (excepta hæresia) absoluendi, & dispensan-
di; prout quidam doctissimi Episcopi, cum quibus hoc contuli, mibi dixe-
runt; se ab illis, quando occurrit casus occultus, absoluere, & dispensare,
&c. & prout etiam, sic respōdisse 1... V. de hac quæstione interrogatus
& sic etiam obseruari a grauissimis, literatissimisq; Episcopis Hispaniæ
absq; nulla dubitatione testatur in Candelabro aureo, verbo Absolutio-
num. 14. & in declaratione Bullæ Cœnae num. 141.

Absolutio quoad secularēs secundo. 69

A Et quod ista eorum consuetudo, siue Summorum Pontificum tolerantia sit in aliqua ratione fundata, facio ego aliquas magnas ponderationes, quibus nescio quomodo possit exactè responderi;

Formatur rationibus

Quarumna est, quod licet in illa prædicta Bulla Cœnæ à Sixt. V. publicata, sint verba supra ponderata, in non obstantijs illis apposita; non reperiuntur, forsitan, in alijs Bullis aliorum Summorum Pontificum, sic specificata (ut in aliquibus ego vidi) cùm quolibet fere anno immutentur, seu renouentur in aliquo. Et sic, si uno tempore esset supradicto modo

Prima ra-
tio.

B seruanda; alio tempore, alio modò seruaretur. Et eò magis, cùm supradictus Sext. V. apposuerit clausulam illam clarissimam (Nisi in eis, etiam hi casus, presentibus literis expressi, comprehendantur.) ut supra est dictum. Adeò ut, licet ex aliqua Bulla, esset talis eorum sublata facultas; in pluribus tamen alijs, & quibus, ita claris verbis non tollitur, remanere rationabiliter videntur in quasi possessione, ab illis reseruatis absoluendi, &c.

Altera, & fortior ratio est huiusmodi. Clarum est, quod Episcopis, ex. §. illo. 6. Concil. Trid. datur illa amplissima facultas dispensandi, & ab-

Altera ra-
tio.

C soluendi in omnibus occultis, Sedi Apostolicæ reseruatis, etiam in heresia, &c. cuius absolutio specialiter reseruatur cum alijs in Bulla Cœnæ; modò dico sic; quia Summi Pontifices, Greg. XIII. & Sixt. V. post dictum Concil. & post publicationem suarum Bullarum Cœnæ Domini, ab Episcopis absoluendi tantum ab heresia, facultatem abstulerunt, quæ eis concedebatur à Concil. Trid. ergo videtur, (per regulam exceptiunam, Sacrorum Canonum, & Theologorum,) eis relinquere facultatem, super alias casus, ibidem sibi concessas; etiam quod essent in Bulla Cœnæ reseruati.

Et ut Cor-
dub. ait li-
br. 4. qq. q.
9. propria-
tione 3. Q
nō sufficit
generalis
omniū nō
obstantium
derogatio
Sum. Pōt.
nisi specia-
lis fiat etiā
mentio ca-
nonis edi-
ti a Con-
cilio.

D Exceptio enim firmat regulam in contrarium; quia aliter, ad quid deseruisse, illa particularis reseruatio heresiae, quam supradicti Pontifices, in eorum Motibus proprijs fecerunt (cùm in Bulla Cœnæ esset eis reseruata) cum tot, tantisq; non obstantijs supradictis? Ergo, si per illas non obstantias excluderentur Episcopi, frustra sibi fecissent, extra Bullam Cœnæ, aliam eius reseruationem, sed fecerunt, ergo dicendum, quod Summorum Pontificis mens, non sicut per illas non obstantias generales, excludere Episcopos ab absolutione, & dispensatione illorum Casuum ibi reseruato-

E rum, &c. sed eos relinquere in prislinam illam facultatem, eis à Concil. generaliter traditam, super omnes casus occultos, etiam Sedi Apostolicæ (excepta heresia) quomodolibet reseruatos. Cui rationi nescio quomodo responderi possit; & per consequēs, his rationibus, & alijs, quas omittit, iusta, & non usurpata, posset eorum possessio, seu toleranția, in huiusmodi absolutionibus, & dispensationibus, iudicari.

Tertia ra-
tio.

Et posset etiam tertio corroborari, quia si Greg. XIII. (ut ait Nauar, in p̄allegato c. 27. num. 260.) reuocasset talem facultatem Episcopis

70 Resolutiones Materie Absolutionum

à Conc. dat. m. condidisset quidem, in re tam gravi, motum proprium aliquem, pro omnibus Prælatis, ut suam manifestaret intentionem; quod nequaquam fecit.

Quarta ratiō. Et etiam quarto, quia ipsemet Nauar. videtur, in locis supracitatis, maximè habētare, & in partē istam etiam quodammodo inclinari, & maximè quando nititur, vel opinione concordare, vel conditoris mentem declarare. Nec ipse ait, Bullam ullam vidisse, nec à Beatisimo Greg. XIIII. audiuisse ab ore proprio, (ut in alijs Casibus facit) sed tantum dicit, ut Audio. &c.

Quinta ratiō. Et tandem confirmatur, quia sic in Salamantice concursu fuit resolutum; Episcopos posse per se, à Casibus Bullæ, in foro interiori absoluere; quamvis Conc. non exprimat: maximè, quia Casus Bullæ, sunt excommunicationes à Iure, ut Doctores aiunt. Et hæc sufficient, pro buiismodi veritate tetigisse; verum, quibus hæc ultima nostra opinio, non satisfaciens teneat alteram; sat est mihi, difficultates, ac rationes pro utraq; parte tetigisse, ac quod mihi, inter tot opinionum varietates, videatur, explanasse.

Et aduertendum, quod nè dum per Bullam Cœnæ hoc Privilegium Episcopis à Concilio concessum toll, ut supra est conclusum, sed nec etiam per Bullam Cruciatæ demonstrabimus infrain verbo Cruciatæ, in fine.

Ex qua resolutione infero, quod eadem auctoritas, quæ remanet Episcopis in publicatione Bullæ Cœnæ profuis, remaneat etiam Provincialibus supradictis, profuis subditis. Verum absoluere à reseruatis in Bullæ Cœnæ, non poterunt, cum in illa fiat expressa mentio de reuocatione Priviliorum Ordinis Mendicantium, nisi de nouo, post illius publicationem confirmarentur, ut aduertit Collector supra tit. absolut. Ordinaria quoad fratres. 9. 9. & 13.

Secundum Not. Circa autem illam aliam concessionem Martini V. Abbatii sancti Benedicti factam, est pariter notandum, quod quando in præfata concessione dicitur, ut casus illi sint occulti. Tunc esse occulti intelligantur, cum iuridicè probari non possent; & licet probari possent, non tamen fuerunt ita notorii, ac publici, ut scandalum oriri inde possit. Ita tenent Castro, & Nauar. in Manual. cap. 27. num. 255. ubi pro hac materia, quando, vel in Bullis, vel Priviligijs, aut in Concil. Trid. conceditur ad dispensandum facultas super oculis, & non publicis, quomodo sit istud intelligendum, plura notabilia affert, & inter alia inquir. Occultum dicitur id; quod non est publicum. Publicum autem, quod est notorium, manifestum, vel famosum, vicinie, Collegio, vel Monasterio, licet non Provinciali, Ciuitati, vel Parochiæ. Notorium id dicitur, quod nititur scientia maioris partis prædictarum communitatum. Manifestum quod nititur fama eiusdem partis maioris, orta à scientibus. Famosum quod nititur fama maioris par-

ties, lib. 2. de leg. pen. c. 2. Nauar. Differētia inter publicum, manifestum, notorium, famosum.

A tis, orta ex rno scienti, vel ex indicüs, vel præsumptionibus, illi & equipotentibus: Occultum item triplex, scilicet, quod non est probabile suapte natura, qualia sunt sola mentalia; & quod est probabile suapte natura, sed non potest probari, quia coram nemine factum est; & quod probari quidem potest, sed adeo à paucis, quod nulla inde fama orta est, nec est in iudicium deductum. Et ait etiam, quod ut delictum dicatur publicum, non sufficit, ut actus, qui est delictum, sit publicus, nisi etiam publicè sciatur esse delictum, Missa enim dicta, coram populo, ab excommunicato

Occultum
triplex.

B occulto, actus publicus, & delictum est; non delictum tamen publicum; quia nescitur publicum esse delictum. Volui hoc notabile ita extendere, quia ad multa, in hoc Compendio Priuilegiorum, poterit deseruire.

Ut delictū
dicatur pu
blicū, quid
requiritur.

Est notandum, 3. quod dispensatio Irregularitatis, quæ ex homicidio voluntario prouenit, intelligitur de quois homicidio, tam à casu, quam ex proposito perpetrato, dummodo sit occultum; quia cum Pontifex non distinguat, nec & nos distinguere debemus; prout sic dicitur à Corduba infra, titulo, Dispensatio, versic. quoad §. 24. ibiq; infra po-

Tertium
notandum.

Irregulari
tas ex ho
micerio vo
lunt. de qua
specie in
telligendū
est.

C net. r.

Nec huic obstat, quod concessio Sixti V. data Generalibus, & Provincialibus fratrum Minorum, sicut de homicidio fortuito, & non voluntario, & cum ipse Sextus fuerit post Martinum, videtur limitasse illam concessionem, quantum ad fratres Minores. Nam ad hoc respondeatur, Sextum in dicto Priuilegio loqui non solum in foro conscientiae, sed etiam in foro exteriori; & ideo cum tali limitatione concedit. Sed Martin. V. tantum in foro conscientiae intellexit, & ideo concedit in quolibet homi-

D cido, dummodo sit occultum. Præterea dicitur, quod Sextus. 4. in ista, ac in alijs limitationibus, intendit tantum exceptionem, & restrictionem facere supra concessiones illas, quas limitare, & restringere intendit, & non supra alias per ipsum, vel per predecessores suos factas, quod probatur, quia aliter sequeretur, quod una concessio eiusdem Sixti. 4. in qua Prelatis concedit, posse dispensare in Irregularitate, quæ ex homicidio incerto, & dubio oritur, præiudicaret huic sua concessioni, in qua concedit dictam auctoritatem pro homicidio casuali, licet certo; & sic ergo de-

Habent
infra citu.
dispens. 1.
9. 10.

E bentur intelligi omnes aliae exceptiones, vel restrictiones, quia solum limitant illas, de quibus tractant, & non alias, ut ait Corduba ibi.

Nec huic obstat Conc. Trid. ses. 24.c.6. quod Episcopis minimè concedit auctoritatem dispensandi in Irregularitate, quæ prouenit ex homicidio voluntario, quantumuis occulto; nam maiorē auctoritatē habent Superiores Ordinū Mendicantium in suis subditos, quam Episcopi in suis, sicut ex varijs, multisq; Priuilegijs eis concessis, clarè constat. Ideoq; non est mirum si ipsi Prelati illam habent auctoritatem, & non Episcopi.

Dispensare
possunt p
lati in quo
potuerint ep
iscopi.

72 Absolutio quoad seculares secundò.

Prohibitio disp̄sandi in irregularitate ab ortus.

Motus Sixti V. Et notandum 4. quod nec ipsi Pr̄lati, neq; Episcopi, tempore Sixti V. A dispensare poterant in illa irregularitate, quæ prouenit causa procurationis, siue consultationis abortus, vel potionis dandæ, ad generationem impediendam, iuxta Motum proprium ipsius Sixti V. qui incipit. Effrenatum perditissimorum hominum; In quo omnes sic supradicta procurates, vel consilentes, adiuuantes, & consentientes excommunicat, sibiq; eius absolutionem reseruat, vt nullum Priulegium regularibus concessum, nec Jubileus plenissimus, nec Bulla Cruciatæ, nec auctoritas quæ Episcopis Concil. Trident. dat, eis suffragetur. Et hoc intelligitur quando B fuerit sequutus realiter abortus, & generatio impedita, vt ex ipso Motu proprio constat: ibi (ita re ipsa abortus inde sequutus fuerit) & impediendo generationem, in illas pœnas incurritur, quando scilicet, potionis fuerint datae; non autem propter seminis effusionem extra vas, pro ut videtur esse communis opinio Doctorum, cum quibus iste locus fuit tractatus, vt refert auctor expositionis Bulle Cruciatæ, qui in additione, quam facit fol. 641. multa alia dicit de impedimento generationis. Verum supradictus

Expositor Bullæ Cruciatæ. 8. 9. 9. num. 90. Motus proprius fuit postea moderatus per Greg. 14. ann. 1591. hoc modo, videlicet, vt à peccato, & excommunicatione ibi lata, quilibet presbyter tam secularis, quam regularis ad Confessiones audiendas, & ad hos Casus specialiter, per loci Ordinarium deputatus, in foro conscientiae tantum possit absoluere. Quo verò ad pœnas procurantium abortus ibi tassatas, ad terminos iuris communis, & Concil. Trident. dispositionem reducitur.

Moderatio Bullæ Sixti V. de ab eo. à Gregor. 14. fact. Quintū notabile.

Facultas abfoliendi à Cas. ref. non comprehendit censuras, neccomuti vot. Notab. Prælatorū potestas, an sit Ord. vel deleg. In quibus autē Prælati sit supradicta facultas absoluendi, & disp̄san- di; & an sit illa ordinaria, vel delegata, ac si possint, nec nè illam alijs delegare, vide ea, quæ hic in verbo, Absolutio ordinaria quoad fratres, in E fine tractat Collector, & quæ ibi addit Corduba in addit. Et dum in secundo dubio ait, & bene, Collector pro indubitate haberet potestatē Prælatorū esse ordinariam, & non delegatam, scias ei non obstat cap. fin. extra de officie delegat, ubi dicitur, quod salua legatorum Sedis apostolicæ auctoritate, nulli, cui cōmissum fuerit excommunicare, vel absoluere alios, disp̄sare cū irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat bæc alijs demadare. Nā dicitur, quod superiores Prælati possunt liberè ea alijs demandare, vt ra-

Ationabilis consuetudo Religiosorū attestatur; quia dictum cap. fin. secundum Doctores, communiter habet locum in personis, quibus committitur tantum certum, & nudum ministerium; & ubi eligitur industria persone. Prælatis autem Religiosorum, ex Priuilegio, non dicitur committi certū, & nudum ministerium, sed potius cognitio cause, & iurisdictio cùm illis competat ratione officij, & dignitatis, cui commissum fuit Priuilegium perpetuum; & ulterius in eis non est electa industria persone, cùm sit incognita, vt patet; quia Papa non concedit alicui Prælato in particulari absolutionem, & dispensationem, circa determinatos subditos; sed in coniunctu conceditur Prælatis omnibus in genere, presentibus, & futuris, vt possint absoluere suos subditos quouscunque, tam respectu culparum præteritarum, quam futurarum; Et melius dicitur, quia dictum c. fin. habet locum in personis, quibus competit absolutio ex potestate delegata, non autem in ordinaria, vt est in Prælatis religiosorum, tex. est ad hoc expressus in cap. fin. de off. ord. & ibi glos. ubi dicit Panor. quod potestas absoluendi ab excommunicatione est delegabilis per habentem potestiam ordinariam.

Nunc tractandum est de auctoritate, quam habent Confessores Ordinum Mendicantium ab Ordinario, iuxta Concil. Trid. approbati, virtute suorum Privilegiorum.

Primo est aduertendum, quod per Clementinam, Dudum, de se-pulturis, possunt Confessores ipsi a peccatis absoluere, Episcopo reservatis, persuas Constitutiones Synodales, vel per usum, scilicet p. ipsorum mandatum (non tamen reservatis a iure, qui sunt quinq; ut ibi Collector; &

D quando casui per Constitutionem esset annexa excommunicatio reservata Diœcesano) In tantum, quod licet de novo reseruent sibi aliquos Casus Parochijs, non tamen possunt reseruare ipsis fratribus, ut tenent Panorm. & Baptista de Salis, in sua Summa, & Armilla.

Urban. V. huiusmodi Indulxit ampliavit, dices, quod fratres Carmelitæ, ab omnibus peccatis, & censuris Episcopo reservatis, possint absoluere; exceptis Sedi Apostolica reservatis, & quāuis Collector sup. §. 19. tit. Absol. quoad seculares primò, dicat, quod alij Mendicantes per coicationē Priuilegiorū, nō possunt ista facultate, Carmelitis concessa, vt si ipsi Carmelitæ illa nō ptatur, Cordub. tamē in addit. ad dict. §. 19. contrariū tenet, videlicet, quod, quamvis fratres Carmelitæ illam in usum nō habeant; possunt tamē alij Mendicantes ea rati, ut etiam dicit, Panorm. sic usum fuisse eidam doctissimo viro, & rationes eius vide supra, in illa sua addit. supradicta. Et ultra illas, additur alia ratio, quia in sola communicatione Priuilegiorum, non intelligitur esse communicatus usus, vel non usus; cùm ista sint facili, & non iuris; sed tantum communicantur, ea quæ iuris,

Alia ratio.

Prima facultas.

Ex iure comuni.

Vt ait Col lect. infrā tit. Casus reser.

Pan. c. fin. ne cler. vel Mon. sal. tit. confes. Arm. titul. Absol. nu. 26.

Secunda facultas.

quia

74 Resolutiones Materia Absolutionum

quia Priuilegia sunt stricti iuris, & non communicatur usus, & non usus, A
iuxta id quod tractat Sylves:

In cōf. ex
benigna se
dis. ann.
1575.

Nec contrā hoc facit argumentum, quod Greg. X I I I. post Pium V.
confirmavit Priuilegia Mendicantium Ordinum, in quantum sunt in r̄su,
ex quo reuocasse videtur ea, quae in r̄su non essent. Ad hoc enim respon-
detur, quod confirmando tantum Priuilegia, quae in r̄su sunt, non pro in-
dē usum est reuocare ea, quae non sunt in r̄su; quia Priuilegia sunt stricti
iuris, & in illis, argumentum à contrario sensu, locum minimè habent: li-
cet in iure communi valeat; & sic ea confirmante, relinquuntur in robo-
re, quod prius habebant; Et hoc confirmatur; quia in tota illa Bulla, nul-
lum reperitur, in quantum ad hoc, verbum reuocationis: & iam filius
Curiæ Romanae est, eius quod conuenit, iota unum non præterire; maximè
quando tractat de reuocatione alicuius Privilégij. Ex quo infertur, quod
in dicto motu proprio, non reuocantur Priuilegia, quae sunt contrā Conc.
Trid. quia solum ibi confirmantur, & de nouo conceduntur ea, quae sunt
in r̄su, & non sunt contrā decreta ipsius Concilij: ex quo non sequitur,

Sess. 14. c. vt dixi, quod reuocentur ea, quae sunt contra. Veritas tamen est, quod
7. can. 11. per Concil. sunt reuocata, & per alium motum proprium Greg. X I I I.

Incipit in quem affert Nau. in fine Manu. sui latini, & habetur in Bullario cōf. I. 5.
tanta nego
Sunt etiam nonnullæ aliæ concessiones, vt est illa Canonice regulati-
tiorū mole
ribus concessa ab Eugenio. 4. & Religiosis Sanctæ Iustinae, quam affert
Tit. absol.
Sum. Armil. eiusq; mendicantes etiam participant.

num. 27. Alia extat concessio Pauli. 3. Patribus Societatis Iesu facta, quam
quarta fa- posui supra, in verbo, Absolucionem quoad seculares primo.

cultas. Alia concessio habetur Sixti. 4. idem quasi concedens Ordini Prä-
dictorum, quae ponitur sup. tit. Absolutio quoad secular. 1. 9. 17. D

Quinta fa- Insuper Eugenius. 4. Prälatis, & Monachis Monasterij Vallis oleti,
cultas. pro audiendo secularum confessiones deputandis concessit, vt absq; alii
Habetur sup. tit. ab- Ordinarij licentia, quorumlibet ad se remittentium confessiones possint au-
sol. quoad secul. 2. 5. dire, eosq; absoluere ab omnibus peccatis, & in omnibus Casibus dispen-
secul. 16. 17. 18. sare, pro quibus Sedi apostolice non esset recurrendum, aliaq; plura con-
& 19. cessit, vt isti videre sup. tit. At solutio, quoad seculares. 2. 9. 16. 17. 18. 19. E

Circa quam notabilem Concessionem aduertenda sunt plura.

Primò, quod in uno tantum per Cōcil. Trident. est reuocata, videlicet,
ipsoz Monacos Confessores non sufficere, esse à suis Prälatis approbatos;
nisi ab Ordinario etiam fuerint approbati, vt Concil. Trident. mandat, &
tunc supradictam habebunt auctoritatem, vt infra dicetur.

Secundo aduertendum est, quod solum habent supradictam auctorita-
tem, in foro Sacramentali, vt ex eademmet concessione constat, dum dici-
tur, eorum confessores diligenter audire, & à quibusunque peccatis.

Tertia

A Tertio aduertendum est, quod Confessores Regulares, qui supradictum Priuilegium participant, ut sunt fratres Minores, reliquie Mendicantes; quamvis in illo, detur eis Episcoporum facultas ad absoluendum, & dispensandum in omnibus Episcopi Casibus, & in quibus ipsi Episcopi possunt; non tamen sit hinc inferendum, totam Episcopis confessam a Conc. Trid. auctoritatem, eos habere: nam non eis datur facultas dispensandi cum incestuosis, & illis, qui castitatem ruerunt, ut possint debitum petere; non obstante quod in istis impedimentis possint Episcopi dispensare, ut ait Nauar. & est communis opinio; quia isti non sunt Casus Episcopi. Casus enim significant peccata, & non impedimenta, ut sunt ista supradicta, iuxta doctrinam Nauar. & sum. Armilla tit. Casus num. 1. unde non possunt illa comprehendendi, sub appellatione ista Casus. Quodo enim concessiones aliquae de illis tractant, non Casus, sed impedimenta vocant. Idcirco, posse illa concessionem riti pro dispensatione in talibus impedimentis, multis doctoribus valde dubium videtur; licet quibusdam alijs contrarium appareat, non attendendo, forsitan, supradictis

Alia q̄ pos
funt Epi-
scopi, que
nō possunt
Confess.

Dispētare
cum ince-
stuolis, &
illis qui vo-
uerūcasti-

Nauar. in
Man. c. 22.
num. 75. &
c. 16. nu. 30
Nauar. c.

27. nu. 250

C rationibus: veritas tamen est, quod possunt in illis dispensare per aliud Priuilegium.

Item, ipsi Episcopis est concessa facultas in foro conscientiae absoluendi, seu dispensandi in qualibet Irregularitate, ex occulto delicto proueniente, etiam si esset Sedi apostolice reservata (excepta illa ex homicidio voluntario) & tamen Confessores predicti non ritiq; illud poterunt; cum iuxta doctrinam Nauar. inter illa eis concessa, irregularitas non comprehendatur.

Dispētare
in irregu-
laritate.

Nauar. in
Man. c. 27.
num. 254

D Possunt etiam Episcopi absoluere ab heresi (eo tamen modo supra notato) a reliquisq; peccatis, & censuris in Bulla Cœnæ, contentis; in eodem conscientiae foro, quod tamen praesati Confessores non possunt, neq; Prælatorum illius Mendicantium Ordinum, auctoritatem talem habent, absoluendi suos subditos in foro Conscientiae, nisi habita Priuilegiorum confirmatione; cum quolibet anno, in publicatione illius Bullæ Cœnæ, quo ad Casus ibi taxatos, Priuilegia omnia nullentur, ut supra est iam dictum.

Absoluere
ab Heresia

E Quibus sic præsuppositis, oportet in quibusdam conclusionibus resolue-re, quam habeant in foro conscientiae, secundum eorum Priuilegia, ipsi Confessores auctoritatem, ut peritis, & imperitis satisfaciam.

Resolutio
prædictori
per coclus.

Prima conclusio est, quod Confessores Mendicantes possunt a censuris propter peccata contractis, Episcopo reservatis, absoluere, ut ex Urbani. 4. concessione constat, Carmelitis facta, & ex illa Eugenij. 4. Canonicas Regularibus data, ac Patribus Ordinis Prædicatorum communicata, & concessa, ut Armilla ait.

Absoluere

Secunda conclusio est, quod non solum dicti Confessores possunt de su-

Armilla.
absol. nu.
37.

76. *Resolutiones Materia Absolutionum*

Dispensare in censuris Epis. reser. prædictis censuris absoluere; verum etiam in illis, si opus fuerit, dispensare: Et hoc per concessionem Eugenij. 4. ubi non solum facultatem præbet absoluendi, sed etiam dispensandi in Casibus Episcopo reservatis: per quos casus intelliguntur etiam censura, ut supra dictum est, Et sic possunt dispensare in irregularitate, quam ex adulterio prouenit, ac in alijs, quam ex minori delicto, ut ius commune Episcopis concedit.

Tertia conclusio est, quod non tantum possunt ab excommunicatione a iure Episcopis reseruata, sed etiam ab homine, ut constat ex concessione Eugenii. 4. Patribus Benedictinis data. Nec contra hoc obstat Motus ille proprius Leonis X. in Lateranense Concilio promulgatus, in quo cauebatur, ne Confessores prefati ab excommunicatione ab homine absolvantur; quia idemmet Leo. X. viuae vocis oraculo, ad petitionem R. mi. Francisci de Lichetto, tunc fratrum de Observantia Generalis, omnia priuilegia, quae ante supradictum Concil. Trident. nostra Religio fratrum Minorum habebat, iterum, & denuo confirmavit, ac concessit. Quod illis, quae erant contra dictum Concil. possent tantum rati in foro conscientiae de qua confirmatione, iam sufficiens testimonium dat Collector sup. tit. Absolutio quoad seculares. 1. 6. 15. & tit. conc. 5. 7. rbi vide.

**Prohibitio
ab excom-
munica.** Quarta conclusio est, quod per supradicta Privilegia, non possumus eos
absoluere, qui nominatim fuerint excommunicati, immo debent suis Ordinariis remitti; de hoc vide Collect. sup. titul. Absolutio ordinaria quoad
seculares. 2. §. 19. quod debet intelligi, et limitari, quando parti lese
satisficerint; quia tunc possent absoluiri, ut colligitur ex Concil. Trid. ubi
mandat, ut excommunicatus nominatim, ex quo fraudauit decimas, vel ne
soluerentur, impediuit, donec parti satisfaciatur, non absoluatur. Et Pius V. D

Incipit gratuluerentur, impediunt, donec par*u* fatus fuerit, non abducatur. ¶ In
uissima ma*g*is in uno Iubileo, in anno 1568. publicato, postquam Confessoribus ab ordi-
nario approbatis co*cess*it, ut ab o*b*us ibi co*tent*is, possent absoluere, decla-
r*as* quomodo hoc eis fuerit co*cess*um, dicit sequentia verba. Declarantes in-
super tam praesentes, quam alias quascunq*ue* super concessionem similius,
vel dissimilium indulgentiarum, a nobis, & a predecessoribus nostris ha-
biten*tu*s emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas litteras Christi
fidelibus ip*si*s, nisi ad eorum esse etum in foro conscientiae, & penitentiali
consequendum dumtaxat, non autem in foro fori, aut contentiouso, nisi sa-
tisficerint, vllaten*tu*s suffragari: b*ea*c Pius V. Ex quo infertur, quod quan-
do fuerit ab excommunicato parti lese satisfactum, eius absolutio no*n* tan-
tum in foro interiori, sed etiam in foro exteriori iuuabit, esti a indi-

Media in-
instruc. cō-
fes. c. 12. in
fine.
Gutierrez
tum in foro interiori, ita etiam in foro exteriori iudicari, est a mai-
ce excommunicante licentiam non habeant absoluendi; & hanc opinio-
nem tenet Medina contrā Coarruuiā; & supradicta Pij V. declaratio eam
confirmat ibi, nisi satisfecerint: & licet Gutierrez sequendo opinionem
Coarruuiā, istis verbis Pij V. det alium sensum, tamen non est secundum
litte-

Quoad fratres, & seculares. 77

- A** litteram ; videatur ibi Medina, qui dicit, quod ne à indice ipse absolutus molestetur, habeat à Confessore cedulam, quomodo fuit absolutus, & parti satisfecit; quia sic iudicis iurisdictioni nullum infertur grauamen, cum iam sit parti satisfactum ad cuius petitionem excommunicationem promulgauit; ita etiam resert, & tenet. Auctor expositionis Bullæ Cruciatæ.
- Quinta conclusio est, quod possunt absoluere à Simonia, dummodo non sit in ordine, vel beneficio contracta; & hoc per concessionem quandam factam ab Eugenio. 4. Et per unam concessionem à Paulo. 3. Patribus Iesuitis factam, possunt per viam communicationis absoluere ab omnibus peccatis, & censuris Sedi Apostolicæ reservatis, exceptis illis, quæ in Bulla Cœnæ continentur, & ea, quæ sibi reseruauit Sextus V. ratione abortus, ut supra dictum est: hodie tamen est sublata ista ab ortu.
- Debet tamen circa hoc aduerti, quod licet Confessores supradicti facultatem habeant dispensandi in censuris, Ordinario reservatis, per Concessionem Eug. 4. Benedictinis factam; non tamen auctoritatem habent dispensandi in censuris Papæ reservatis: quia in Concessione, & Bulla Pauli. 3. nullum verbum fit de dispensatione, sicut in illa Eugenij. 4. dicitur; & huiusmodi Priviliegij est cum grano salis intendendum, ut infra dicetur.
- Sexta conclusio est, quod ipsi Confessores possunt in foro conscientiæ, omnia vota, quæ Episcopi possunt, in alijs Pius operibus commutare; & hoc per concessionem Sixti. 4. Patribus Minimis concessam, quæ ex declaratione Iulij. 2. non solum loquitur de fratribus; sed etiam de secularibus; ut aduertit Corduba contra Collectorum, qui non constare, ait, Bullam prædictam, loqui de secularibus: & haec veritas clarior constat ex Bulla Pauli. 3. Patribus Societatis Iesu concessa, in qua eis conceditur in foro conscientiæ, omnia vota in pious operibus commutare; exceptis de Religione, Castitate perpetua. Ultra mar. Romæ, & sancti Iacobi de Galitia, in quibus solum Papam, vel potestatem peculiarem ab ipso habentem, posse dispensare ait Nauar. c. 17. num. 75.
- Septima conclusio est, quod possunt in omnibus votis dispensare, in quibus Episcopi possunt, nisi in illis duarum dietarum peregrinationum,
- E** quod sunt 20. leuchæ, per unam concessionem Innocentij. 8. nobis Minoribus fratribus concessa, qua etiam alij participates gaudet, ut ait Nauar.
- Octava conclusio est, quod non solum possunt commutare, & dispensare in votis, ut supra dictum est; sed etiam possunt dispensare in iuramentis eiusdem materiæ, nam cui commissa est facultas dispensandi in votis, extendi etiam ad iuramenta eiusdem materiæ tenet. D. Thom. & sequitur Sotus, & Directorium curatorum. Quod debet intelligi esse verum, quando iurat tantum aliquid agere, & non quando promittit, & iurat,
- & sic,
- In 99. can.
c. 3. nu. 5.
iuxta fine.
- In 5. 9. nu.
15. & 139.
à Simonia.
- Prohibitio
dispen. in
censur. re-
ser. Papæ.
- Vt supra
titul. ab-
sol. quod
secul. 1. 5.
19.
- Corduba
in tit. abso.
quod se-
cul. 1. not.
quod ad 30
Quinq. vo
ta Papæ re
seruata.
- Habetur
sup. ti. quod
ad secul. 1
5. 11.
- Nauar. in
Man. c. 12.
num. 25.
Dispensatio
in iurame-
tis.

78 Resolutiones Materiae Absolutionum

¶ sic intelligitur opinio Nauar. in Man. cap. 27. num. 275. contrarium A
tenentis; nam in hoc casu sunt duo vincula, ut ipse Nauar. ait. Thomas
dico. 22. q. 89. art. 9. Sot. lib. 8. de iust. ¶ iur. q. 1. art. 9. fol. 685. Direc-
tor. Curat. cap. 15. fol. 182.

Dispensa-
tio cum in
cestuosis.

Videatur
pro hoc im-
pedimento
Nauar. in
Man. c. 22.
num. 74.
75. 85.

vera crux.

Potest etiā
dispensare
Episcopus,
vi ait Nau.
in Man. c.
16. nu. 30.

Qui forē-
fibus.

Confessores
itinerantes.

qq. Can. c.
87. nu. 21.

Nona conclusio est, quod ipsi Confessores, cum licentia suorum Pro-
vincialium, possunt dispensare cum incestuosis, causa copulae carnalis ma-
riti cum consanguinea uxoris, intrā quartum gradum; vel consanguinei
mariti cum sua uxore; ¶ hoc per declarationem quandam à Iulio. 2. fa-
ctam Cōcessionis Martini. V. Benedictinis Patribus: ¶ per aliam Pij. V. B
viuæ vocis oraculo habitam, à R. P. F. Angelo de Anguillara Ordinis
Minorum ann. 1569. in qua concessit Provincialibus fratrum Mino-
rum regularis obseruantæ, ut possint committere predictam auctorita-
tem, in foro conscientie, suis subditis Cōfessoribus, ab Ordinario appro-
batis, iuxta Concilij Trid. iussum, cuius Cōcessionis testimonium dat Ve-
ra crux in Speculo coniungat. art. 21. de impedimento incestus, in fine.
Et Palatius in 4. distinct. 32. dispens. 2. ¶ art. 15. de simplici voto fol.

102. quamvis post Conc. Trid. hoc Privilegium non sit necessarium, quando
erit copula carnalis intrā 3. & 4. gradum; quia cū ex huiusmodi copula
affinitas non contrabatur, sic non erit impedimentum, ¶ per consequēs
possent petere debitum, absq; alia dispensatione, quam opinionē sequitur
Vera crux, in apendic. ad spec. coniugat: de impedimento affinit. pag.
77. ¶ 78. & Gutierrez in qq. can. cap. 93. num. 28. licet Angel. in sua
Sum. videatur coīrarium tenere. Habuit etiam in supradicto viuæ vocis
oraculo auctoritatem dispensandi cum illis, qui, voto factō de castitate,
matrimonium contraxerunt, ut possint petere debitum; quos tamen ad-
uertant, quod uno eorum mortuo, alter debet rotum seruare; ¶ ipsi Pa-
tres Confessores non de facile in hoc dispensare, sine causa sufficienti; que
erit, non posse contineri. D

Decima conclusio est, quod possunt omnibus istis supradictis Privile-
gijs vti in foro conscientiae, in Episcopatibus, ubi fuerint præsentati, non
solum cum illis eiusdem Episcopatus, sed etiam cum alijs extraneis, qui
ad se venerint, etiam quod spēcialiter pro hac causa venerint, ut habe-
tur tit. Absolut. quoad seculares. 1. §. 7. per Concessionem Nicolai. 3. E

¶ a Leone 10. confirmatam.
Undecima conclusio est, quod predicti Confessores, quando in itinere
erunt, possunt omnes fideles confiteri, ¶ hoc per Privilegium à Gregor.
XIII. Patribus Societatis Iesu concessum (quando tamen non valeret
babere Ordinarij copiam) ¶ de hoc dat testimonium Pater Gutierrez,
ut diximus supra, in Verbo, Absolutio quoad seculares. 1. sed ipsi Confes-
sores sint cauti in supradictæ auctoritatis vsu, ut Ordinarij non preiu-
dicent,

Adicent; & vt imponent salutarem paenitentiā suis culpis conuenientem, & quando videtur eis expedire, vt ipsi ad suos Ordinarios recurrent, illud faciant, vt frenum suis dissolutionibus imponatur, & sic Angelus declarans, consulit.

In quo, à Bulla Cruciatæ, à Conc. Trid. & Bulla Cœnæ, supradictis Confessorum Priuilegijs derogetur.

BVisa iam auctoritate, quam ipsi Confessores habent, restat videndum, an possint in Regnis, vbi Bulla Cruciatæ obseruatur, illa vti auctoritate, in absoluendis secularibus, quamvis Bulla Cruciatæ, vel aliam non habeant? Et in quo Conc. Trid. vel Bulla Cœnæ eis obstat?

Et ad primum respondetur, quod d Casibus, quos ius commune Episcopis non reservat, bene possunt absoluere: nam in Clem. Dudum de se pult. de illis conceditur eis auctoritas, & numquam sua Sanctitas videatur suspendere, vel renocare Priuilegia illa, que in corpore iuris communis reperiuntur; iuxta id, quod Felinus resolutus; & cum hoc Priuile-

Cgium iam sit incorporatum iuri communi, non videtur sua Sanctitas illud suspendere, nec in Bulla Cruciatæ, nec in alia, quando non fieret de eo spetialis mentio.

Circā vero aliorum casuum reservationem per ius, vel Constitutiones factas ab aliquibus iporum Episcoporum Superioribus, ut est Papa, vel sui Legati, alijsq; Superiores, est iam dubium, si sine Bulla possent illos absoluere, ac dispensare, & commutare vota, & in illa impedimenta. Huius tamen resolutio est, quod non possint; quia in Bulla Cruciatæ, in tantum Religiosorum Priuilegia suspenduntur, in quantum spectant ad seculares, & non in quantum pertinent ad fratres, vt constat ex verbis illius Bullæ (exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superioribus, quod eorum fratres tantum) sicut tenet, & probat Auctor

Dexpositionis Bullæ Cruciatæ in §. 11. num. 145. & in §. 12. In principio. Pater Ema

Et sic seculares ipsi excluduntur ab illis Priuilegijs Mendicantibus concessis; & per consequens, nec possunt ab illis Casibus absoluiri, cum Conc. Trident. obstat videatur, in sess. 14. c. 7. & can. 11. circa Casus re-

Eseruatos, dixi, si sine Bulla; quia cum aliqua Bulla, hoc expressè concedente, bene possent; & maximè d Casibus Episcopo referuatis, vt Nau. contra cuiusdam moderni opinionem probare contendit, de Bulla Santissima Trinitatis confratern. à Greg. XIII. concessa.

Verum à Sacr. Congreg. Cardinalium, contrarium appetit decisum, vt paulò infra dicemus.

Quoad Secundum in quo scilicet supradictis Priuilegijs, Confessoribus

mēdicantibus concessis, Conc. Trid. aut Bulla Cœnæ Dñi obstat, est sciēdū quod

4. Caput.

In quo per Bulla Cruciatæ derogatur.

Felin. in cap. non null. de re- stit.

Pater Ema nuel.

De hoeple nius infrā dicetur.

In Män. c. 27. num. 263.

In quo per Cōc. Trid. derogatur.

80 Resolutiones Materiae Absolutionum

quod per Conc. illis in omnibus derogatur, quae contra ipsum Conc. fuerint aduersantia, quae infra ponentur.

Et dum videtur Priuilegio, quod habent de absolutione Casuum reseruatorum Episcopis, ut supra est dictum, obstat Concilium in sess. 14.

Verba Cō
c. 7. & can. 11. ubi statuens, in artic. mort. nullam esse Casuum reserua-
cīl. Trid. tionem, atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet p̄nitentes, à quibus suis
fessi. 14. c. 7 peccatis, & censuris absoluere possint; sequitur postea, dicens, extra quē
& can. 11. circa casus artic. sacerdotes cūm nihil possint in Casibus reseruatis, id r̄num p̄ni-
reseruat. tentibus persuadere nitantur, ut ad superiores, & legitimos iudices, pro
beneficio absolutionis accedant, & infra in can. 11. ait.

Datur in-
telligentia
ad verba
Conc.
Si quis dixerit, Episcopos nō habere ius reseruandi sibi Casus, nisi quod
ad externam politiam, atq; ideo, Casuum reseruationem non prohibere,
quo minus Sacerdos à reseruatis verē absoluat, Anathema sit. Tamen
nos possemus dicere quod intendat Conc. de Sacerdotibus simplicibus se-
cularibus, non autē de Regularibus Priuilegiatis supradictis, & debitè
præsentatis, & ab Ordinario approbatis (de quibus infra dicemus) quod-

Vide q
d. Arm. in
verbo Ab-
sol. nume.
23. & 25. ²
que comprobari potest. Primò ex eo, quia Priuilegium illud absoluendi
à Casibus Episcopis, non à iure, reseruatis, Regularibus datum, est iam in
corpo iuriis incorporatum; & nec Conc. nec Summi Pontifice illud tol-
lere videntur per verba generalia, nisi de eo sp̄iale faciat mentionem
(ut supra etiam dixi) & in verbis supradictis Conc. nulla talis fit mētio.

Verbo Cō
cīl. c. 11.
sess. 23.
Secundò ex verbis ipsiusmet Conc. in c. 15. sess. 23 ubi statuens de Præ-
sbyteris idoneis ad cōfessiones audiendas, ait. Quamuis Presbyteri in sua
ordinatione, à peccatis absoluendi potestate accipient; decernit tamen
sancta Synodus, nullum etiam regularem posse confessiones secularium,
etiam Sacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari, nisi &c. Priuile-
gijs, & cōsuetudine nō obstantib. &c. Ponderando enim illa verba, nullū,
etiam Regularē &c. dico, quod si in illa generali Præsbyterorum appella-
tione, dum ait, quamuis Presbyteri in sua ordinatione &c. comprehen-
deretur Regulares; ad quid postea necesse haberetur, illos explicare, per
illud verbum, etiam Regularem? ergo, sicut in hoc decreto loquens de
Sacerdotibus confessoribus, ut comprehendenterentur etiam Regulares, il-
lus explicauit, ac Priuilegium incontrarium annullavit, ita & in illo
alio supradicto, quando tractauit de Casibus reseruatis. si vellet compre-
hendere Regulares, etiam illos specificasset, eorumq; priuilegiorum in-
contrarium facientium meminiisset; sed non fecit, ergo signum potissimum
est, Cōcilium in illo decreto, Regulares Confessores voluisse compre-
hendere, sciens iam illos debitè præsentatos, & ab Ordinariis approbatos,
tot, tantorumq; priuilegiorum copia esse refertos, posseq; secundum pri-
uilegia in corpore iuris posita, modo supradicto, à casibus Ordinario re-
seruatis absoluere.

Quoad fratres, & seculares. 81

A Et sic ego (salvo semper meliori iudicio) concluderem Concilium in supradictis locis, nullo pacto, Privilégio, quod regulares habent, per Clem. Dudum, pro absolutione Casuum reservaturum obstat, immo illud potius confirmare. Benè verum est, quod per sacram Card. Congregationem fuit Decretum, ut nullo pacto possint: ut videre est infra in verbo Casus Reservati in nostra Annotatione.

B Et Reuerendus Episcopus Caietanus nomine Alfonsus, Hispanus, annis elapsis, sacram Cardin. Congregationem consulens, an per Bullas ordinarias, in quibus solet dari facultas absoluciendi à casibus sedi Apostolice reservatis; comprehendantur etiam casus Ordinario, vel Prælatis Regularibus reservati? Ut fuit ei responsum, quod non; nisi de eis fieret Specialis mentio. Et iterum dubitanti, quid per Bullam Sanctissimi nominis Iesu, in qua specialiter habetur, quod Confessarij possint absoluere cōfratres à casibus Episcopo reservatis? fuit ab Illusterrimo Cardinali Carrara, nomine totius Congregationis respōsum; neq; per illam Bullam fieri posse, nisi tantū ratione Iubilei plenissimi, ut extat originalis in archivio ipsius Episcopatus, Ut authentica copia penes me: Et Nam. in Man. c. 27. nu. 266. ait Confessores presentatos non debere absoluere à casibus Episcopo reservatis, Ut minus dispensare in iuramentis, nisi eis detur ad id facultas; contra Sylues. verbo Confess. 2. q. 5. qui contrarium tenet,

C quoad casus per ipsum Episcopum reservatos.

Sed est aduertendum q; Gregorius XIII. 10. die Maij, anno Domini 1583. declarauit, non fuisse intentionis suæ, per prædictam Epistolæ, aut declarationē derogare prædictā facultatē, absoluēdi, in casibus Epis reservatis, Confessoribus Societatis Iesu data, immo eam de nouo eis confirmavit,

D Ut cōcessit, ut refertur in cōpēdio eiusdem societatis Iesu. verbo Absol. §. 1.

Et hæc sint dicta quoad derogationes, quæ in Conc. Trid. reperiuntur. Quo autē ad Bullā cōne Domini, dicimus, in omnibus pertinentibus ad illorum casuum, ibi contentorum absolutionem, regularium priuilegijs obstat, quoq; d' viuente Pontifice non fuerint confirmata; cum, quolibet anno, in publicatione illius Bullæ de nouo referuentur illorum absolutiones, Ut omnia priuilegia nullentur contraria. Ac per reliquos motus proprios, non in aliud eis derogatur, nisi in supra notatis.

E Nunc reliquum est videre quintum Capiti supra propositum, quales, videlicet, operteat esse Confessores, ut talibus priuilegijs possint riti.

Et ad hoc dico. Primo. Quod debet esse Regulares alicuius ordinis Mē dicantij, vel eorū priuilegiorū participantij, aliās, in supradictis absoluere, vel dispensare minimè possent, nisi speciali autoritate sibi tradita.

Secundo. Quid debet esse ab eorū Superioribus Ordinario præsentati, ab eoq; approbati, iuxta Conc. Trid. sess. 2. 3. c. 1. 5. Circa præsentationē rideā-

Vt habe
in Cate
chesi Na
polita. fo
297. & po
nitur infra
in verbo
casus reser
vati.

Vt habe
tur in Bul
la Pij 4.
101. iniun
ctum nobis
ann. 1564.

In quo per
Bullā cō
nē derog
atur.

Per motus
proprijs.

Caput. 5.

2

82 Resolutiones Materia Absolutionum

- Cōfessorū approbatō.** *tur ea, quæ dicit Collector infra, in verbo, Præsentatio Confessorū; & quæ ego etiam ibi annotau; Circa autem approbationem, sunt plura notanda.*
- 1 *Primum. Quis, & qn̄ confessor dicatur verē idoneus; & approbatus.*
 - 2 *Secundum. An in uno Episcopatu approbatus, possit in quoquis alio Episcopatu, seu Diœcēsi, absq; alia approbatione, confessiones audire.*
 - 3 *Tertiū. An saltē in eodem Episcopatu, vñica sufficiat approbatio. Et si Privilegium, quod in hoc habetur sit per Conc. Trid. reuocatū, nec ne.*
 - 4 *Quartum. Quando in aliqua Bulla datur facultas eligendi Confessore approbatum, an Regularis debeat confiteri cum approbato ab Episcopo, vel cum approbato a suo Superiori.*

Quis dicatur confessor idoneus? *Quoad primum est sciendum, vt Palatius notat in 4. c. 17. disput. 7. fol. 158. super hoc, multas fuisse varietates, tūm in Bullis, tūm etiam inter doctores illas exponentes. Nam in Bullis, quæ ante Conc. Trid. emanabant, dabatur fidelibus facultas, sine vlla aliqua dependētia ad prælatum, vel curatum pro eligendo Confessore, itd tamen quod esset idoneus. Et circa hoc verbum (idoneus) maxima fuit inter theologos difficultas, in declarando, in quō nam consisteret ista idoneitas, aliqui enim dicebant, C sufficere idoneitatem illam, à iure comuni assignatam, vt videlicet, non esset excommunicatus, suspensus, nec irregularis, aut à Superiori eius impeditus. Et hæc erat magis cōmuni opinio. Alij autem dicebant vltra istam requiri aliam idoneitatem, scientiæ, scilicet, & morum.*

Ac post Conc. Trid. cūm, nullus sacerdotem, statuerit, posse confessio- nes audire, nisi esset Parochus, vel ab Ordinario approbatus; sic etiam semper Bullæ, cū bac limitata autoritate emanarunt: unde nunc, quando Confessor aliquis erit ab Ordinario approbatus, aliud inquirere de eius D sufficientia, & doctrina, ceterisq; supradictis non oportebit. Præsumitur enim Ordinarium, circā hoc quod ad se pertinebat, fecisse.

Sess. 23. c. 15. de reformat. *Tres cōdi- nations re quisita à Conc. ad idoneita- tem confes- toris.* *Sed tres à Sac. Conc. Trid. assignantur conditiones, ad cognoscendū. Quis nam teneri possit pro idoneo, & approbato Confessore, dicens, Quā- uis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem acci- piant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiam Regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi, aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis, per examen, si illis videbitur esse necessarium; aut alijs idoneus iudicetur, & approba- tionem obtingat. Quarum prima est, si curatum beneficium aliquod ha- buerit, in quibus verbis omnes illi includi ridentur, quibus aliquo modo animarū cura est demandata, vt sunt Guardiani, Priors, Provinciales, alijsq; religiosorū Prælati, cū clarè constet, in tantum Conc illos, vt appro- batos habere, qui parochiale beneficium habent, in quātū eis animarum cura fuit commissa; & hoc, vel ab Episcopo, vel ab alio, qui hoc poterit.*

Aliera

Quod ad fratres, & seculares. 83

A Altera conditio est, Episcopi examen, vel approbatio; & tercia est communis approbatio, & opinio, qua de ipsis sacerdotis habetur eruditione, ut quando quis publicè in aliqua saltem approbata universitate theologiam sacram legerit, vel in illa graduatus, aut licentiatus fuerit, de cuius sufficientia tunc non videtur esse dubitandum; pro vi sic pis.

Pius V. in quodam Motu proprio, qui incipit, Et si mendicantium ordinis anno 1567. emanato, per eadē verba iussit, ut lectors, vel graduati Sacrae Theologiae ex ordine Mendicantū, qui ad tales gradus per suos

B Prælatos fuerint admissi essent pro approbatis habendi, ad prædicacionem, & confessionem, absque aliquo alio Episcoporum examine.

Et quamvis iste Motus proprius paulo post fuerit per cundēmet Pontificem reuocatum, ann. 1571. qui incipit. Romani Pontificis prouidentia; ubi mandabat, illo modo supradictos graduatos pro approbatis haberi, nisi prius ab Ordinario approbati fuissent; tamen Greg. 13. in illo Motu proprio, qui incipit; Intinta rerum negotiorum mole, primo anno sui Pontificatus in quo omnia, circa hoc, a Pio V. ordinata, ad ius commu-

C ne, & ad Sac. Conc. Trid. dispositionem reduxit, clare constat illud reuocasse, ac lectors, ac graduatos illos ab Episcoporum examine examis- se, nam Conc. Trid. postquam duas illas primas conditiones posuit de be- neficio, scilicet, Parochiali, & Ordinarij approbatione, ponit aliā ter- tiā in illis verbis (aut aliā idoneus iudicetur.) Et hanc opinionē quam- plurimi sequuntur viri doctissimi, maximè magister Gallus in Sum. q. 16.

Magister
Gallus
Cordubz.

Sed possemus nos dicere (salvo tamen meliori iud.) tales sic graduatos, & approbatos, nō esse ad examen obligatos, ut iam supradictorū rationes probant, sed non posse secularium confessiones audire, donec ab Ep̄o fuc- rint approbati, ut ex verbis ipsiusmet Conc. clare constat, nam postquam dixit (aut aliā idoneus reputatur) quod est principale argumentū supradictæ opinionis, non ibi se firmans, sed subdens ait (& approbationem que gratis detur obtineat) in tātum & quod ultra notoriā idoneitatem, requirit Conc. ut sit ab Episcopo approbatus; & sic ad verba ipsius Conc. benē aduertendo, nullum in hoc erit dubium.

Resolut.
quest.

E Est insuper aduertendum, quod ad idoneitatem supradictā Confessoris, nō requiritur tantum Ordinarij approbatio, sed etiā illa alia à iure requi- sita, & a Pio 4. in Bulla enumerata, ubi postquam ait, sacerdotem suffi- cere esse idoneum, subiectū hæc verba, dicens, Declaramus, sacerdo- tem idoneum, pro absolutione à prædictis casibus, esse illum, qui non erit suscep̄sus, vel irregularis, nec excommunicatus, nec interdict⁹, neq; a suo Su- periore impeditus: quæ verba licet in Bullis modernis post Conc. Trid. nō ponantur, debent tamen intelligi propositis, quia quānis tantum sua San-

Alia requi-
sita ad ido-
neitatem
confess.

Et habeat
iurisdic-
tionem actua-
lem vel de

84 Resolutiones Materie Absolutionum

legatum ut *etitas, querat, & mandet explicitè, vt Confessores ipsi ab Ordinario sint approbatū* **Nau. i mā.** *vt sint idonei reputati; non proinde nolle videatur, vt cōditiones*
C. 4. B. 1. *illas non habeant à iure communi requisitus, cui antiquo iuri nunquam censemur derogatum, nisi aliud expesserit in contrarium legislator, vt communis est opinio Doctorum.*

2 *Quoad secundum. An scilicet in rno Episcopatu approbatū, possit in quo quis alio, absq; alia approbatione confessioē audire? Dicimus quod licet duæ fuerint in hoc opiniones contrarie, una affirmativa, per Ordinariū intelligentes Ordinarium Confessoris, & nō paenitentium; & al- B tera negatiua, ambæ d' doctissimis viris sequuntæ; pro ut refert Ren. Pater Emmanuel Rodriguez in expositione Bullæ Cruciate. §. 9. duda 2. Ibi multis rationibus defendit partem negatiuam, & mibi etiam magis placet, & Collectoris, supra tit. absolut. quoad seculares 1. §. 16. tamen sacra Congregatio Card. super Conc. reform. omnem è medio subtilit ambi- guitatem. Consulta enim de hoc ab Archiepiscopo Valentie, Ioanne de Ribera, sic respondisse ait predictus expositor Bullæ Cruciate, Cōgre- gatio Conc. respondet, approbatum ab alio quam à Valentino Episcopo, in C Diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario. Quid clarius?*

Privilegiū *Bene verum est, quod Religiosi cōmunicantes priuilegiorum Clerico- Societatis* **Iesu.** *rum Societatis I E S V, vt in specie sunt fratres Minores, per Bullam Cle- men. 7. possunt dūm sumi in itinere, non habentes Ordinarij copiam, Con- fessioēs audire, etiam in Episcopatibus vbi non fuerint approbatū, & hoc per Priuilegium dictis patribus concessum à Greg. 1. 3. à nobis supra relatum. Et hoc idem ipsi sumi fratribus Minoribus erat anted concessum per Eugenium 4. & habetur sup. tit. absolutio quoad seculares. §. 3.* D

3 *Quoad tertium an scilicet sufficiat vñica approbatio, in eodem saltem Episcopatu, pro semper? Est sciendum, quod Benedictus 11. Confessori- bus Mendicantium ordinū, & eorum participantium priuilegiorū con- cessit, vt vñica præsentatio valeret, vt est supra tit. Absol. ordinaria quoad seculares. 1. §. 2. 4. et 16. & dieit Corduba in Annotatione ad Cōp. tit. Præsentat. confess. & Sotus in 4. dist. 1. 8. q. 4. art. 3. qui dicit, quod inquit ad hoc, extraug. inter cunctas, de priuileg. Benedicti 11. rbi predictum Priuilegiū conceditur, nō est reuocata per Clem. Dudū. E Et sic quando Confessor aliquis Regularium semel fuerit in aliquo Episcopatu approbatū, semper in eo approbatū censemur; quamvis Episco- pus, qui eum approbavit, moriatur, donec aliis veniat, qui omnes Cō- fessores à suo Prædecessore approbatos suspendat, vt supradicti Docto- res aiunt: huius autem veritas infra ponetur.*

Sed an hoc per Conc. Trid. sess. 2. 3. c. 15. fuerit reuocatum, quando statuit, vt nullus secularis, vel regularis Presbyter possit confessiones
fecit,

- A** secularium audire, nisi fuerit ab Ordinario approbatus? & Respondeatur, quod non, nam Concilij intentio fuit, illam tantum auctoritatem tollere, quam Benedictus XI. Ordinibus Mendicantium dedit, prædicandi, scilicet, ac confessiones audiendi, absque aliqua facta Episcopis præsentatione; quoddam fuit etiam Concilij intentio tollere priuilegium à Bonifacio VIII. Prælatis concessum, ut suos possent præsentare Fratres Prædicatores, & Confessores idoneos. Et si Episcopus illos (quia ruderentur minus idonei) nollet admittere, sua Sanctitas eis licentiam dabit: & simile Priuilegium Fratribus Minorum Ordinis dedit Clemens V. & istas facultates intendebat ibi annullare, & reuocare; prohibens, ne Presbyter aliquis, sive Secularis, sive Regularis fuerit, secularium confessiones audire præsumeret; nisi parochiale beneficium haberet, vel ab Ordinario per examen, vel alio modo fuerit approbatus; Priuilegii quibuscunq; non obstantibus, omnia illa reuocando. Et Pius V. in quodam Motu proprio, in favorem Mendicantium Ordinum, dato anno 1567 sui Pont. anno II. aliud Priuilegium simile supradicto concessit. Et licet Greg. XIII. in uno Motu proprio, quem affert Nau. in fine Man. lat. omnia reuocauerit, que Pius V. in favorem dictorum Ordinum concesserat; Nibilominus omnia illa, que dicto Concilio non aduersabantur, confirmavit, ac de nouo concessit. Vnde cum hoc non sit contraria Concilium est, quod nec fuit per ipsum Gregorium reuocatum. Sed dato, quod fuerit per Concilium, & per Gregorium reuocatum, hoc erit quantum ad forum externum, & non internum conscientiae; nam quantum ad forum istum, omnia Priuilegia Fratribus Minorum Ordinis per Sedem Apostolicam concessa, iam viua vocis Oraculo, per Pium V. estant confirmata, licet sint contraria Concilium, sicut testatur Frater Alphonsus de vera Crux, in suo Speculo Coniugatorum, in fine; & refert Author expositionis Bullæ Cruciate, in §. 9. num. 32. rbi hanc ponit questionem. Et pro maiori certitudine affert verba formata ipsius Alphonsi, que sunt ista. Pontifex Pius V. ann. 1567. 13. mensis Martij, viua vocis oraculo, supplicanti Ministro Generali Minoritarum, Fratri Aloisio de Puteo. Cuius supplicationis tenor est. Supplicatur Sanctissimo Domino Pio Papæ V. ut sua Sanctitas dignetur confirmare, & concedere omnia Priuilegia, & quascumque gratias, etiam viua vocis Oraculo concessas per bonæ memorie Paulum IIII. & alios Romanos Pontifices prædecessores Sanctitatis sue, cum singulis clausulis, & decretis, & derogationibus in eis contentis, Fratribus Ordinis Minorum Regularis obseruantie; ita, ut illis gaudere, & ut possent toties, quoties opus fuerit, & eis ridebitur. Et quodad illa, que sunt restricta seu derogata

An fuerit
per Conc.
Trid. reuocata.

Nau. c. 27.
nu. 264. sic
hoc Priuilegium no
elue contra
Conc.
In Clem.
dudum, de
sept.

Confirmatio
Priuile
giorum à
Piu V. viua
vocis ora
culo.

Author ex
posit. Bul
læ Cruc.

86 Resolutiones Materiae Absolutionum

per Concilium Trident. etiam ut possint in foro conscientiae tantum, A
Et Pontifex dixit, fiat: Nec ista concessio fuit per Gregorium XIII.
reuocata, quando in primo anno sui Pontificatus, omnia que Pius V.
Ordinibus Mendicantium contraria Conc. Trid. concesserat, reuocauit.
Nam reuocauit solum ea, quae concesserat in foro exteriori, ut iuris
vitarentur, Et dissensiones, quae ex talibus concessis inter Ecclesiasticos
erant ortae; Et sic non reuocat viua vocis Oracula, quae in foro con-
scientiae concessa fuere, cum ex illis nullae nascatur discordiae, quae fue-
runt iam finalis causa reuocationis illius; quae veritas apparebit clarissi B
mè, si attente verba talis Motus propriè legantur, ubi nullibi reperitur,
de viua vocis Oraculis verbafacere, nisi tam de litteris Apostolicis,
quas cum sint contra Cont. decreta reuocat. Itaque licet concessio Be-
nedicti XI. q. videlicet, præsentatio, Et approbatio Fratrum Confesso-
rum semel facta fuisset perpetua, esset reuocata à Conc. Trid. (Et eo ma-
gis cum non sit reuocata) poterint tamen ea in foro conscientiae, ut di-
ctum est, potiri. Et hoc confirmatur per dispositionem illam Motus Pij V.,
ann. 1571. Et 6. sui Pontificatus, qua cauetur, ut Confessores semel ap- C
probati ab eodem Ordinario, non possent à Confessionibus suspendi; sed
benè à successore possent iterum suspendi, Et examinari; Quem mo-
tum Pij non fuisse per Gregorium XIII. reuocatum, Sacra Card. Con-
greg. reform. declarauit, dicens, Congregatio Conc. censuit Regulares

In Cathec. Neap. nnnc impressa fo- ad audiendas in Civitate, Et Diœcesis secularium confessiones, semel
lio 159. di- ab Episcopo, prævio examine, approbatos; iterum ab eodem Episcopo
citur, quod non esse examinando. Cæterum à successore posse ritiq; examinari iux-
hoc examé- ta Constitutionem sanctæ memorie Pij V. datam octauo Idus Augu- D
intelligitur sti, Pontificatus ann. 6. quæ à fælic. recordatio. Greg. XIII. non est
cū pleauum reuocata, per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos
fuerit ita, Conc. Trid. à Card. Carrafa.

Et pro maiori declaratione huius antiquæ Confessorum facultatis,
ipse Pater Fr. Emanuel in expositione Bullæ Cruciate, loco suprà cita-
to, §. 9. nu. 32. extédens se, ait, q. cum Monachis esset à iure cōmuni pro-
hibitū, nè seculariū confessiones audirent; fuerūt à Summo Pont. ob ne-
cessitatē admisi, multis priuilegijs insigniti. 16. q. 1. c. placuit, Et c. per E
uenit. Ideò iurisdictionem, quam ipsi habent, nō Episcopi, sed Summus
Pont. eis cōcedit. Et apparet, quia cū fuerint ab Ordinario approbati,
iuxta formā Decreti, ex vi suorum priuilegiorū habet omnes casus Epi-
scopis reseruatos: exceptis reseruatis à iure: nec ipsi Episcopi, quamvis
pellent, possent illos ab eis auferre. Necnon, Et possunt omnium, quo-
rumcunq; fidelium, qui ad se venerint (etiam quod non sicut illius Diœ-
cessis, in qua sunt approbati) confessiones audire. Adeo, ut iurisdictione

- A** nem, qui in ipsi Regularis Confessores habent eam immediatè, habent à Papa. Episcopi autem non sunt aliud, nisi Ministri, qui tantummodo nudum ministerium eos examinandi, ac approbandi habent. Ut notant Baptista Salis, Ang. & Silu. Nec eis Conc. Trid. aliquid aliud concedit; & pro huiusmodi ministerio, sunt à sua Sanctitate delegati; propterea, eos semel, sine aliqua conditione, aut termino, approbando, iam functi sunt officio sua delegationis; sicut, & alij Delegati pro causis particularibus funguntur. Et huiusmodi opinionis, ait supradictus Expositor, fuisse nonnullos viros doctissimos, eaq; in publicis conclusionibus fuisse sustentata Parisijs, post Conc. Trid. etiamq; à Patribus Societatis Iesu, alijsq; doctissimis viris, in ciuitatibus Valentiae, Alcala, &c. confirmatam. Ex quibus omnibus infertur, quod prædictum Indultum Confessoribus concessum, est antiquissimum, & nec à Conc. Trid. nec ab alijs Bullis, etiam Cruciatæ, est revocatum, siue suspensum. Et per consequens Religiosi possunt illo rati, prout sic etiam tenet Nau. in man. c. 27. num. 190. & num. 266.
- C** Debet etiam, pro hoc maximè notari id, quod dicit Angel. quod si Episcopi Confessores supradictos approbarent, sub aliqua conditione, vel usq; ad certum tempus, vel suum beneplacitum; possunt suspēdere, & revocare tales licentias, sic datas: & transacto tempore, vel alia conditione, iam suspensi remanent; & ait, quod quando Confessor erit approbatus, usq; ad beneplacitum Episcopi, iam approbatio illa in morte ipsius Episcopi transibit; cum suum beneplacitum in morte finiatur. Ideo, secundum istam opinionem, oportere, ut ipsi Confessores statim atque conditio locum habuerit, aliam peterent licentiam. Nam, expirata conditione, transit etiam iurisdictio à Pontifice eis concessa. Quæ Angeli opinio, putat ipse Author, exposit. Bullæ Cruciatæ debere intelligi; quando Episcopus aliquis, sic limitatam licentiam, confitendi daret, ob Confessoris insufficientiam, quem approbat ad hoc, ut sit cautus in studendo ea, que suo officio conueniunt; sciens se iterum examini Ordinarij exponendum; sed non quando Episcopus hoc ageret, ut aliquam Religiosis inferret vexationem. Et tunc clare vexationem agere reputabitur, quando omnibus Religiosis, sic indifferenter limitat licentiam, & arctat. Et hoc probatur, quia hoc priuilegium fuit Religiosis supradictis à Sede Apostolica concessum, ut eos ab Ordinariorum vexatione redimeret. Verum tamen est, quod Ordinarij possunt eos suspendere à confessione, & prædicatione, si mente captos, criminosos, vel hereses, aut scandala disseminantes inuenient, quo casu à Sacro Concilio Trident. Sedis Apostolicæ Legati constituantur.
- Baptista Salis in Sum. tit. Cofsl. 3. 9. 20. Sil uest. tit. Cof fel. j. nu. 5. Angel. tit. Confess. 3. num. 25. & Arm. tit. ab fol. nu. 26.
- D** atque conditio locum habuerit, aliam peterent licentiam. Nam, expirata conditione, transit etiam iurisdictio à Pontifice eis concessa.
- E** vexationem agere reputabitur, quando omnibus Religiosis, sic indifferenter limitat licentiam, & arctat. Et hoc probatur, quia hoc priuilegium fuit Religiosis supradictis à Sede Apostolica concessum, ut eos ab Ordinariorum vexatione redimeret. Verum tamen est, quod Ordinarij possunt eos suspendere à confessione, & prædicatione, si mente captos, criminosos, vel hereses, aut scandala disseminantes inuenient, quo casu à Sacro Concilio Trident. Sedis Apostolicæ Legati constituantur.

88 Resolutiones Materie Absolutionum

Ex quo infertur, quod Religiosus, limitatam habens licentiam ad A confessiones audiendas, cum aliqua conditione; si Ordinarius pro tali limitatione habuit iustam causam, finita tali limitatione, iam in illa.

Dioecesi amplius non poterit confessiones audire; cum non dicatur amplius ab Ordinario approbatus. Dico. si habuit Ordinarius iustam cau-

Nauar. in
Man. c. 27.
eu. 264. tit.
present. cō
feff. & Ar-
mi. tit. ab-
sol. 9. 22. &
23.

sam pro tali limitatione; nam si non habuisset, poterit in virtute suorum priuilegiorum confessiones audire, ac si fuisset admissus, ut ait Nauar. Verum non deberent in tali casu Religiosi ipsi cum Prælatis contemdere: immo, in signum humilitatis, patienter vexationes perferre. B

Supradictas ergo conditiones habentes Confessores, benè poterunt supradictis eis concessis facultatibus uti. Quas ut facilius sciantur, in Compendium, & summatim hic epilogare volui. Videlicet.

Resolutio materie prætractæ absolutionum, quod ad Prælatos, & Fratres, in summa hic epilogatur, ut facilius omnia menti retineantur.

Vt supra in 4. notabili. Ex priuilegijs Fratrum Trinitatis, & ex priuilegio Pij V. Ordini Prædicat. concessio. Cum anno quolibet re

Ministri Generales, Prouinciales, & illi, quibus ipse commis-
runt, possunt absoluere Fratres, & Moniales sua obedientiae, ab
omni vinculo excommunicationis, & quibuscumque alijs censuris, &
peccatis; & dispensare in irregularitatibus omnibus, & suspensioni-
bus ex delito occulto, exceptis illis deductis ad forum contentiosum.

Omnemq; ab illis inhabilitatis, & infamiae maculam abolere; & in quibuscumq; occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, & in quibus Episcopi possunt cum suis, vigore Conc. Trid. exceptis dumtaxat contentis in Bulla Cœnæ Domini, ante quam, scilicet, obtineatur facultas pro illis, ex Priuilegiorum confirmatione. D

Et similiter Fratres absolui possunt ab omnibus peccatis, & censu-
ris, plenariè, semel in rita, & in mortis articulo.

Item quatuor in anno, diebus quibus maluerint, & in festis Domini Sabaoth. Et beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, & Apostolorum,

Petri, & Pauli, ac Sancti Francisci, Sanctæ Claræ. Et per totam Maiorem Hebdomadam; de consensu tamen suorum Prælatorum, saltēm Prouincialium, & tunc etiam, quod ad casus illis reservatos, poterunt huiusmodi priuilegio gaudere. Sed dum itinerant, & non habent socium Confessorem, possunt confiteri Fratri alterius Ordinis, seu Clerico seculari, saltēm præsumpta rationabili licentia Prælatorum. E

Et similiter absolui possunt idem Prælati à Confessoribus per eos elecctis.

Item absoluere possunt Prælati venientes ad Ordinem, seu Nonitos, ab

Quoad fratres, & seculares.

89

A ab omnibus censuris à iure, vel à Iudice promulgatis generaliter, satisfactatamen parte, & à casibus Sedi Apostolicae reseruatis, cù moderatione tamē quā posui in verbo, Novitius, ubi de hoc laitus dicemus.

Absoluere etiam possunt Prælati, & Confessores, Fratres quo sunque Conuersos, vel donatos, Familiares, Seruitores, Officiales, & continuè Commensales Conuentuum, & Domorum, ab omnibus peccatis, prater quam Sedi Apostolicae reseruatis, & à censuris, quas ex ignorantia, vel inaduententia incurrerunt, ac etiam eis Ecclesiastica Sa-

B cramenta ministrare.

Resolutio quoad Absolutiones secularium.

FRATRES Confessores Mendicantes, & participantes, per Collect. tit. abol. Prælatos debitè præsentati, & ab Ordinario approbati, ad audiendas confessiones secularium, si sunt in eorum Conuentibus, Diœcesis rbi fuerint approbati, possunt audire omnes seculares, tam suæ, quod ad secul. 2. §.

C quam alterius Diœcesis. Et auctoritate, quam habent ab Episcopo erga eius subditos, possunt uti erga extraneos, ac etiam auctoritate infra scripta.

Et possunt à censuris, propter peccata contractis, Episcopo reseruatis, absoluere; ac in illis, si opus fuerit, dispensare; & in omnibus alijs Ecclesiasticis censuris, exceptis nominatim excommunicatis (nisi par ti laſe satisfecerint) & exceptis casibus à iure communi Episcopo reseruatis, & censuris Papæ reseruatis.

D Item à Simonia, dummodo non fuerit in Ordine, vel Beneficio contracta.

Item possunt, in foro conscientiae, omnia vota, quæ Episcopi possunt, in alijs pñs operibus commutare, exceptis quinque illis Papæ reseruatis, videlicet, de Religione, castitate perpetua, ultra marino, Rgma, Sancti Iacobi de Galitia, necnon & illis duarum dietarum peregrinationis.

E Item possunt dispensare in iuramentis eiusdem materiæ, & de licentia suorum Provincialium possunt dispensare cum incestuosis, causa copule carnalis mariti cum consanguinea vxoris. Vel vxoris cum consanguineo mariti, intrâ quartum gradum. Ac etiam cum illis, qui factio voto de castitate, Matrimonium contraxerunt, ut possint pertere debitum.

Si vero non fuerint præsentati, & approbati, & in eorum Conuentibus resederint; neminem audire poterunt, excepto articulo necessitatibus extrema, vel fuerint in Itinere, non valentes habere Ordinaria.

nari

90 Resolutiones Materia Absolutionum

narij copiam; quia tunc poterunt audire omnes ad se recurrentes, & A
vti plenariè Episcopali autoritate.

Vt supra in 4 c. princi- Est tamen aduertendum, quod in Regnis, vbi Bulla Cruciatæ ob-
pali. seruatur cum secularibus, Bullam illam non habentibus, supradictis
vt infra tit. priuilegijs vti minimè possent; nec etiam tempore Iubilei plenissimi,
Bulla Cru circa ea quæ in illo suspenduntur.
ciatæ.

Sed quid Prælati non possint cum suis subditis; & quid B
Confessores cum Fratribus, & cum secularibus,
licet ex supradictis pateat; tamen vt faci-
lius sciatur, ponam infra scripta.

E T in primis Prælati ipsi non possunt cum suis subditis absoluere, seu dispensare in casibus Bullæ Cœnæ, donec obtineatur facultas pro illis, vel confirmatio priuilegiorum; nec in deductis ad forum contentiosum.

Item, nec Fratres intrâ se possunt absolui à casibus eorum Prælatis reseruatis, sine illorum, vel Summi Pont. autoritate, in specie de illis mentionem faciens, vel in Iubileo plenissimo, vel quater in anno, & semel in vita.

Cum secularibus autem, non possunt absoluere à casibus Episcopo à iure reseruatis, vel neq; in omnibus reseruatis, secundum Congreg. Card. nisi spetiali habita ad id facultate. Nec possunt absoluere in casibus Bullæ Cœnæ, nec nominatim excommunicatos; nec possunt dispensare in s. illis votis; nec vti priuilegijs infrâ annum publ. Bull. D
Cruc. & Iubilei.

Quo ad quartum.

An Reli- giosus de- beat sibi eli- gere Con- fess. appro- batum ab Episcopo.

Q Vðad quartum, si in aliqua Bulla detur facultas eligendi sibi Confessorem approbatum ab Episcopo, an sufficiat esse ex sua Religione, approbatus à suo Prælato, vt tantum audire posset Fratrum confessiones?

Respondetur. Quod sufficiet Religiosis, confiteri cum Confessoribus à suis Prælati approbatis, ad audiendas Fratrum confessiones. Sunt enim ipsi Prælati, sui Ordinarij, cum teneant pro absoluendis de peccatis, & censuris, suis subditis, iurisdictionem ordinariam, vt omnes Doctores tenent, & nos alibi diximus.

Sess. 23. c. 22. de re- forma.

Et hoc alijs duabus rationibus probari potest. Quarum prima est, q; quando in Bulla dicitur, quod eligant sibi Confessorem approbatum ab Ordinario, ista verba debeant intelligi, secundum veram, & approbatam Conc. intelligentiam. In quo licet mandetur, vt nullus Confessor

secu-

Quod ad seculares, & fratres.

91

- A** Secularis, aut Regularis aliorum confessionem audire presumat, nisi ab Ordinario fuerit approbatus; Tamē hoc debet intelligi, de Sacerdotibus Episcopo subiectis, non autē de Religiosis, qui hanc non habent subiectionem. Idem tenet Navar. in Man. latino. c. 4. num. 2. & Ang. in summa de Confessor. art. 8. diff. 2. dub. 4. istis enim sufficiet, ut approbatis à suis Prælatis confiteantur.

Alia ratio est, quia per Bullas, quæ solent emanari non suspenduntur gratiae, & indulta Mendicantium Ordinum Prælatis concessa, quantum ad suos Fratres; & inter alia priuilegia, unum est illud, quod, videlicet, possent suos Fratres, à quavis censura, & à peccatis Sedi Apostolice & reseruatis absoluere, ut dicitur in compendio. Et hanc autoritatem, possunt ipsi Prælati alijs, quibus sibi placuerit, committere.

- B** Ex quo infero, quod unus Religiosus potest confiteri, virtute aliquius Bullæ, cum alio religioso Confessore tantum Fratrum; quamuis sit distinctæ Religionis.

- C** Secundo infero, quod de iure communi, sine aliqua Bulla, Religiosus non potest confiteri alteri, quam suo Prælato, vel quibus fuerit ab ipso Prælato demandatum, intrà suam Religionem. Cum alio autem Confessore, extrà suum Ordinem, minimè poterit; nisi à suo Prælato licentiam expressam habuerit, & non presumptam, ut ex Conc. Later. colligitur, licet sint Confessores seculares ab Episcopo approbati.

- D** Huius ratio est, quia cum Episcopus non habeat, quantum ad hoc, jurisdictionem super Religiosos; nec etiani poterit illam alijs communicare, ut constat ex eo, quod disfinitum est in Conc. Lateranense, Inter cunctas. Poterunt etiam confiteri cum alijs Religiosis, non petita licentia, in aliquo casu necessitatis, utputa in itinere, & alijs, sicut est iam dictum.

- E** Hinc recentiores Pontifices, ut omnem tollerent ambiguitatem (ut iam sèpè vidimus in retroactis Iubileis obseruatum) explicant illam clausulam, de eligendo sibi Confessore, & aiunt, quod etiam alterius Ordinis, vel secularem Confessorem, sibi Religiosi possint eligere, ut fecerunt Sixtus V. & Greg. XIII. & Sanctissimus Dominus noster Clemens VIII. in suis Iubileis plenissimis. Bene verum est, quod quando id non explicatur, manet dispositio supradicta.

Et hæc pro supradicta materia Confessorum pro nunc sufficient. Dicentur alia, infra, in verbo, Confessor, & in verbo, Præsentatio Confessorum.

Vt supra
tit. abol.
ordinaria,
quod ad Fra-
tres, §. 5. &
21.

Et Ang. di-
cit contra
Siuell.

92 Resolutiones Materia Absolutionum

ACCEDERE AD MONASTERIA
Monialium.

Ex iure
communi.

Ex iure
communi.

Ex iure
communi.

Prædictio
Eleemosy-
na.

Pro Prela-
tis Prohibi-
tio.

SYNODVS octaua statuit, quod si contigerit, quod Monachus aliquam propinquam suam videre voluerit, ut in præsentia Abbatis huic confabuletur permodica, & comprehendiosa verba, & in breui ab ea discedat. Habetur decima octaua quæstione. 2. cap. Diffinimus.

CONCILIVM Hispalense statuit, quod circa Monachos talis cautela seruetur, ut remoti à Monialium familiaritate, nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiare permisum. Sed nec Abbatem, vel eum qui præficitur extra eam quæ præf (glosa j. præter conscientiam Abbatissæ) loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem, vel administracionem earum pertinet, liceat. Nec cum ea sola quæ præf, frequet eos loqui oportet, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum. Ita ut rara sit accessio, & breuis omnino locutio. Habetur 18. q. 2. c. In decima.

ALEXANDER III. in Concilio Lateranensi statuit, quod quæcunque persona frequentaret Monasteria Monialium, si Clericus esset deponeretur, si vero Laicus foret, excommunicaretur. Sic enim dicit summarium huiusmodi. c. Frequentans Monasteria Monialium, & monitus non defistens, si Clericus est, deponitur, & si Laicus excommunicatur. Et dicit ibi glosa, quod frequentare, est bis actum committere. Et quod ad frequentandum non sufficit rationabilis causa, nisi sit manifesta. Habetur in c. Monasteria, de vi. & hon. cler.

NICOLAVS III. concessit Fratribus Minor. ut ad loca vbi seculares homines conueniunt in Monasterijs Monialium, possint illi Fratres causa prædicationis, vel eleemosynæ petendæ, accedere, quibus id à Superioribus suis pro sua fuerit maturitate, vel idoneitate concessum. Exceptis semper Monasterijs Monialium inclusarum, scilicet S. Clare, ad quæ nulli datur accedendi facultas. finè Sedis Apostolicæ licentia speciali. In declaracione Regulæ. Exiit qui seminat, quæ habetur. B. 2. tractato, fol 10. Et b ffo. 11 tractatu. 2.

BE NEDICTVS XII. Ministris, Costodibüs, & Guardianis districtus iniunxit, ut Fratres sui Ordinis sibi subditos arcere studeant ab accessu ad Monasteria Monialium quacumq; pœnas prouidè ordinatas transgressoribus infligen- do. b.

Accedere ad Monasteria monialium. 93

A A do. b. habetur in libro ordinis Italico. 3. parte. fol. 110.

EVGENIUS 4. concessit q[uod] fratres Mi. Ob. possint intrare ad loca quarumcūq[ue]; Monialium: vbi seculares cōmunititer intrant: de licentia suorum prælatorum, quando mittuntur. o. ffo. 261. conce. 675.

Concessio
pro omnibus mo-
nasterijs.

¶ Notandum, q[uod] præfata concessio non reputatur certa: immo creditur, quod fuit defectus in scriptore, vel impressore; ita quod, vbi positum est possint intrare, debebat addi, & prædicare. Hoc est possint intrare ad prædicandū. Probatur hoc, quia Nicolaus 5. qui successit Eugenio, concessit modo præfato, vt patet infrā §. sequenti. Et similiter fecit Pius, qui successit Nicolao, vt patet etiam infrā §. 8. Si ergo concessio Eugenij supraposita esset certa: cum sit generalis, non se restringens, prout aliæ sequentes, dicendo possint prædicare, non fuisset opus petere à Nicolao, & Pio præfatas Cōcessiones, tam limitatas, scilicet, quod possint intrare, & prædicare;

Collector.

Cni si forte postulatæ, ac impetratæ sint ad restringendum generalitatem, quam videbatur concedere prædicta concessio Eugenij. ¶ Sciendum est etiam, quod occasione præfatæ Cōcessonis, & duarum sequentium, aliqui arbitrii sunt, posse fratres Mi. ingredi ad loca interiora Monasteriorum, in quibus seculares, seu aliæ personæ communiter intrat; prout accidit in Monasterijs deformatis, seu non seruantibus clausuram. Sed istud est manifeste falsum, atq[ue] erroneum sane intellegentibus, quia per loca ad quæ seculares cōmuniter intrat, non sunt intelligenda loca interiora clausuræ, ad quæ de facto intrare confuerunt; sed illa ad quæ de iure, seu licite ingredi possunt; prout sunt loca exteriora, scilicet Ecclesia, loquitorium, & similia. Hoc innuitur in decretali. Exiit, qui seminat, vt habetur in dictione Ingredi. §. 30.

NICOLAVS 5. concessit fratribus Min. quod possint intrare, & prædicare in Ecclesijs, & locis monialium Sæ*Prædicatio*
Etæ Claræ, & aliarum quarumcunq[ue]: vbi seculares communiter intrant, de licentia suorum prælatorum, quando mittuntur. o. ffo. 65. conce. 88. Et fff. 99. conce. 366.

Sæ*tio*.

¶ Hæc concessio videtur solum esse pro prædicatoribus, quia Collector dicit intrare, & prædicare, idest ad prædicandum.

8

PIUS 2. ad instar Nicolai 5. concessit fratres posse præ*Prædicatio*
dicare, & intrare in claustris, & alijs locis quarumcunq[ue]; *tio*.
monialium, vbi seculares communiter intrant, de licentia
suorum

94 Accedere ad Monasteria monialium.

Collector. suorum prælatorum, quando mittuntur. o. ffo. 66. conce. 94. A
¶ Declarationem huius vide in dictione Ingredi monaste-
monia. 9. 28.

9 **S**IXTUS 4. concessit, quod fratres Min. possunt ire de li-
centia suorum prælatorum, ad Ecclesias, & loca vbi ha-
bitant fratres deputati ad regimen Monialium. o. fo. 63. Et
ff. 67. conce. 125. Et ffo. 96. conce. 340.

Collector. ¶ Præfata concessio videtur intelligenda, quando habitatio
fratrum obsequijs monialium deputatorum est contigua, seu B
continua Monasterio Monialium. Et similiter videtur dicen-
dum de habitationibus seruitorū secularium, ut øconomi. &c.
ac seruitricum, & cappellanorum monialium, quia tales ha-
bitationes sunt officinæ exteriore pertinentes ad seruitium
interius. Quapropter, quando sunt contigæ, vel continuae
Monasterio, requiritur licentia specialis Prælatorum ad ac-
cedendum ad illas, non autem quando est via intermedia.

10 **V**isitatio Reliquiarum. ¶ IDEM Sixtus concessit, quod fratres prædicti, causa visi-
tandi Reliquias sanctorum, vt caput Ioannis Baptiste ad Sä-
cnum Siluestrum Romæ: vel sanguinem Sancti Francisci Assi-
sij, & huiusmodi, de licetia Guardiani illius loci, aut alterius
prælati ordinis, possint dumtaxat accedere ad Ecclesias Mo-
nialium Sanctæ Claræ, & etiam pro tempore stationum, & ge-
nerali processione. o. ffo. 68. cōce. 141. Et ff. 96. cōce. 323.

11 **C**ōce. spe. pro Mo. S. Clar. & S. Dñici. ¶ IDEM Sixtus concessit, quod fratres Min. possint de licetia suorum Prælatorum, accedere ad loca Monialium Sanctæ Clariæ, & Sancti Dominici, ad quæ seculares accedunt, pro
eleemosyna petenda, & causa celebrandi, & pro alijs licitis,
& honestis. o. ffo. 69. conce. 142. Et ffo. 100. conce. 388.

12 **C**oncess. p oibus mo- na. quæ nō sunt s. Cla- rz. ¶ **A**LEXANDER 6. concessit, quod Prouinciales possint
licentiare fratres, ad alia monasteria; quam Sæctæ Clariæ, non solù causa eleemosynæ petendæ, vel prædicationis fa-
ciendæ, sed etiam pro spirituali visitatione consanguinearū,
vel alia necessitate. Intelligendo semper de locis, ad quæ se-
culares communiter accedunt. o. ff. 99. conce. 369.

LEON 10. in quodam Breui, super præfatam materiæ, po-
suit sequentem clausulam. Non prohibemus tamen, quod
fratres prædicti, scilicet, Minores infra limites Monasteriorū
Sanctæ Claræ, & ad loca vbi fratres eisdem seruientes habi-
tant, & alij seculares ingrediuntur, intrare, & accedere, nec-
non cum eisdem (quando opus fuerit) & cum limitationibus

in ca-

Accedere ad Monasteria monialium. 95

A in capitulis vestris ordinatis, in locis, in quibus reliquæ personæ seculares cum eisdem loquuntur, loqui possint. B. fffo.
17. conce. 56.

¶ Circa prædictam clausulam est aduertendum, quod multi Collector. fratres opinati sunt quod in ea concedebatur eis amplior facultas, quam in reliquis suprascriptis. Attamen, secundum veritatem, nil penitus in ea conceditur, nec de aliquo deseruit, quia licet præfatus Leo non prohibeat prædictum acces-

B sum: prohibuit tamen Nicolaus 3. vt patet supra in §. 4.

Collector.

P Ro intelligentia prædictarum Concessionum, quæ prima facie, videntur continere contradictionem, aut saltē ruginationem, & superfluitatem, sunt aliqua aduertenda. Primum est, quod huiusmodi concessiones fuerunt à diuersis Cōmissarijs curiæ Romanæ, vel alijs fratribus ordinis impetratae, quorum aliqui nescientes ea, quæ antea fuerunt cōcessa, procurauerunt eadem, vel consimilia de nouo impetrare, seu alia

C circa idem latius, vel strictius, quam antea fuerat concessum. Alterum est, quod in quinq; ultimis Concessionibus est tanta diuersitas, quod nisi maxima cum attentione aspiciantur, vix poterunt benè intelligi, nisi aduertendo ad sequentias; scilicet, quod in illa, quæ est Nicolai 5. & Pij 2. limitatur tacite Concessio antecedens Eugenij, & solùm conceditur Prælati nostris facultas licentiandi fratres suos pro prædicādo, cùm dicat, Fratres posse intrare, & prædicare, id est ad prædican-

D dum ad loca, vbi seculares intrant. In altera autem, quæ est Sixti datur autoritas Prælati, vt possint mittere fratres suos ad Ecclesiam Monialium, & ad loca vbi habitat fratres illis seruientes. Tamen de alijs locis, scilicet loquitorio &c. nihil ibi conceditur. In alia verò, quæ etiam est Sixti, datur prædictis Prælati facultas licentiandi fratres, pro tribus causis dumtaxat, scilicet, pro videndis Reliquijs, pro Procesionibus, & Stationibus. Et sic etiam ista est ad Ecclesiam solùm,

E seu propter ingressum in Ecclesiam ad tria prædicta. In antepenultima verò, quæ similiter est Sixti, & videtur generalis pro omnibus Prælati, & causis licitis, restringitur ad Monasteria Monialium Sanctæ Clæræ, & Sancti Dominici. In penultima autem, quæ est Alexandri 6. & est generalis pro omnibus causis licitis, & ad quæcunq; Monasteria, prout in ipsa patet, ad Prouinciales solūmmodò, & ad Monasteria, quæ nō sunt Sanctæ Clæræ coarctatur.

¶ Et sic

96 Accedere ad Monasteria monialium.

Resolutio huius materiae. **E**t sic resolutoriè est notandum, quòd nulla cōcessio inuenit, qua inferiores à Prouincialibus possint mittere, vel licentiare fratres suos ad alia Monasteria, quām Sanctæ Clariæ, & Sancti Dominici, nisi pro eleemosyna petenda, & prædicatione facienda, prout dicit Nicolaus 3. in declaratione Regulæ, excepta Concessione supra posita Eugenij, quæ tamen (vt prædictum est) videtur limitata, & restricta per subsequentes Cōcessiones strictas suorum successorū. Ita quòd, si absq; aliquo scrupulo, vellet aliquis frater ire ad Monasteria Monialium Sancti Benedicti, vel Sancti Bernardi, aut Sancti Spiritus, seu Sancti Iacobi, reliquarumque consimilium, quæ non sunt Sanctæ claræ, aut Sancti Dominici, pro visitatione spirituali consanguinearum, vel pro alijs quibuscunq; causis necessarijs, excepta prædicatione, & eleemosinæ petitione, oportet habere licentiam à Ministro prouinciali.

Collector.

Ista non
sunt in pri-
ma.

NO T A N D V M est etiam circa prædicta, quòd Superior, qui debet dare præfatam licentiam, debet esse Prælatus proprius fratri cui datur, quia debet examinare, an sit illius maturitatis, quām declaratio, seu concessio requirit. Et ad hoc est opus, quòd agnoscat illum. Vnde frater, qui repetitur vbi non habet Superiorum proprium, non potest licentiari per Prælatum Monasterij vbi tunc reperitur, etiam si sit Minister prouincialis, cum non sit Prælatus suus. Verumtamen, si frater habet licentiam sui proprij Superioris ad hoc, non esset necesse petere illam à Prælato Monasterij, vel Provinciali, vbi pro tunc est, quia sicut non potest illam concedere, ita nec amouere, cum nō sit Prælatus suus: quamvis tamen de facto possit illam impedire. Idcirco enim dicitur in declarationibus Regulæ: illi quibus à suis Superioribus, &c. & non dicitur absolutè à Superioribus.

Ex omnibus supradictis elicuntur sequentia. **P**rimum, quæ Generalis, & Prouinciales (habita causa rationabili) possunt dare licentiam suis subditis, vt accedant ad loca exteriora Monasteriorum quarumcunq; Monialium. Alterū, quòd Prælati inferiores Prouincialibus, prout sunt Guardiani, & Custodes, &c. habēt eandem auctoritatem, & facultatem, pro Monasterijs Sanctæ Clariæ, ac Sancti Dominici. Et in casibus sequentibus, pro quibuslibet Monasteriis, scilicet, pro visitandis Reliquiis, & tempore Stationū, ac Processionum generalium, & ad Ecclesiam Monialium, & ad habitationē fratrum

deputa-

A deputatorum obsequijs illarum, & pro prædicatione facienda, & elemosina petenda, prout supra dictum est. Itaq; inferiores Prælati habent minus, quām Prouinciales; quod nequeunt licentiare suos subditos pro visitationibus, nec alijs causis ultra superius expræssis, nisi ad monasteria S. Claræ, & Sancti Dominici, ut dictum est. Qui ergo, quod ad omnia voluerint habere facultatē, oportet, quod à Prouincialibus eis cōmittatur. ¶ Licet autem supradicta concessa sint per Provisionses Apostolicas; nihilominus aliquando committitur maior auctoritas Prælati inferioribus, vel minuitur, aut in totū aufertur per Cōstitutiones generales, seu prouinciales, vel Præcepto superiorum. Quo casu, illud debet obseruari, non curando de Cōcessionibus prefatis. ¶ De illis autē, quæ concessa, vel limitata sunt, circa hæc, in capitulis generalibus celebratis Florenciaci, Meclinię, Burdegalię, ac Burgis, & Assisię, non curamus hic dicere; quia illa transierūt, sicut, & Cōstitutiones vbi continebantur. Solum dico, quod stante aliquo statuto suspensiō auctoritatis in hoc casu cōcessę Prælati inferioribus Prouincialibus, nō est opus inquirere qualiter, vel quando, seu qua auctoritate possint licentiare suos subditos pro accessu ad loca exteriora Monasteriorū Monialium, cùm totaliter sit eis ablata potestas per prefatum statutum; nisi Prouincialis, aut Generalis super hoc fecerint eis nouam Commissionem, seu Cōcessionem. Solum enim Generalis, & Prouinciales habent auctoritatem Apostolicam ad supradicta, vt dictum est.

TANDEM quod ad prædicta solet queri, an Prælatus habens auctoritatem licentiandi suos subditos in casu supradicto, possit etiam licentiare seipsum, vel suam personam ad idem? Solutio huius quæstionis dependet ex solutione alterius quæstionis vniuersitatis, scilicet. Si ea quæ Prælatus potest facere erga subditos suos, possit similiter facere erga se ipsum? Verbi gratia. Potest dispensare cum eis; potest illos absoluere; potest illos licentiare ut accedat ad loca exteriora Monasteriorum Monialium, &c. si poterit his vti erga se ipsum, absq; auctoritate alia, seu licentia sui Superioris? Ad hoc respondent Abbas. in c. de simonia. & Ioannes de Imola, & Ioannes de ligna. in Clemen. Attendentes. de statu. regu. quod si prouiso est fienda per Abbatem, vt quia mandatur vel cōmittitur ipsi Abbat, vt possit absoluere monachos suo;

G tunc,

tunc ipse non comprehenditur. Si autem prouisio est per A
 alium fienda, tunc appellatione Monachorum comprehen-
 ditur Abbas. Ut potè, si Papa concedat, quod Monachi
 possint tali die absolui plenariè, &c. tunc enim compréhen-
 ditur Abbas. Et in cap. Magne. de voto, dicit idem Abbas,
 quòd Episcopus, & similes Prælati non possint dispensare in
 votis à se emissis, sicut possunt dispensare in subditorum vo-
 tis. Et Petrus de Palude in 4. dist. dicit. Sciendum est, quòd B
 nullus est iudex in sua causa, nec Superior sibi ipsi. Propter
 quòd nemo secum dispensare potest, nisi propter defectum
 Superioris; quia ubi mora est periculū allatura, dilatio sper-
 nenda est. Vnde nec Episcopus secum, sed Confessor eius in C
 omni casu, quo tempore Episcopus cum suo inferiori potest
 dispensare. Et hoc, quia conceditur sibi per cap. fi. de pœn. &
 remiss. Sed Papa potest secum dispensare, sicut cù alijs; quia
 Superiorem non habet, cuius auctoritate uti possit. Sed me-
 lius est, quòd suo Confessori committat, qui auctoritate D E I
 ipsum absoluat, eo ipso, quòd in Confessore ab eo electus est,
 &c. Nullus autem inferior secum dispēsare potest, nisi ius sibi
 concedat, sicut Constitutiones aliquorū Religiosorum dant
 Prælati, quòd vtantur dispēsationibus, sicut cæteri Fratres.
 Et Magister Vendelinus, qui perfecit opus Gabrielis super D
 4. sententiarum, refert præfatum dictum Paludensis, & cōclu-
 dit dicens. Vnde nec Papa, nec Episcopus secum dispensa-
 re potest, sed per suum Confessorem. In his verò, quæ sunt
 juris positivi, ex quo solutus est legibus, non eget Pape di- E
 spensione. ¶ Probatur idem à simili. Notum est, quòd Epis-
 copi, & Superiores Prælati possunt dare licentiam subditis
 suis, vt confiteantur cui maluerint. Sed quia ipsi non pote-
 rant hoc facere erga seipso, & contulit eis Priuilegium ius,
 vt ipso, & alij Prælati immediate subiecti Papæ, prout sunt E
 Generales Ordinum, possint eligere Confessorem, quem
 maluerint; vt in cap. fin. de pœnit. & remiss.

¶ Item nostris Provincialibus, Ministris, & Custodibus, ac
 eorum Vices gerentibus concessum est, per quodam Priuile-
 giū, vt possint absoluere Fratres suos excōicatos, & dispen-
 sare incertis irregularitatibus. Et quia visum est nō sufficere
 istud personis Prælatorū huiusmodi, obtenta est alia conce-
 ssio, vt similiter facere possint cum eis Confessores per ipsos
 electis prout habet in Mari magno fol. 56. tract. 2. & fol. 140.

¶ Item

Accedere ad Monasteriamonialium. 99

- A ¶ ITEM Hostiensis loquens de Prælatis Religiosis, & habetibus curam animarum, sicut refert Abbas in c. Conquerente de offi. ordi. ponit sequentia. Cauent sibi Abbates, & Canonici Ecclesiarum Cathedralium, quæ immediatè subsunt Episcopo, vel alio Superiori, vt ad eum recurrant in confessionibus; nam ab alio non possunt absolui, cùm à iudice non suo, absolutio facta, non teneat c. Omnis, de pœnit. & remiss. Dicit tamen dictus Hostiensis, quòd non vult damnare illos, qui hoc hactenus non seruauerunt, si mortui sunt; sed relinquit eos diuino iudicio. Et Florentinus dicit, quòd licet Hostiensis, & Guillelmus dicant, quòd cum est de more alicuius Ecclesiæ, vt unus Sacerdos audiat alium Sacerdotem, & absoluat, & Episcopus hoc sciens fieri, communiter tollerat, potest fieri; quia eo ipso præsumitur tacite approbare, ac licentiam dare. Non videtur (dicit præfatus Florentinus) ista opinio multum tutæ; quia post Hostiensem, & Guilemum, declaratum est per ius nouum in c. Si Episcopus de pœn. & rem. lib. 6. quòd nulla consuetudine potest introduci, vt aliquis præter Superioris licentiam, possit confiteri, & absolvi.
- B ¶ ITEM, sicut nemo potest generare seipsum, ita nec regenerare, vt in cap. debitum de Baptismo.
- C ¶ ITEM, inter dantem, & recipientē debet esse distinctio.
- D ¶ Et loquendo in particulari in nostro proposito, quod est dare licentiam pro eundo ad loca exteriora Monasteriorum Monialium, apparet clarius, quòd Prælatus nequeat accedere ad huiusmodi loca, sine licetia sui Superioris; quia cùm in hoc requiratur examinatio legitimæ causæ, ac maturitas religiosæ personæ, nullusq; debeat esse iudex in his, quæ suā personam tangunt, requiritur determinatio Superioris, qui iudicet, ac in eo dispensem. ¶ Si autem dicitur, quòd confusudo est in contrarium, potest responderi, quod in multis alijs illicitis, & iuri contrarijs accidit idem; sed non propter hoc excusantur in conscientia contrarium facientes. Circa quod dicit præfatus Vendelinus in 4. dist. 38. Ex quo Prælati selenumero dissimulant in positius Constitutionibus, ergo vbi non est data certa forma, & modus dispensandi de iure scripto, sufficit, cum sciunt suis legibus passim contraire, quòd nō contradicant, nec reclament verbo, aut facto, cùm tamen liberè contradicere possint, secundū Gersonem in regulis moralibus. Sed licet hoc procedat de abolitione legum suarū po-
- E

situarū, non tñ huiusmodi non corre&atio transgressionis voti, aut dissimulatio nuda sufficit in foro conscientiæ ad relaxandum votum, si est adhuc obligatorium. Hic enim opus est, Prelatum vti iure suo, & ex auctoritate dispensare, & de hoc certiorem reddi dispensatum, si vult esse tutus; Secus de suis Constitutionibus, quæ possunt non obseruatæ abrogari, & poter fieri prescriptio. hec ille. ¶ Ex prædictis patet clare, non se qui, quod aliquis possit disp̄sare secum, aut facere erga se ipsum, quod potest erga subditos suos, imò remanet optimè probatum. Quid ergo dicendum? Rñdetur, quod debe ret prouideri in hoc per concessionem Apostolica, qua concederetur, quod quilibet Prælatus posset dispensari, & prouideri, seu licentiari in huiusmodi casu, & similibus, per Confessorem electum ab ipso, in oībus quæ ipse posset dispensare, ac prouidere circa subditos suos. Interim autem, quod talis Cōcessio non habetur, oportet, q Capitulum generale per suā Constit. istud declararet, atq: oncederet. Sed adhuc tunc remaneret Generalis absq; prouisione, pro quo non potest excusari licentia Apostolica. ¶ Si aut̄ queratur, cum nunc non habeatur prouisio Apostolica, nec Capituli generalis, qualiter in hoc se habeant Prælati? Rñdetur quod inferiores Provinciali, vt Custodes, & Guardiani, debent prouideri in hoc auctoritate sui Prouincialis, pro quo data est forma, eorum, scilicet, q debent petere, & necesse habent obtinere, in Speculo Fratrum Min. fo. 24.col. 2. Et oportet, q in hoc sint premoniti, seu ausiati, vt dici solet, quatenus sine scrupulo procedant in rebus suis. Prouinciales verò attendant suam cōmissionem, quam generalis dat eis, videantq; vtrum præfata facultas contineatur ibi, vel cōprehendatur in contentis ibidem. Generalis autem fortè posset iuuari de.c. fi. de p̄cen. & rem. quod capitulum, licet solum loquatur in confessione, videtur posse etiā intelligi in dispensatione, prout aliqui doctores dicunt. Et idē in alijs, q sunt annexa istis. Ethoc, quia sunt exēpti, & Prælati immediati Papæ. Istæ.n. tres conditiones dēbent concurrere in inferioribus Ep̄is; vt Privilegio dicti c. vti possint, & gaudere, prout communiter Canonistæ intel ligunt. Et quia in alijs Prælatis, vt sunt Prouinciales, Custodes, & Guardiani, deficit vna prædictarū conditionum, sci licet esse immediatos Papæ, non conceditur eis aliquid per supradictum c.f. licet aliter senserit Compositor Margaritæ.

¶ Verius

- A ¶ Verum est tamen, quod quantum ad accedendum ad loca exteriora Monasteriorum Monialium, Generalis, & Prouinciales, non obstantibus supradictis, poterunt accedere in Monasterijs Monialiū suæ gubernationi subiectis; quia ipsi sunt Visitatores illorum, habita tamen necessitate, seu aliqua rationabili causa, suum officium tangens. Attamen pro Monasterijs suæ gubernationi non subiectis, erit necessaria licentia, ut supradictum est. Si autem alicui visum fuerit, quod ista sit scrupulosa nouitas, attribuat culpam fundamentis superius adductis, quæ clarissimè hoc dicunt, & probant. Vel si inuenerit solutionem supradictorum fundamentorum, vel vnde dissoluat, quod huiusmodi fundamenta probat, potueritq; fundare contrarium, sequatur illud.
- B ¶ Ceterum, ita ista, quam reliqua in hac materia superius posita, qui latius voluerit videre, reperiet optimè posita, in tractatu Clipeus sacrarum Monialium denominato, per Reverendum, ac doctissimum patrem bonæ memorie Fratrem Ioannem de Argumane editum.

ANNOTATIO CORDVB AE.

- V**O A D §. 4. ibi Nic. 3. conformiter ad Greg. 9. in sua declaratione prohibet nobis Fratribus Min. accessum ad loca exteriora Monasteriorum Monialium. Quæritur primo. utrum nobis sit etiam prohibitus ex vi Regulae prædictus accessus? ad quod respo deo, quod hic est duplex opinio. Prima est multorum, & videtur communiter sic haberi, & practicari, quod, scilicet, ex vi Regulae solum est prohibitus nobis ingressus ad præfata Monasteria. Accessus autem ad præfata loca exteriora, non est nobis ex vi Regulae nostræ prohibitus, sed, solum præcepto Papali, seu Ecclesiastico, seu Prælatorum nostrorum; Probant 1. scilicet, quod præfatus accessus non est prohibitus nobis per Regulam, quia Regula solum facit mentionem de ingressu, ut patet.
- E Item Hug. cap. 10. videtur id innuere, quamvis non clare, & tract. 10. plag. paupertatis plag. 8. & 9. & specul. Fratrum Min. fff. 10. id expressè tenet, & multi alij, & quidem satis docti sunt ad idem. Alia est Alia opin. Opinio, quæ mihi etiā videtur probabilis valde, quod scilicet ex vi Regulae, & de eius intentione, prohibitus est nobis præfatus accessus ad loquendum ad Monasteria quorūcunq; Monialium. ut sup. cap. 11. quest. 3. latius habetur, ibi videatur. Secundò quæritur, utrum præfatus accessus ad loca exteriora Monasterij Monialium quarumcunq; sit nobis Accessus ad loca exteriora.

Accessus
ad Monast.
Mon. an sit
prohibitus
ex vi Reg.

Accessus
ad loquen dum.

Accessus
ad loca ex

102 *Accedere ad Monasteria monialium*

prohibitus per Papam in hoc tempore. Respondeo, hic est duplex Opinio; prima est satis communis ferè omnium, & dicit quod sic, ut patet per Nic. 3. & Benedictum 12. ut habetur in Compendio tit. Accedere. §. 4. & 5. & non sunt reuocata hæc per Sixt. 4. in sua declaratione fol. 22. ff. 106. quia secundum hos sic opinantes, solum loquitur ibi Sixt. reuocando prohibitiones, & censuras ultra Regulam editas à Papa, ut teneat Collector in Cöpendio tit. Statuta ordinis. §. 1. nec reuocata sunt per

A **B** **C** **D** **E**
Alia opin. alium successorem, ut patet, ergo &c. Secunda Opinio est aliorum dicentium, quod præfatus accessus iam non est nobis prohibitus per Papā, vel per Ecclesiam. Ratio eorum est, quia Sixt. 4. ubi sup. reuocauit prohibitiones, & censuras omnes, ultra Regulam editas, non solum intra Ordinem, sed à Papa, seu ab alijs quibusq; specialiter pro nobis Fratribus Minoribus, quia sic videtur contineri in præfata declaratione Sixt. 4. Quid horum sit verius, & tenendum, sup. cap. 11. q. 3. latius habetur. Nam, & adhuc manet prohibito generalis Papalis, seu Ecclesie, facta omnibus Christianis de cauendis familiaritatibus, & frequentia Monasteriorum quarumcunq; Monialium, quæ habetur in Compendio tit. hoc, scilicet. Accedere. §. 1. & 2. & 3. & per Bonif. 8. lib. 6. de statu regulari. periculoſo, ut habetur in Compendio tit. clausura. §. 1. quia tales prohibitiones generales non reuocantur per Sixt. 4. sed solum specialies factæ pro nobis specialiter, ut hoc probabitur latius infra tit. Ingredi. §. 19. & iūl. Statuta; quamvis quidam pater eruditus oppositum fuerit opinionis quod ad hoc. Similiter, non reuocantur prohibitiones successorum post Sixt. 4. siquæ post hac fuerunt, quia par in parem non habet imperium. Similiter nō reuocantur prohibitiones nostrorum Prælatorum, aut Cap. Generalis, & Provincialis, quod ad hoc post Sixt. 4. & quia solum reuocauit præcedentia, non futura post eum, ut patet in prædicta Declaratione, seu Priuileg. Sixt. 4. Ideo standum est cautè, & timoratè Præceptis, & Statutis Ordinis, etiam si Sixtus 4. reuocasset omnia præcedentia, etiam si per Regulam non esset prohibitus præfatus accessus, cuius oppositum probabile videtur, ut dictum est; & quod ad hoc vide quod proxime super §. 13. notatur: subsequenter, quid, & quomodo circa hoc statutum sit nunc in Ordine, vide de hijs latius quæ dixi in cap. 11. quest. 3. in expositione nostra Regulæ.

F Quoad §. 5. nouandum, quod illud statutum Benedicti 12. ponitur diminutè ibi à Collectore & melius ponitur ab eo in Comp. tit. Clasura. sic & nos paulò superioris cap. 11. q. 3. posuimus, in exposit. Reg.

G Quoad §. 13. ubi Collector resolut Concessiones factas nobis ad accedendum ad Monasteri Monialium, adde & tu, quod tandem pro hoc tempore statutum est in Cap. generali Tolosano, anno 1532. hoc modo,

Ar-

- A** Arceantur studiosissime fratrum accessus ad Monialium, & sororum loca, & nullo modo cum eisdem loqui possint, nisi a Ministro Prouinciali licentiam in scriptis habeant; liceat tamen hospitiū, & celebrationis gratia ad huiusmodi loca accedere, rbi fratrum Conuentus non sunt, bæc ibi. Notandum etiam, quod Concessiones concedentes nobis accessum, vel ingressum ad Monasteria Sancte Claræ, bene possunt extendi ad alia Monasteria Monialium, quibus eadem priuilegia communicantur; ut postea ad Moniales Conceptionis. & contra; dummodo sit omnino utrobiq; eadem ratio; putat, quod sint sub eadem clausure obligatione, & sub eadem obedientia, ut sunt Moniales Sancte Clæræ, & Conceptionis, quod ad ingressum erit idem iudicium. Non autem quod ad Moniales Sancti Dominici, etiam si habeant rotum clausuræ, ex quo non sunt sub eadem obedientia, quod ad accessum, videtur idem iudicium, & eadem ratio. Et ratio horum est, quia rbi est eadem ratio, ibi & idem ius, ut habetur in L. illud. ff. ad legem aqui. & not. glo. in cap. maiores, extra de baptis. super vers. in consimilibus; quod notetur pro communicationibus priuileg. ut hoc notauit quidam pater satis eruditus in huiusmodi.
- B** Quidad idem, rbi Collector dicit duo: Primum, quod Superior qui debet dare licentiam fratri ad prefatum accessum, debet esse Prælatus proprius fratris ipsius, cui conceditur licentia, & non aliis, in cuius Conuentu est hospes. Secundò dicit ibidem paulo inferius, quod non obstantibus supradictis Concessionibus Papalibus, standum est Statutis nostrorum Cap. Generalium; & Prouincialium circa hoc, bæc ille. Quidad primum, de licentia Prælati proprij, &c. dic quod hoc est verum reguliter, & vniuersaliter, & stando in rigore ipsorum priuilegiorum. Sed quia, consuetudo est optima interpres legum humanarum, & præualet ipsis legibus (ut est communis regula Turistarum, & Theologorum) & in Ordine nostro est consuetudo, quod dum Frater hospes est in Conventu alterius Prælati, seu in aliena Prouincia, tenetur illi obedire, saltem in pertinentibus ad gubernationem exteriorum actuum, & reputatur ille, pro tunc suus Prælatus, ut ab eo gubernetur, et ei prouideatur in suis necessitatibus corporalibus, & spiritualibus interim emergentibus. Ideo, si a tali Prælato præcipiatur tali fratri hospiti, ut vadat ad sociandum aliquem Confessorem, seu Fratrem, ad Monasteria Monialium, etiam ad intrandum clausuram cum eo, in casu quo alias potest licite intrari, seu si occurrente necessitate, sine fraude talis Prælatus det illi licentiam, sicut suo subdito dare posset, videtur quod licitè fuit; quia sic quod ad hoc, videtur consuetudine practicari; ideo non est in hoc nimis scrupulandum, dum sincero, & simplici animo obeditur, & vivitur sine fraude. dico notanter, sine fraude, quia si quid in fraudem fieret non esset licitum, ut postea,
- C** Quidad idem, rbi Collector dicit duo: Primum, quod Superior qui debet dare licentiam fratri ad prefatum accessum, debet esse Prælatus proprius fratris ipsius, cui conceditur licentia, & non aliis, in cuius Conuentu est hospes. Secundò dicit ibidem paulo inferius, quod non obstantibus supradictis Concessionibus Papalibus, standum est Statutis nostrorum Cap. Generalium; & Prouincialium circa hoc, bæc ille. Quidad primum, de licentia Prælati proprij, &c. dic quod hoc est verum reguliter, & vniuersaliter, & stando in rigore ipsorum priuilegiorum. Sed quia, consuetudo est optima interpres legum humanarum, & præualet ipsis legibus (ut est communis regula Turistarum, & Theologorum) & in Ordine nostro est consuetudo, quod dum Frater hospes est in Conventu alterius Prælati, seu in aliena Prouincia, tenetur illi obedire, saltem in pertinentibus ad gubernationem exteriorum actuum, & reputatur ille, pro tunc suus Prælatus, ut ab eo gubernetur, et ei prouideatur in suis necessitatibus corporalibus, & spiritualibus interim emergentibus. Ideo, si a tali Prælato præcipiatur tali fratri hospiti, ut vadat ad sociandum aliquem Confessorem, seu Fratrem, ad Monasteria Monialium, etiam ad intrandum clausuram cum eo, in casu quo alias potest licite intrari, seu si occurrente necessitate, sine fraude talis Prælatus det illi licentiam, sicut suo subdito dare posset, videtur quod licitè fuit; quia sic quod ad hoc, videtur consuetudine practicari; ideo non est in hoc nimis scrupulandum, dum sincero, & simplici animo obeditur, & vivitur sine fraude. dico notanter, sine fraude, quia si quid in fraudem fieret non esset licitum, ut postea,
- D** Quidad idem, rbi Collector dicit duo: Primum, quod Superior qui debet dare licentiam fratri ad prefatum accessum, debet esse Prælatus proprius fratris ipsius, cui conceditur licentia, & non aliis, in cuius Conuentu est hospes. Secundò dicit ibidem paulo inferius, quod non obstantibus supradictis Concessionibus Papalibus, standum est Statutis nostrorum Cap. Generalium; & Prouincialium circa hoc, bæc ille. Quidad primum, de licentia Prælati proprij, &c. dic quod hoc est verum reguliter, & vniuersaliter, & stando in rigore ipsorum priuilegiorum. Sed quia, consuetudo est optima interpres legum humanarum, & præualet ipsis legibus (ut est communis regula Turistarum, & Theologorum) & in Ordine nostro est consuetudo, quod dum Frater hospes est in Conventu alterius Prælati, seu in aliena Prouincia, tenetur illi obedire, saltem in pertinentibus ad gubernationem exteriorum actuum, & reputatur ille, pro tunc suus Prælatus, ut ab eo gubernetur, et ei prouideatur in suis necessitatibus corporalibus, & spiritualibus interim emergentibus. Ideo, si a tali Prælato præcipiatur tali fratri hospiti, ut vadat ad sociandum aliquem Confessorem, seu Fratrem, ad Monasteria Monialium, etiam ad intrandum clausuram cum eo, in casu quo alias potest licite intrari, seu si occurrente necessitate, sine fraude talis Prælatus det illi licentiam, sicut suo subdito dare posset, videtur quod licitè fuit; quia sic quod ad hoc, videtur consuetudine practicari; ideo non est in hoc nimis scrupulandum, dum sincero, & simplici animo obeditur, & vivitur sine fraude. dico notanter, sine fraude, quia si quid in fraudem fieret non esset licitum, ut postea,
- E** Quidad idem, rbi Collector dicit duo: Primum, quod Superior qui debet dare licentiam fratri ad prefatum accessum, debet esse Prælatus proprius fratris ipsius, cui conceditur licentia, & non aliis, in cuius Conuentu est hospes. Secundò dicit ibidem paulo inferius, quod non obstantibus supradictis Concessionibus Papalibus, standum est Statutis nostrorum Cap. Generalium; & Prouincialium circa hoc, bæc ille. Quidad primum, de licentia Prælati proprij, &c. dic quod hoc est verum reguliter, & vniuersaliter, & stando in rigore ipsorum priuilegiorum. Sed quia, consuetudo est optima interpres legum humanarum, & præualet ipsis legibus (ut est communis regula Turistarum, & Theologorum) & in Ordine nostro est consuetudo, quod dum Frater hospes est in Conventu alterius Prælati, seu in aliena Prouincia, tenetur illi obedire, saltem in pertinentibus ad gubernationem exteriorum actuum, & reputatur ille, pro tunc suus Prælatus, ut ab eo gubernetur, et ei prouideatur in suis necessitatibus corporalibus, & spiritualibus interim emergentibus. Ideo, si a tali Prælato præcipiatur tali fratri hospiti, ut vadat ad sociandum aliquem Confessorem, seu Fratrem, ad Monasteria Monialium, etiam ad intrandum clausuram cum eo, in casu quo alias potest licite intrari, seu si occurrente necessitate, sine fraude talis Prælatus det illi licentiam, sicut suo subdito dare posset, videtur quod licitè fuit; quia sic quod ad hoc, videtur consuetudine practicari; ideo non est in hoc nimis scrupulandum, dum sincero, & simplici animo obeditur, & vivitur sine fraude. dico notanter, sine fraude, quia si quid in fraudem fieret non esset licitum, ut postea,

Statutum
generale
circa acces-
sum ad Mo-
nasteria
Monialium.
Concessio-
nes pro Mo-
nast. S. Cla-
rae exten-
duntur ad
alia.

Nota pro
communi-
catiōe Pri-
uilegiōrū.

Licentia
proprij Pre-
lati ad ac-
cedendum
ad Monast.
requiritur.

Sed quid
de fratrib⁹
hospi.

104 Accedere ad Monasteria monialium

Si quis eo animo veniret hospes ad Prouinciam , seu Conuentum alterius A
Prælati, ut de eius licentia colloqucretur cum Monialibus, nolens eam
habere à suo proprio Prælato ; tunc enim nō posset id licite facere in fr. au
dem. Fraus enim, & dolus in foro diuino, pariter & humano patrocina
ri non debet alicui . Quod ad secundum, quod standum est statutis cap. Ge
neralis, & Prouincialis , nō obstantibus Concessionibus Papalibus cir
ca hoc, &c. Notandum, quod hoc est verum, si prædicta Statuta fiant au
toritate Apostolica ad reuocandum Concessiones Papales , ut sup. titu.

B
Standum esse statu
tis genera
libus nō ob
stantibus
concessio
nibus Pap.
quod pos
lit.
B
absolutio. §. 7. notatum est , & quia Leo 10. fff. 17. Conc. 56. ut habe
tur in Compendio in hoc §. 13. concessit, quod possimus accedere ad præ
fata Monasteria, etiam ad loquendum cum Monialibus, secundum quod
in nostris capitulis Generalibus, & Prouincialibus fuerit statutum, &
limitatum, &c. Insuper , quia in singulis cap. Gener. ferè semper habe
tur auctoritas Papæ ad omnia ib. statuenda , &c. Ideo benè dicit Collector
generaliter loquendo ex præfata suppositione, auctoritatis Papalis,
quod standum est Statutis Cap. Gener. & Prouinc.

C
¶ Quod illi duo quæ in questione Collector dicit. Primū, quod Guar
dianus, & Custos, qui potest licentiare suum subditum ad præstatum ac
cessum, seu ingressum (in casu quo permittitur) non potest licentiare se
ipsum; sed à Superiori oportet habere licentiam pro se ; ratio eius est ,

D
qui potest
licentiare
alios an
terit licen
tiare se ip
sos?
Sed salvo meliori iudicio, dicendum est, quod Custos, & Guardianus be
nè potest licentiare seipsum, sicut & suum subditum ; nisi hoc ei expresse
probibeatur per Superiores : & ratio est , quia in actibus qui nō sunt in
risditionis, vel iudicariæ potestatis, sed superioritatis tantum, benè po
test quis licentiare seipsum, sicut & subditos suos, quomodoq; habeat
talem potestatem scilicet, ordinariam ex officio , aut ex commissione , seu

E
ex concessione facta sibi, ratione officij, maximè per Papam ; quia eo ipso
quo ipsi confiditur , ut possit licentiare alios , confiditur , & conceditur,
quod & seipsum similiter possit licentiare, nisi, ut dixi, specialiter id ei
probibeatur ex causa . Hoc patet in licentiando ad Ordines, ad itineran
dum, seu ut Religiosus exeat claustrum ad studia , &c. vel ut sit resili in
testamento, &c. huiusmodi ; ut recipiat legata , ut procuret pecunia pro
necessitatibus, &c. ut de his, & similibus patet in Summis, & alibi se
cundum subiectam materiam . Similiter secundum multos Doct. Præla
tus concedens Indulg. potest eas lucrari, sicut & subditi, quibus, eas con
cessit.

Accedere ad Monasteria monialium. 105

- A**cessit, ut patet in 4. dist. 20. & facit ad hoc Gaietanus. 2. 2. q. 96. art. 5. dicens, quod in suis legibus potest Superior eo modo secum dispensare, sicut & cum suis subditis, ergo similiter, potest Prælatus seipsum licentiare ad accessum, & ingressum, sicut & suum subditum; quia similiter est actus superioritatis, non autem iudicariae auctoritatis, seu iurisdictionis. Ad rationes autem, seu auctoritates, & Doct. in of positum allegatos per Collectorem. Respon. quod non sunt ad propositum; illa enim omnia procedunt, & loquentur de actibus iurisdictionis, vel iudicariæ absolutionis, quia in hijs nemo potest esse iudex sui ipsius, neq; in se exercere tales actus iurisdictionis, vel absolutionis iudicialis; vi hoc latius egimus in quodam tract. de Indulgentijs, & similiter de dispensatione Votorum, & huinmodi; quia tendit ad actum iudicariū, vel quia specialiter prohibetur, seu prohibitum declaratur, ne, scilicet, quis possit secum dispensare, sicut cum subdito, nisi in casu permisso: ut potest in necessitate, que non patitur moram, & huinmodi; ergo cum licentia ad accedendum, seu ingrediendum Monasteria, in casu alijs lictio, non sit
- B**actus iurisdictionis, vel iudicariæ absolutionis, nec sit prohibitum ipsis Superioribus, seipso licentiare, sicut & subditos, videtur quod possint seipso, sicut & subditos, licentiare: & facit adhuc consuetudo, que est optima interpres omnium legum humanarum, & aquila legi. Neq; est dicenda corruptela, cum non sit in se alijs peccatum, neq; peccatum sonens, ut patet. Quodad 2. quod dicit ibidem Coll. quod, scilicet, Ministri Prouin. Cust. & Guard. non sunt illi Prælati, quibus in cap. si. Ne pro dilatione, de paenitentia, & remiss. conceditur a iure, ut possint eligere
- C**onfessorem adhuc, ubique, & quotiescumque, ut ibi Prælati exempti conceditur, & in hoc ipse sequitur Opin. Sum. Ang. tit. confessio. 3. §. 5. secundum Hostien. Panorm. & Monald. Notandum, quod opposi, tenet Florent. 3. part. Sum. tit. 17. cap. 2. §. & in 1. part. defecerunt cap. 2. dicens, quod inter Prælatos inferiores Episcopo, quibus etiam ibi datur illi facultas eligendi Confessorem, computatur Prior, vel aliustalis, qui in eo Conventu non habet Superiorum. Et idem tenet Siluest. tit. Confess. 1. §. 8. post Palud. in 4. rbi etiam Silu. exemplificat de
- E**Priore subiecto Abbatii. Idem etiam tñnet Alex. de Ariostis in sua Summa part. 4. cap. 3. §. 6. ponens exemplum in Episcopis, qui sunt subiecti suo Archiepiscopo. Item Margarita Confessorum fol. 8. agens de hoc, ponit etiam Priores Prædicatorum. & Guardianos fratrum, dicens eos habere hoc Priviliegium dicti cap. si. de paenitentia, & remissio. & Sum. Ros. tit. Confessio. 3. §. 37. & supplementum eo tit. §. 14. tacite videntur idem sentire; ex quo indistinctè generaliter dicunt, quod omnes minores Prælati exempti gaudent Privilégio dicti cap. Ne pro dilatione.

Responde
tur ad ra
tiones in
oppositu.

2

An Minis
tri Custo.
& Guard.
sit illi Pre
lati quib
cõceditur
posse sibi
eligere cõ
fessorem.

Item

106 Accedere ad Monasteria monialium

Item littera ipsius cap. fi. rbi in tex. ad litteram sic habetur: Ne pro dilatatione pénitentiae periculum immineat animarum, permittimus Episcopis, & alijs Superioribus, necnon minoribus Prælatis exemptis, vt etiā præter sui Superioris licentiam, prouidum, & discretum sibi possint eligere Confessorem, hæc ibi. Quæ verba, scilicet (præter sui Superioris licentiam) cùm post omnia ponantur, & nihil distinguant; ergo comprehendunt omnes minores Prælatos exemptos, etiam non immediates Papæ. Nam si requireretur (vt ait Collector, cum alijs sue opinionis) quod tales Prælati essent subiecli immediatè Papæ, certum est quod non ponerentur illa verba, scilicet (præter sui Superioris licentiam) & facit ad hoc idem, Panormi. ibidem dicens, quod Prælatus, ibi sumitur in lata significatione; rñdē ait, quod Restores Ecclesiarum ibi comprehendantur. ergo habetur intentum pro hac 2. opinione, contra primam opinionem Collectoris, & aliorum, quos ipse sequitur. Et ad Hostien. qui fuit caput illius prime opinionis Collectoris; dico, quod non est locutus assertiuè, sed tātū dubitatiuè, vt potest rideri ex eius verbis, & si loqueretur assertiuè sic opinando, dico quod non valeat eius glossa, aut opinio contra texum apertum. Notandum tamen quod Guardiani Minorum, virtute huīus concessionis, non possunt absoluī ad libitum de casib[us] reseruatis, tam Provinciālib[us], quam alijs, virtute Regulæ, seu alterius iuris: quia super hoc nihil conceditur in illo cap. fi. Notandum etiam, quod hoc dictum Priuilegium, seu Concessio iuris communis concessa à Papa dictis Prælati, non potest tolli per Statuta Ordinis, aut per Prælatos superiores, nisi ad hoc habeant auctoritatem à Papa; quia Inferior non potest tollere concessionem Superioris, vt sup. Super tit. absolu. ord. D quod ad fratres §. 7. notatum est. Sed an iam Statuta Ordinis, auctoritate Papæ, abstulerint hanc concessionem à Guardianis? videtur quod non. Illud autem quod habetur in Constitut. Ordinis, quod, scilicet, fratres nulli confiteantur, rbiq; etiam hospites, nisi de licentia Prælatorū, secundum Priuileg. Bonifac. 8. constat, quod solum loquitur de subditis, non de Prælati quibuscumque, quorum nomine etiam Guardiani intelleguntur, vt inf. tit. Guardianis. §. 1. habetur.

Nota.

Concessio
hęc non po-
test tolli p
Statuta Or-
dinis.

Quod Pri-
uileg. habe-
tur sup. tit.
absolu. ord.
quodad fra-
tres §. 9.

Similiter, an præsumptum Priuilegium sit iam perditū quodad ipsos Guar-
dianos per non usum, aut per consuetudinem contrariam, aut per con-
trauetionem eorum, qui existentes hospites in Conuentibus alijs, non
nisi de licentia aliorum Prælatorum, in quorum Conuentibus sunt, confi-
tentur? videtur quod non, ad quod facere, videtur id quod supra tit.
Absolutio quodad seculares primo, super §. 19. notatum est, & longiore
examinatione opus est, & super omnia, standum censeo consuetudini Or-
dinis legitimè præscriptæ, & approbatæ.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z
CA

CAPUCCINI ANNOTATIO.



CIRCA hanc materiam intrandi, seu accedendi ad Monasteria Monialium, seu Regularium, obseruandæ sunt Constatu.
Greg. xiiij. Const. 36. in Bullario, & Papæ Pij V. Const. 22.
& 100. & ride plenius in verbo, Clausura Monialium; & in verbo,
Ingredi M^{on}asteria.

Incipit vbi
gratiæ ann.
1575.
Incipit re-
gular. ann.
1566.

B Est amen nunc notandum, quod Regulares adeuntes Monasteria Mo-
nialium, absq; Episcopi licentia, incident in pœnam excommunicatio-
nis, quam Episcopus suo edicto proposuit: nisi Regulares illi haberent ex
Privilio, quod non possent excommunicari; quia tunc deberent puni-
ri a suis Superioribus alia pœna. Qui regulares sic excommunicati,
non possunt absolvi a suis Superioribus, sed ab Episcopo, qui sibi hanc ab-
solutionem reseruavit. Ita sacram Cardin. Congreg. supra Concilium,
respondisse inuenitur die 9. Aprilis. 1587.



ALIENATIO BONORVM.



C ONCILIVM Constantiæ statuit, quod Genera-
lis Fratrum Minorum possit tollere quascunq; su-
perfluitates, sive sint in rebus mobilibus, vel im-
mobilibus, quantum fieri poterit bono modo, ha-
bito semper consilio maiorum, & discretorum. Ac eligendo
D (si opus fuerit) alias personas, quæ ipsas superfluitates, au-
toritate dicti Concilij vendant, comitent, aut aliâs in ope-
ribus Conuentu conuertant. B. fol. 26. Et flo. 110. conc. 236.

Syndicus.

M ARTINVS Quintus, ut res oblatas, donatas, aut in
ultima voluntate relietas Ordini Fratrum Minorū, vel
Fratribus eiusdem Ordinis, quarum proprietas, & dominium
nullo modo spectat ad Romanam Ecclesiam, possit Procura-
tor, vel Syndicus, auctoritate Sedis Apostolicæ deputatus, res
E ipsas, & rerum prædictarū precium, nomine ipsius Ecclesiæ,
recipere, & in Fratrū ipsorum utilitates (prout eis licet ex
Regula, vel declaratione Regulæ) cōuertere, sicut & quando
a Generali, vel Prouinciali in Prouincia sua extiterint requi-
siti. Ac similiter quod' ijdem Syndici, vel Procuratores pos-
sint petere, exigere, recipere, & alienare prædicta. Circa que,
& alia plura, plenam, & liberam concessit facultatem. B. fol.
229. conce. 290.

Virtu-

Collector.

¶ Virtute verbi Alienare, in præfata concesſione positi, videtur, quod Syndicus, vel Procurator Sedis Apostolice, Fratribus Minoribus deputatus, potest vendere illa, quæ aliquo tempore fuerint in vſu Ordinis, seu Fratrum; & postea videatur superflua, vel minus vtilia, quam alia, quibus Fratres huiusmodi indigent, accedente tamen licentia Ministrorū Generalis, seu Prouincialiū. ¶ Ac similiter videtur, quod possit idem Syndicus, vel Procurator res præfatas impignorare pro aliquo mutuo habendo, ad necessitates Fratrum subleuandas. ¶ Fratres tamen prædicti, sicut nequeunt alienare, nec vendere; quia sunt actus proprietatis, sic etiam non possunt impignorare res suo vſui concessas; præcertim quia Nicol. 3. in declaratione Regulæ quæ incipit. Exiit qui seminat. §. Ceterum: dicit sic. Dicimus in primis, quod Fratres ipsi à mutuis contrahendis abstineant; cum eis mutuum contrahere, ipsorum statu considerato, non liceat. Et infra §. Quia verò, ait idem. Quia verò dominium librorum, & aliorum mobilium, quibus tam Ordo, quam Fratres vtuntur (quæ tamen non sint dominij aliorum) ad Ecclesiam Romanā ſpecialiter ſtare diuocatur, & quia libros, & mobilia interdū contigit, ſeu expedit vendi, vel etiam commutari; Fratrum vtilitatibus, & eorum conſcientijs prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum vſum Fratribus liceat habere, de Generaliſ, & Prouincialiū Ministrorum in suis administrationibus coniunctim, vel diuīsim auctoritate procedat. Quibus etiam de dispositione vſus talium rerum concedimus ordinare. Si verò res huiusmodi, estimato precio, vendi cōtingat, cum Fratribus ipſis per ſe, vel per aliū recipere pecuniam (Regula prohibente) non liceat, ordinamus, & volumus, quod talis pecunia, ſeu precium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius vſum Fratribus licet habere, per Procuratorem præfata ſede deputandum, iuxta modum in superioribus necessitatibus præteritis, & ingruentibus ordinatum.

Hæc Nicolaus tertius.

³
Ex iure co
muni.

CLEMENS Quintus, Monasteriorum, & aliarum administrationum regularium dispendijs occurrere volens, perpetuo prohibuit edicto, ne quis religiosus Monasterio, Prioratui, Ecclesiæ, ſeu administrationis cuius prædens, iura, redditus, aut possessiones eiusdem, aliqui ad vitam eius, ſeu

A seu aliud certum tempus, pecunia etiam inde recepta, quis modo concedat, nisi necessitas, aut vtilitas Monasterij, Prioratus, Ecclesiæ, aut Administrationis huiusmodi hoc ex poscat Conuentus sui, aut si Conuentum non habeat, Praëlati proprij assensu ad hoc nihilominus accidente. Si quis autem contrafecerit, pœnam suspēsionis ab officio eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius, recipiēti ius aliquod acquiratur. Verū præmissa ad locationes, vel etiam reddituum, aut fructuum venditiones ad tempus modicum faciendas, declaravit non extendi. Habetur in Clementina Monasteriorum, de rebus Ecclesiæ non alienandis.

P AVLVS Secundus, protulit excommunicationis sententiam in eos, qui bona Ecclesiastica quæcunq; alienāt, vel pactum (per quod ipsorum dominium trāsfertur) faciunt, cōcessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infestationem, vel contractum emphiteoticum (præterquam in casibus à iure permisis) aut de rebus, & bonis in emphiteosin ab antiquo concedi solitis: & tūc Ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari nō possunt, pro instantis temporis exigentia. Et similem sententiam protulit in eos, qui bona sic alienata recipiunt. Alienationemq; ipsam nullius voluit esse momenti. Habetur in extrauganti. Ambiosè.

D Eo Decimus concessit licentiam, & facultatem Abbatissis, & Monialibus Sæctæ Claræ ultra mōtanis, sub obedientia Fratrum Minorū regularis obseruantę existentibus, vt de consensu Ministrorum Prouincialium, ac maioris partis Conuentuum, possint bona suorum Monasteriorum (cuiuscunq; anni valoris, & qualitatis fuerint) pro alijs immobilibus, & stabilibus bonis, & annuis redditibus, & vassallis, in euidētem vtilitatem eorundem Monasteriorum permutare, seu illa vendere, vt ex precio illorum, alia bona eiusdem monasterijs vtiliora emantur; non obstantibus quibuscūque in contrarium facientibus. B fffo. 43. conc. 138.

E IDEM Leo concessit Abbatissis, & Monialibus S. Clare, ac Tertiarijs, vt pro emergentibus necessitatibus, & euidētibus vtilitatibus Conuentuum, & Monasteriorum suorum, possint vendi, & alienari, ac permutari quolibet bona immobilia dictorum Monasteriorum, de licentia tamen, & consensu Generalis, aut Prouincialium Ministrorum, & duarū partiū

Ex iurecō.
muni.

Pro monia
lib. S. Cla
ræ.

Pro monia
lib. S. Cla
ræ, & ter
tiarijs.

110 Accedere ad Monasteria monialium

tium Conuentuum Minorum, & Monasteriorum, quorum dicta bona fuerint. Ac similiter, quod de consensu maioris partis earumdem, etiam ultra triennium, locare (ultimo testatorum voluntatibus non obstantibus) dummodò id in Conuentuum, Locorum, & Monasteriorum ipsorum evidentē utilitatem (habita diligentि informatione à duobus, vel tribus viris locorum, in quibus bona talia consistunt) cedere dignoscatur. Super quo conscientias Prælatorum, & prædictorum bonorum virorum onerat. B. ffo. 53. conc. 152.

7 ¶ IDEM Leo fecit aliam Cōcessionem circa materiā Alienationis, quae habetur in dictione Bona. §. ultimo.

8 CLEMENS Septimus, extendit ad Ordinem nostrum regularis obseruantiae supra positam Leonis concessionē. §. 5. dummodò, recipiead pæcunia in domorum nostrarum reparationem, & earundem necessitates conuertantur; prout patet per Breue eiusdē Clementis, Dat. die 7. Mart. 1524.

A N N O T A T I O C O R D V B A E.

QUÒ AD §. 1. rbi Collector agit, quomodo per Syndicū possumus Alienare res pertinentes ad Papam, & impignorare, &c. latius vid. in Medulla. cap. 4. q. 16. Et quod ad impignorationes in eodem tractatu cap. 6. quest. 5.

C A P V C C I N I A N N O T A T I O.

Facultas
Fratribus
Minoribus
de obseruā
tia conceſſa pro alię
natione Bo
norum.

EO X. anno 1529. Fratribus Minoribus, Regularis obseruantiae, & Monialibus Ordinis Sancte Clari, ac Tertiariis Ordinis Sancti Francisci de penitentia nuncupatis, concessit bona immobilia alienare, ac permutare, de consensu duarum partium de Conuentibus, quorum dicta bona fuerint; ac de cōditione Bo sensu maioris partis eorundem, etiam ultra triennium locare (ultimo testatorum voluntatibus non obstantibus) dummodò ad id in Conuentū, & Monasteriorum ipsorum evidentē utilitatem cedere dignoscant. Insuper locationes, in præiudicium Domorum, & Monasteriorum ipsorum factas, retractare. Hæc habentur in Collect. Priuile. facta à Passarello. fo. 80.

Etiam poterunt reuocari, quando essent factæ in præiudicium successorum, ut Conc. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 11. statuit, dicens, quod locationes rerum Ecclesiasticarum, si anticipatis solutionibus siant, nullatenus

Accedere ad Monasteria monialium. III

A latenus in præiudicium successorum validè intelligantur, quocunque indulto, aut Priuilegio non obstante.

I D E M Clemēs ann. 1531. Magistro Generali, & Prouinciali Rō-
mano reformato, Ordinis Prædicatorum, concessit, ut Prouinciae refor-
mate, huiusmodi sibi subditis in Italia, Conuentibus, Fratribus, Mo-
nasterijs, Monialibus, nec non Collegijs, ac Personis vtriusq; sexus, de
pænitentia dicti Ordinis nuncupatis, vti possit facultate, licentiam con-
cedendi, bona Conuentuum, & locorum huiusmodi, ad certum tempus,

In §. 8.

Facultas
ord. Præd.
concessa.

B ac in perpetuum locandi, vel in Emphiteosim, ad lineam masculinam
concedendi, siue cōmutandi, aut quocunq; alio titulo alienandi bona
immobilia, & præciosa mobilia, minus vtilia, que nunc habent, & in
posterum, iuxto titulo, habituri sunt, pro euidenti rutilitate ipsorū Con-
uentuum; prouiso tamen, quod precium ipsorum bonorum immobiliū,
si vendantur, vel aliās quō uis modo alienentur, centum ducatorū aurū
de Camera, secundum communem extimationem, vlorem annum non
excedat; & in emptionem, & reparacionem, aut augmentum aliorum

C immobiliū, aut necessariorum bonorum, seū debitorum, realem solu-
tionem cum effectu conuertatur, & ad hoc accedit consensus duarum
partium vocalium Conuentus; cuiusuis Constitutionibus, & Ordinatio-
nibus Apostolicis, & specialiter felicis recordationis Pauli secundi con-
tra alienantes res Ecclesiasticas. 29. non obstantibus. Quæ Constitutio
reperitur Registrata in Lib. Priuilegiorum Ordinis Prædicatorū à Re-
uerendissimo Stephano Vsus maris, Collectorum. fol. 204.

Vsus mar.

D IDEM fuit concessum à Gregorio X I I I . Fratribus, & Monialibus
Ordinis Hæremitarum Sancti Augustini Conf. 9. Dum ad vberes, etc.
In Bullario ann. 1572. emanato; rbi ultra supradicta additur, vt quod
ad concessionem in Emphiteosim, illa fiat dummodo non fiat ultra duas
generationes, vel nominationes, absq; licentia Apostolica. Nec non vt
accedit etiam Prioris generalis approbatio, siue consensus, in supradic-
tis alienationibus, loco consensus Sedis Apostolicae. Nec ponitur illa
restrictio ducatorum centum aurū, vt in ea est videre.

Facultas
alien. data
Monialib^s
& Fratri-
bus S. Au-
gusti.

E T Congregationi Casin. Pius V: ann. 1571. facultatem dedit alien-
andi bona, vsq; ad 50. milia scuta (ultra alias facultates alienandi ei-
dem concessas, in Constitutione 127. Decet, & expedit) Ita habetur in
Constitutione sua 141. Decet ex benigno.

ALTA

ALTARE.

A

¹
Nūc est ob
seruādum
Decretum
Cōc. Trid.
de cel. mis.
fess. 22.

²
Edificare.
Cōsecrare

³
Celeb̄rare
diuina.

Collector.

⁴
Miffas.

⁵
Celeb̄rare

⁷
Reliquias.
Cōsecrare

Collector.



ONORIVS Tertius concessit Fratribus Minoribus, vt possint super Altari portatili Missas celeb̄rare, absq; vltiori licētia Pr̄latorum Ecclesiæ, seu Ordinariorum. B. ffo. 83. conc. 242. & conc. 243.

HONORIVS Quartus cōcessit, vt si Diœcesani requisiți à Fratribus Minoribus debita humilitate, noluerint in Ecclesijs eorum, primarium lapidem ponere, ac Ecclias, vel Oratoria, & Altaria sua consecrare, vel id facere vltra quatuor mēses distulerint, possint pr̄dicti Fratres per quoscumq; voluerint Episcopos (gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentes) pr̄missa recipere. B. fol. 17. Et ffo. 101. concess. 112.

CLEMENS Quartus concessit, quōd in locis vbi fratres degunt, possint habere Oratoria, in quibus, cum Altari portatili, possint Missarum sollempnia, & alia diuina officia celebrare, ac etiam ecclesiastica recipere Sacra menta. B. fol. 76. Et fol. 140. 313.

¶ Aduerte, quōd supradicta Concessio impetrata est, quādo Fratres non habebant Ecclesiam in aliquo loco,

SIXTUS Quartus concessit eisdem Fratribus, vt non solum in Oratorijs, & locis, quibus degunt, sed etiam in quoquis alio loco congruenti, & honesto, possint super Altari portatili, Missas liberè, & licetē celebrare. B. fol. 59. Et ffo. 143. concess. 344.

¶ IDEM Sextus concessit quādam alia pertinentia ad Altaria. Et hæc habentur infra in dictione Benedicere. §. 5. & 6.

ALEXANDER Sextus, fecit quādam concessionem circa hanc materiam, quę habetur in dictione Missa. I. 6. 7.

¶ IDEM Alexander concessit, vt Fratres Mino. possint sine aliquo scrupulo alicuius Censuræ, mittere Reliquias extra urbem Romam, pro consecratione Altarium, & lapides cuiuscunq; generis, siue consecratos, siue non. o. ffo. 70. conc. 174. Et ffo. 99. concess. 357.

¶ VLTTRA omnia pr̄dicta, vide nonnulla alia pertinētia ad Altaria, infra in dictione Benedicere. §. 12. & 13.

CA.

A CAPUCCINI ANNOTATIO.

B S E R V A N D U M est, Concil. Trid. sess. 22. de euitand. in celebratione Miss. rbi inter alia habetur. Ne Episcopi patiantur, priuatis in domibus, atq; omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum cultum tam dedicata Oratoria, ab eisdem Ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium a Secularibus, aut Regulalibus quibuscunq; peragi, Priuilegiis quibuscunq; non obstantibus.

APPELLARE.

B ONIFACIUS octauus statuit, ut ad correctiones, & punitiones Fratrum Ordinis Minoru delinquentium, infligendas, Praelati Ordinis eiusdem, rimulis, & apicibus iuris postpositis, liberè procedere valeant, secundum consuetudines approbatas, & generalia facta, & fienda ipsius Ordinis instituta. Et quod prædictis Fratribus non liceat ab eisdem correctionibus aliquatenus appellare, prævia tamen in hoc deliberatione, & maturitate debita obseruatis. B. fol. 125. & ffo. 220. concess. 499.

P IVS Secundus prohibuit, ne aliqua persona cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel conditionis, quantumuis ex celsæ, aut sublimis, ecclesiasticæ, secularisue fuerit dignitas, audeat, quoquis quesito colore, ab ordinationibus, sententijs, sive mandatis Apostolicis, appellationem interponere, sub excommunicationis poena, ipso facto incurrenda, à qua, nisi per Romanum Pontificem, & in morris articulo, absoluи non possit. B. ffo. 138. concess. 581.

C Circa materiā appellationis aduertere, quod Sixtus 4. concessit, quod Generalis Fratrum Carmelitarum, ac etiam Augustinien. possit exercere suum officium, reiecta quavis suorum subditorum appellatione, prout habetur latè infra, in dictione, Generalis. §. 11. & 12.

V LIVS Secundus prohibuit, sub excommunicationis pena Fratribus, & Sororibus Ordinis Prædicatorum, ne a mandatis, & ordinationibus Praelatorum dicti Ordinis appellare valeant. Iudicibus verò quaruncunq; Curiarum, sub prefata poena districtè inhibuit, ne appellationes huiusmodi recipere, aut illas cognoscere quoquomodo præsumant,

H decer-

In §. 1. Cō
cil. Trid.

Correctio

Excommis
nicatio.

Collectio

Excommu
nicatio.

decernens irritum , & inane, quidquid secus attentari contigerit. B. ffio. 121. concess. 553.

CAPUCCINI ANNOTATIO.

In §. 1.

Rer hic aduertendum, quod ultra, quod a Papa Gregor. xiiij. Const. 34. sub pena excommunicationis late sententiae Summo Pontifici reseruata, & priuationis officiorum, ne ad secularia Tribunalia appellarent Fratres Minoribus de Observantia, prohibebatur: Concedebat enim eis etiam appellacionem ad Generalem, vel Protectorem, vel Papam. A sacra adhuc Congreg. Cardinal. est impositum decretum in ann. 1587. Appellatio hoc ordine prosequatur. A Guardiano ad Provincialem, a Provinciali ad Generalem, a Generali ad Protectorem, a Protectore ad sacrum Congregationem, & etiam ista appellatio est permissa in Constit. P. Sixti V. 22. in 2. part. Bullarij, que incipit ad Romanum spectat Pontificem, ann. 1588.

Rimulis Iuris post-
positis quo
modo intel-
ligatur.

Notandum, quod dum dicitur, Superiores ad correctionem Fratrum, Rimulis, & Apicibus Iuris postpositis, liberè procedere posse; hoc intelligendum est, ubi Iustitia non periclitatur; ut habetur in cap. primo de dolo, & contum. Quare Superiores, per dicta verba, non eximuntur a iure communi, ad quod omnes Catholici tenentur cap. 1. de Const. extr. Nec ab eis, que sunt de substantia, & essentia Iuris: ut sunt testes idonei, legitime probationes, exceptiones, & legitimæ defensiones. Quoniam, sine ipsis Iudicium esset iniquum, ubi audiretur impugnatio, & non defensio. Sed eximuntur ab Apicibus, & Rimulis iuris, que sunt huiusmodi, Porrectio libelli, Citatio in die non seriata, & his similia, sine quibus in iudicio contentioso procedi non potest.

In §. 3.

¶ Idem Iulius secundus eisdem Patribus ordinavit, ut si quis Frater dicti Ordinis, aut Soror, sub cura, & habitu eiusdem, ob absolutionem ab officio Prioratus, Provincialis, vel Conventualis, seu Monasterij, a quocunque Superiori dicti Ordinis habente potestatem huiusmodi absolutionem faciendi, appellauerit; etiam praetextu grauaminis; aut appellacioni huiusmodi, quocunque nomine interposito, inhæserit, sit ipso facto, absque alia declaratione, absolutus, aut absoluta ab huiusmodi officio, pro quo appellatum est, ut habetur in Priuilegijs collectis a Reuerendissimo Vsus maris. fol. 246.

A P O S T A T E A B O R D I N E .

T Discretio materiae Apostatarum ab Ordine.

S CIENDVM est, quod circa Fratres apostatantes ab **C**ollector. Ordine, seu Religione, sunt multa, & varia Statuta, & ordinata per plures Summos Pontifices.

B **E**t istorum, aliqua pertinent ad excommunicationem & alias pœnas, quas huiusmodi Fratres incurunt, seu quæ cōtra eos possunt per Prælatos inferri. Hæc autem continentur infra in omnibus. §. vbi in margine est posita hæc dictio. Excommunication. **A**lia pertinent ad eorūdem Apostatarum reductionē, & correctionem. Et hæc habentur infra ubique in margine ponitur hæc dictio. Correctio. **N**onnulla verò spectat ad formam, & modum licentiandi, aut ejiciendi tales Fratres, vel alios consimiles ab Ordine. Ista aut̄ habentur etiā infra in omnibus. §. qui in margine habent sequentes dictiones, scilicet, Eiecti ab Ordine, vel licentiare Fratres.

C **R**EGORIVS nonus statuit, quod post factā professio-
nem, nullus Fratrum Ordinis Minorū audeat relinque-
re prædictum Ordinem, nec relinquenter sit licitum alicui
retinere, sub excommunicationis pœna per Prælatos in ta-
les Fratres infligenda. B. fo. 201. concess. 493.

Excommu-
nicatio.

I **N**O C E N T I V S quartus prohibuit districte, ne egressi
ab Ordine nostro, proprio suo motu; aut expulsi pro suis
culpis, & demeritis, præsumant prædicare, aut docere, vel
Confessiones audire (nisi de licentia Papæ, aut Prælatorum
nostrorum) ad alium transferint Ordinem. Et voluit, quod
si forte contra huiusmodi prohibitionem, aliquid attentaue-
rint, possint Generalis, & Prouinciales Ordinis, in illos ex-
communicationis sententiam promulgare. B. fol. 36. Et fo.
220. concess. 271. De hoc vide infra. §. II.

Eiecti ab
ordine.
Prædic-
tio.
Cōfessio.
Excommu-
nicatio.

E **I** **D** E M Innocentius præcepit omnibus Ecclesiarum Præ-
latis, vt omnino evitent Fratres Minores discedentes ab Or-
dine post professionem, præsertim si sint excōicatione nota-
ti. Ac quod illos (cum requisiti fuerint à Ministris, & Custodi-
bus) denuntiari faciant fore excōicatos, vt cum demum se
recognouerint inter homines humano carere solatio, ad Or-
dinē suum, & ad reddendum Deo votū, quod in eius suscep-
tione deuoverant, reuertantur. B. fo. 37. Et fo. 121. conc. 163.

Excommu-
nicatio.

E **I** **D** E M Innocentius decrevit, quod retinētes Fratres Mi-
nores, 5
H 2 nores, Excommu-
nicatio.

nōres, sine licentia récedentes, sint ipso facto excommuni-
cati. B. fo. 260. concess. 651.

6
Excommu-
nicatio.
Correccio

¶ IDEM Innocentius concessit, quod Generalis, & Prouinciales Ministri, ac Custodes, & cæteri Fratres Ordinis Minorum possint, Apostatas, & insolentes dicti Ordinis excommunicare, ligare, capere, & carceri mancipare, si videbitur expedire. B. fol. 37. Et fo. 121. concess. 264.

7
Prohibitio
Licetiare
fratres.

ALEXANDER quartus præcepit in virtute sancte obedi-
tientiæ, ac districte inhibuit quibuscunq; Prælatis, Su-
perioribus Fratrum Min. ne aliquibus Fratribus dicti Ordini-
nis assidentibus se non posse ipsius Ordinis obseruantias su-
stinere, concedant licentiam træsundi ad Ordinem S. Bene-
dicti, vel Cartusiensium, nisi sub ea conditione, quod in Or-
dine, ad quæ licentiantur, debeant permanere. Quod si con-
trafecerint, scilicet, transeundo ad minorem, seu minus stri-
ctum Ordinem, vel (quod absit) ad seculum reuertantur, vo-
luit dictus Pontifex, quod præfati Prælati possint circa tales
rigorem Ordinis exercere. Ac insuper decrevit, ut quidquid
circa Concessionem huiusmodi licentiæ secus factum fuerit,
irritum sit, & inane. B. fol. 26. Et fo. 28. concess. 22.

8
Prohibitio
Licetiare
fratres.
Excommu-
nicatio.

CLEMENS 4. inhibuit, ne quis, post professionem in Or-
dine nostro factâ, sine Generalis, vel Prouincialis sui li-
cetia, discedat ab ipso Ordine; ac quod discedentē absq; cau-
tione litterarū, id est, licentia in scriptis alterius huiusmodi
Prælatorum, prætextu alicuius Priuilegij Apostolicæ sedis, D
nullus audeat retinere. Quodq; si fortè retinere præsumper-
it, possint Generalis, & Prouinciales Ministri duntaxat cō-
tra ipsos Fratres discedentes sententiam excōicationis pro-
mulgare. B. fol. 57. Et fo. 141. conc. 327. Et fo. 83. conc. 244.

Collector.
Pro Guar-
dianis, &
Vicarijs
eorum.
Excommu-
nicatio.
Collector.

¶ Notandum, quod in Mari magno Fratrum Prædicatorū con-
ceditur supradicta facultas, nō solum Generali, & Prouincia-
libus, sed etiam singulis Prioribus Conuentuum, & eorū Vi-
carijs. Et ideò, ratione excōicationis Priuilegiorum, poterūt
gaudere huiusmodi facultate, respectu Fratru Min. Guardia-
ni, ac etiā eorum Vicarij, quando. s. sunt Præsidentes domorū
Fratrum, mortuo, vel amoto Guardiano. Et similiter intelli-
gendum est qñcunq; fit mentio de Vicarijs. Additur etiā in p̄fato
Mari magno Prædic. q̄ detinentes Fratres discedentes se-
cū, vel in Monasterijs, aut Ecclesijs suis, nisi eos eiecerint post
quā eis denunciatiū fuerit, sint excōicati. B. fo. 237. cōc. 354.

¶ Atten-

A ¶ Attende insuper circa præfata, quod in Mari magno Fratrum Carmelitarum additur quædam magna clausula, scilicet, quod possint Prælati Ordinis promulgare sententiam in retinentes Fratres discedentes, seu apostatas; siue tales retinentes sint laici, vel clerici. Et hæc est valde magna auctoritas cœcessa Prælatis Ordinis. Et credo, quod alibi non inueniatur similis. B. ffo. 183. concess. 452.

Nota.

B ¶ IDEM Clemens statuit, quod si aliqui de Fratribus predicti Ordinis, post obtētam licentiam à sede Apostolica, seu à Prælatis eiusdem Ordinis, ad religionem aliam transeundi, infra duos, vel tres menses, se ad aliam religionem suæ salutis congruam, non contulerint, & ipsius non suscepérint habitum regularem, licitum sit Generali, & Provincialibus ministris, ac Vices eorum gerentibus, contra ipsos, tanquam contra alios prædicti Ordinis apostatas, procedere, secundum quod honestati ipsius Ordinis viderint expedire. B. fol. 57.

Excommuni-
catio.

C Et ffo. 142. conce. 328. ¶ Quodā supradictam Concessionem est notandum, quod in Mari magno Fratrum Prædicatorum conceditur, quod non solum Generalis, & Provinciales, ac eorum Vices gerentes possint procedere contra Fratres supradictos; verūmetiam singuli Priors, & eorum Vices gerentes. Ac per consequēs, virtute communicationis Priuilegiorum, poterunt similiter facere Guardiani Fratrum Minorum, & qui ipsorum Vices habuerint. B. fo. 238. conce. 555.

Collector.

D ¶ IDEM Clemens concessit Generali, & Provincialibus Ministris, ut possint Apostatas dicti Ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcерare, & alias subdere rigori disciplinæ, tam per seipso, quam etiam per alios. Et hoc in quo- cunq; habitu eos cōtigerit reperiri, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. B. fo. 58. Et ffo. 14. conc. 329.

Pro Guar-
dia & Vic.

E ¶ In Mari magno Fratrum Carmelitarum, in §. Apostatas quoq; vestri Ordinis, &c. additur, quod prefati Fratres Apostatas possint capi, & incarcерari, &c. in quoq; loco, etiā si in Curia Romana inueniri eos contigerit, in qua, sicut extra, possint Prælati Ordinis super suos subditos, ratione professionis, tam tacite, quam expresse emisse, tanquam Ordinarij procedere. Et hæc concessio, credo, quod non reperiatur alibi. B. ffo. 186. conce. 470.

Correctio
Excommuni-
catio.

F IDEM Clemens inhibuit, ne Fratres, quos ab Ordine, fidei ab H 3 pro ordine.

Predicatio.**Cofessio.****Excommunitatio.****Collector.****Pro Guardia & Vic.**

12

Electi ab ordine.**Licetum.**

pro suis culpis, per Generalem, vel Prouinciales Ministros, aut Custodes expelli contigerit, vel qui egressi fuerint proprio suo motu, prædicare, confessiones audire, seu docere præsumant; nisi ad alium Ordinem, in quo licetè exercentur huiusmodi officia, transierint cum præfata licentia. Et quod si forte contra huiusmodi inhibitionem, aliquid super præmissis temerè attentare præsumperint; Ministri, & Custodes, ac eorum Vicarij, in illos, quos infra fines suarum Proninciarum, & Custodiarum (iuxta consuetudinem dicti Ordinis) distractos inuenient, talia præsumentes, monitione præmissa, auctoritate Apostolica, excommunicationis sententiam valeant promulgare. B. fol. 58. Et ffo. 141. concessione 330.

¶ Attende, quod in Mari magno Fratrum Carmelitarum, auctoritas in Concessione immediatè supraposita contenta, extenditur etiam ad Piores locales, & eorum Vicarios. B. ffo. 186. concess. 471. Ac similiter in Mari magno Fratrum

Prædicatorum conceditur præfata auctoritas singulis Prioribus Conuentualibus, & eorum Vicarij. Ita quod semper purificantur, quo ad ista, Piores Conuentuales, & eorum Vicarij; nisi ubi expresse distinguit Piores Conuentuales à Prouincialibus; quod tamen nunquam reperitur factum de Guardianis, & Vicarijs Fratrum Minorum. B. ffo. 238. concessione 557.

¶ De Vicarijs Carmelitarum oporteret inquirere quomodo se habent in vsu, sicut iam scimus de Vicarijs Prædicatorum. D

IDEM Clemens statuit, ut electos à prædicto Ordine, vel egressos, qui à receptione in eodem Ordine (suis culpis exigentibus) se reddiderint indignos; & alij Fratres eiusdem Ordinis, qui ex rationabili causa, ad quoscunque ordines approbatos (præterquam ad Beati Augustini Templariorum, & Hospitaliorum, ac aliorum Religiosorum arma portantium) ad vitandam occasionem euagādi, transfire voluerint, Generalis, & Prouinciales Ministri, cum suis testimonialibus litteris, auctoritate Apostolica, liberam habeant licentiandi facultatem. Et districtè inhibit, ne tales ad alium Ordinem aliter trāsire, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant, absq; licentia speciali sedis Apostolicæ, faciente de hoc plenā mentionem. B. fol. 58. Et ffo. 141. conc. 330. & 331. NI.

A N I C O L A V S Quartus statuit, & ordinavit, vt Fratres Ordinis Minorum, qui post professionem ab eis, in ipso ordine factam, ad quoscunq; Ordines, petita, vel non petita, obtenta, vel non obtenta à suis Superioribus licentia, immediatè, seu per alium, vel alios Ordines mediæ transierunt, vel etiam extra illos, ad nullam omnino administrationem, vel officium, curam animarum habentium, nec etiā ad aliquam Dignitatem, vel Prælaturam, seu Personatum,

Promotio
ad dignitas
tes.

B quoquomodo possint assumi, absque Apostolice sedis speciali licentia, per ipsius sedis patentes litteras concessa, facientes plenam, certam, & determinatam de statuto, & ordinatione huinsmodi mentione; decernens irritum, & inane quid quid secus fuerit attentatum. B. fo. 28. Et ffo. 111. conc. 2 39.

B O N I F A C I V S octauus concessit Prælatis Ordinis Minor. vt Apostatas, & insolentes dicti Ordinis, nisi huiusmodi Prælatorum salubribus monitis acquiescant, excommunicare, capere, ligare, & carceri tradere (si videbitur expedire) possint, & valeant, vt habetur in Constitutionibus, seu Statutis Ordinis generalibus, in cap. de correcione delinquentium.

Correccio
Excommuni-
cato.

M A R T I N V S Quintus statuit, vt nullus Religiosus, ex quibuscunq; Ordinibus Mendicantium, cuiuscunque status, conditionis, vel religionis existat, quomodocunq;; vel qualitercunq; possit, vel debeat, virtute cuiuscunque licentiae, aut indulxi Apostolici, in genere, vel in specie, ab Ordinibus huiusmodi Mendicantium, ad Monasticos ordines transferri, nec admitti, aut recipi (ordine Cartusiensi duntaxat excepto) sub pena excommunicationis, in quam tam recipientes, quād recepti ipso facto incurràt, & à qua, à nemine, nisi à Romano Pontifice dntaxat (præterquam in mortis articulo) excommunicati huiusmodi absolutionis beneficium possint quomodolibet obtinere. B. sol. 88. Et ffo.

Pro omni-
bus fratri-
bus mendi-
cantibus.
Recipere.
Excommu-
nicatio.

E 171. concess. 400.

V G E N I V S Quartus, & Pius 2. statuerint, quod si quis Prælatorum, vel Fratrum Min. tam Conuentualiū, quād de Obseruantia nuncupatorū, aliquem Fratrem fugitiū, seu Apostatam receperit; ab officio, cui præst, suspensus, & ad actus legitimos exercēdos inhabilis fiat eo ipso. Et quod huiusmodi frater fugitius, à suo Prælato vbicūq; repeti, ac pro crimine, & leuitate, aut alia suæ fugæ causa, corrigi, & puniri

Pro fratri-
bus obser-
uantibus, &
conuenientibus.

**Corre^{tio}.
Licetiare
fratres.**

possit. Ac quod si poitquā punitus, & correctus fuerit, redere voluerit, petere debeat licentiā, prout alijs ordinatum est. Nec de cetero à quo quis Fratrū de Obseruantia repeti possit; nisi forte constiterit, eum ad frugem melioris vita redire voluisse. Et decreuerunt insuper, quod si quis Prælatorū, vel Fratrum prædictorum, super restitutione fugitiuorum huiusmodi requisitus, illam facere noluerit, in suspensionis, & inhabilitatis prædictæ sententiam incidat eo ipso. B. fol. 6. Et ff. 90. conce. 197.

Collector. ¶ Circa hoc videatur infra. §. sequenti. Et oporteret examinare, & verificare, vtrum per Bullam Unionis, & Concordiæ, à Leone 10. factam sint sublatæ pœnæ.

17

**Licetiare
fratres.
Recipere.**

PIUS Secundus statuit, quod prætextu cuiusvis licentia, aut Cöcessionis, etiam per ipsum, & Sedem Apostolicam generaliter, vel specialiter cuicunq; sub quacunque forma, vel expressione verborum datæ, etiam si talis fuerit, quod de eius tenore, & nomine, &c. specialis, specifica, & expressa mentio habenda fuerit; nullus Prælatus, aut Conuentus, vel singularis persona, tam ecclesiastica, quam mundana recipiat, aut recipere faciat, audeat, vel præsumat, aliquem de Fratribus Min. Obseruantie, recedentem ab aliquo Conuento, sive loco; nisi ipse Frater, de licentia sui Superioris Prælati, in scriptis concessa, & facta, recesserit. In qua, de loco unde recesserit, & de persona, sive loco ad quem accedere voluerit, specialis, & expressa mentio fiat; decernens irritum, & inane quicquid secus factum, vel attentatum fuerit. B. fo. 27. Et ff. 111. conce. 238.

18

**Ex Priuile.
Fratrum
Carmelit.**

¶ IDEM Pius fecit quandam copiosam prouisionem cōtra omnes Principes, & Duces, ac alios Magnates fauētes apostatis, & alijs Fratribus inobedientibus Ordinis Carmelitarum, mandans procedere contra ipsos per censuras ecclesiasticas, & inuocationem brachij secularis. B. fol. 91. Et ff. 172. conce. 404.

19

¶ IDEM Pius concessit Generali, & alijs Prælatis inferioribus Ordinis Carmelitarum prædicti, vt omnes, & singulos Apostatas criminosos, incorrigibiles, aut delinquentes Fratres eiusdem Ordinis, quos iuxta Ordinis instituta, & consuetudines, cōmodè punire nequiverint, non solū pœnis, in statutis Ordinis contentis, sed etiam (si eorum demerita, & excessus id exegerint) arctioribus pœnis possint illos, tam per

A per se, quād per locorum Ordinarios, & eorum Officiales, seu alios Ministros capere, & carcerali custodiæ mancipare, ac torquere, & torqueri facere, & punire. Ita tamen, quod si eorumdem Fratrum excessus, adèo graues, & enormes fuerint, quod illorum occasione, questionibus subdi debeant, vel tormentis (citra tamen ultimi supplicij, mutilationisq; membrorum penas) questionibus huiusmodi subiici nequeat, vel torqueri, nisi cum duorum ex fratribus antiquioribus dicti Ordinis, ad hoc per Superiores deputatorum præsentia, & assensu. B. fo. 92. Et fo. 175. conceſſ. 409.

Correcțio
Nota.

P A V L V S Secundus statuit, quod Fratres Mino. Conuentuales nequeant recipere aliquos Fratres de Obser. træſ- fugas, seu ad eos fugientes, nisi ostenderint litteras licentiae, à Prælato suo per eos obtentas; in quibus cotineatur nomen Conuentus, à quo recesserint, & illius ad quem remissi sunt; etiam sub prætextu cuiuscunq; licetiae, super hoc, ipsis Fratribus Conuentualibus, eorumque Prælatis ab Apostolica Sede cœcessæ, quam, quod ad hoc, penitus reuocauit: sed illos ad Prælatos suos remittere teneantur. Et vice versa prohibuit, ne Fratres de Obser. recipiant scâdalosos, & criminosos Fratres Cœuentuales, disciplinam ordinis subterfugientes; sed illos similiter ad Prælatos suos remittere debeant; feruata tamen forma per Eugenium. 4. & Pium. 2. tradita, scilicet, supra in cōfessione. 16. & 17. Et voluit, quod contrafacentes, & eis dantes consilium, auxilium, vel fauorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, cuiuscunque status, gradus, vel dignitatis fuerint in Ordine, excommunicationis sententiam incurrat; Excomm à qua non possint, nisi à Romano Pontifice (præterquam in articulo mortis) absolutionis beneficium obtinere. B. fol. 9. Et fol 94. conce. 202. ¶ Considerandum est, vtrum prædictæ Collector prouisiones, factæ respectu Fratrum Obseruantium, & Conuentualium antiquitus, habeant nunc locum; quia in Bulla Concordia, per Leonem 10. facta in eadem materia, scilicet, receptionis Conuentuum, aliter ordinatum est. Nam licet quod ad receptionem Fratrum, quasi idem sit nunc, & tunc; tñ non imponuntur penæ antiquæ, nec sit relatio ad ipsas. Idcirco opus esset circa hoc habere declarationem Apostolicam, vel Iurisperitorum.

S IX T V S Quartus, prohibuit, ut nulli Fratrum Carmelitanorum, post factam in domibus suis professionem, fas sit, fine

20
Recipere.
Pro fratribus obseruantibus, & Conuentualibus.Licetiae
fratres.Excomm
nicatio.

21

22

Apostata ab ordine.

sine Prælati sui licentia, de eisdem domibus discedere. Discedentem verò absq; literarum Prælatorū dicti ordinis cautio-
ne, nullus audeat retinere. Et si quis forsan retinere ausus
fuerit, licitum sit Prælati eiusdem ordinis, in ipsos Fratres,
& eos, qui dictos Fratres retinent clericos, vel laicos, regu-
larem sententiam promulgare. B. ffo. 182. conc. 452.

¶ Aduerte circa prædicta, & nota maximam auctoritatem
cōcessam Prælati Fratrum, tam contra Fratres, quam quoad
alijs personas.

22

Excommu-
nicatio.

Recipere.

INNOCENTIVS octauus confirmauit litteras Sixti 4. in-
serendo illas de verbo ad verbum, in quibus statuit, quod
quicunq; Frater Minor regularis Observatiæ, absq; licentia
Generalis, vel Prouincialis sui, præsumperit recedere ab eo-
rum obedientia, seu apostatare, ipso facto excommunicatio-
nis sententia ligatus sit. Quam sententiā voluit, vt similiter
incurrant recipientes huiusmodi Fratres, nō obstantibus qui
buscunq; Privilegijs, & litteris Apostolicis, in genere, vel in
specie, quibuslibet locis, vel personis per sedem Apostolicā
concessis, & in posterum concedendis. B. fol. 37. Et ffo. 121.
concess. 265.

23

ALEXANDER Sextus edidit quādam Bullam magnam,
in qua copiosissimè, & sufficientissimè prouidit con-
tra Fratres Apostatas, aut exemptos, vel ad alios Ordines
translatos absq; licentia Prælatorum Ordinis, & obserua-
tiæ nostræ. Et quia longum foret explicare omnes clausulas
in ea contentas, idèo sufficiet remittere ad illam. B. fol. 14.
Et ffo. 98. concess. 209.

24

VLIVS Secundus confirmauit litteras Alexandri 6. im-
mediate suprapositas, prohibentes Fratres posse commo-
rari extra Domos sui Ordinis, nec se de vna Prouincia, vel
Custodia ad aliam transferre, etiam prætextu litterarū Apo-
stolicarum. B. ffo. 210. concess. 413.

25

¶ **I**DEM Julius dum esset Cardinalis, & Protector Ordinis
Minorum, fecit, auctoritate Apostolica, quandam processum
contra Fratres dicti Ordinis de obserua. transferentes se ad
Conuentuales, vel alijs quomodocunq; recedentes ab obe-
dientia obseruantia. Et quia huiusmodi processus multum
valet in hac materia, idèo oportet illum videre ad longum.
B. fol. 72. Et ffo. 155. concess. 374.

26

IDEM Julius promulgauit sententiam excommunicationis
contra

A contra Fratres Ordinis Prædicatorum, discendentes ab Ordine suo, sine licentia suorum Prælatorum, non obstante quocunq; Priuilegio Apostolico. In quam excommunicationem similiter incurront detinentes huiusmodi fratres secū, in suis Monasterijs, vel Ecclesijs, nisi eos eiecerint, postquā eis denunciatum fuerit. B. ffo. 237. concess. 554.

Pro Fratribus Prædicatorum.
Excommunicatione.

E IDEM Iulius præcepit Generali Fratrum Augustinensiū, in virtute sanctæ obedientiæ, ut Fratres sui Ordinis, cuiuscumque cōditionis fuerint, qui ab obedientia exierint, aut ēt habitum reliquerint, quacunq; auctoritate id fecerint, nisi ad arctiorem regulam, ubi actu obseruantur viuant, transierint; vigore quaruncunq; litterarum Apostolicarum, etiam si Protector Ordinis illas viderit, & etiam si concedendas aferuerit, eos ad Ordinem, & ad Ordinis loca reuocet; & Bullas auferat; & habitum sacrilegè relictū resumere cogat; inuocato, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Decreuit insuper Motu proprio, & ex certa scientia, ut Fratres, qui ab Ordine recesserint, aut habitum reliquerint, tunc, vel imposterum, nisi post mandatū dicti Generalis, infra dies octo, mandato proximos, ad obedientiam redierint, habitumque perpetuò gestandum resumpserint, excommunicationis latē sententiæ pœnam incurvant, à qua absolui, nisi, aut per Summum Pontificem, aut morte interueniente, non possint. Voluit etiam, & decreuit, eandem pœnam subire omnes, qui illic auxilium, consilium, aut fauorem prestiterint. Ac decreuit irritum, & inane quidquid super his, à quocunq; quauis causa, siue scienter, vel ignoranter contigerit attentari. B. ffo. 267. concess. 695. Et ffo. 76. concess. 226.

Pro Fratribus Augustiniū.

E IDEM Iulius confirmauit decretum Martini 5. ut nemo de Ordine prædicto, ad aliquem aliorum Ordinum (occasione arctioris Regulæ) transire possit. Voluitque, ut quisquis in dicta Religione, siue professus, siue ad sacros Ordines promotus fuerit (quam promotionem professionis loco, & esse, & haberi statuit) habitum dicti Ordinis relinquere, aut mutare nulla auctoritate possit; nisi missionē, litterasq; à Generali Ordinis obtinuerit. B. ffo. 266. concess. 694.

Pro Augu-
stiniū.

Ordines sa-
cri Profes-
sio.

E IDEM Iulius districte præcepit vniuersis Fratribus Ordinis Minimorum, sub excommunicationis latē sententiæ pœna, ne aliquem Fratrem Ordinis Minorum de obseruātia, aliquo modo, vel causa, recipere, vel retinere præsumant,

Excommu-
nicatio.

fine

Recipere.

sine expressa, & speciali licentia sedis Apostolicae, à volente transire ad illos specialiter obtenta. Non obstatibus quibuscumque, in fauorem dictorum Fratrum Minimorum, concessis. B. ffo. 12. concess. 48.

30

Excommu
nicatio.

Le Decimus dedit Fratribus Minoribus super huiusmodi materia, duas magnas prouisiones, in duobus Breuibus, quæ prius diuersis temporibus concesserat. Ac postea insimul de nouo concessit, cum aliquibus additionibus. In quibus Breuibus prouidet plenissimè contra Fratres apostatares, aut ab obediētia Ordinis qualitercunq; recedentes, absque licentia Prælatorum; inserendo ferè omnia, quæ omnes sui antecessores circa hoc disposuerunt. Ita quòd in hac materia non reperitur tām grandis prouisio facta. B. ffo. 50. concess. 146. vsq; ad 151. Concessionem.

31
Correſtio

PI DEM Leo concessit, vt Prælati Ordinis Min. obseruantiae, & alij Fratres, quibus ipsi commiserint, capere possint per se, vel manu aliquorum secularium, quoscunq; Fratres, extra obedientiam Obseruantiae vagantes; siue portent habitum, siue non, & eos detinere, quousq; ostendant se esse alterius obedientiae. B. fff. 62. concess. 202.

Collector.
Resolutio.

Epilogus præfatorum est, quòd Apostatas Fratres, idest, ab Ordine, absq; licentia discedētes, etiam in Curia Romana existentes, possunt Prælati Ordinis excommunicare. Ac etiam omnes alij Fratres capere, ligare, & incarcerare, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Et qui detinēt huiusmodi Fratres, etiam prætextu alicuius Privilegij Apostolici, nisi eos eiecerint, sunt ipso facto excommunicati, sine aliqua prævia monitione.

ANNOTATIO CORDVBAE.

Prohibitio
ne Fratres
siant Cap-
pellani.

V ò A D §. 5. notandum, quòd tempore ipsius Martini V. fuit Concilium Constant. in quo, & ipse electus, & magnum schisma finitum est, anno Dom. 1417. vt habetur in Summario Pontif. in lib. Ordinis fol. 11. in quo Concilio (vt habetur fol. 27.) statutum est, quòd nostri Fratres non fierent Capellani honoris, nec maneat continuè in domibus secularium causa Concessionis, vel alias.

Quod ad §. 24. notandum, quòd idem Iulius fff. 70. idem latius confirmavit, & statuit quodad Fratres Alino. & Prædicatores, quòd, scilicet, etiam causa studij, virtute quorumcunq; Privilegiorum, seu Statutorū, etiam

Aeiiam ipsarum vniuersitatium non possint extra Ordinem commorari sine licentia ipsius Ordinis, secundum mores, Consuetudines, & Statuta Ordinis ipsius; & notandum quod valet pro studentibus in vniuersitatibus quibuscunque, de quibus latius in hoc Compendio infra §. 30. & infra tit. Studentes fratres. Item idem Iulius 2. fff. 13. committit Pralatis, & ceteris indignitate constitutis, ut examinent litteras Fratrum noscitorum qualitercumq; ab obseruantia nostra, vel ab Ordine exeuntium, in quo-cumq; habitu fuerint, domus, aut conuentus nostri Ordinis.

Prohibitio
ne exeat
causa stu-
di sine li-
centia.

B Quod ad §. 28. ubi Iulius 2 statuit, quod promocio ad sacros Ordines in Religione August. habeatur pro professione, &c. videatur an idem sit iudicium in alijs Religionibus Mendicantibus, & an tanquam fauorable p. sit eis communicari, aut communicetur, & quem effectum habeat illa professio tacita, ut infra tit. Novitius §. 24.

Promotio
ad sacros
Ordines
quādo ha-
beat pro
professio-
ne tacita.

C Quod ad §. 30. notandum, quod idem Leo 10. fff. 94. anno Dom. 1517. viua vocis Oraculo fecit magnam concessionem que subsequitur, scilicet, concessit nobis in perpetuum quod possumus recuperare nostros Fratres, qui quomodocunq; de nostra obedientia exierunt, & illos ad regularem vitam reducere, non obstante, quod dicti Fratres habeant quascunq; litteras Apostolicas, etiam si in eis sit derogatum omnibus concessionibus in fauorem nostrum, & nostrae obseruantiae, & contradicentes Apostatas habitis. Et voluit, quod etiam si in litteris dictarum exemptionum sint Iudices deputati exequatores, & etiam si dicti Iudices, vel eorum aliqui fulminauerint Censuras, nihilominus dicti Fratres Min. possint recuperare, corrigere, castigare, & detinere Fratres suos, & hoc, in foro conscientiae tantum. De foro vero contentioso, quando Iudices ad petitionem illorum contra dictos Fratres procederent, essent examinanda litterae exemptionum suarum, cum litteris reuocatorijs, Ordini concessis, & tunc esset tandem fortioribus, & de hac materia Apostatarum videatur etiam in eodem Compendio tit. correctio. & tit. exempti Fratres.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

E O N C. Trid. sess. 5. c. 2. de Reform. iubet Episcopis, ut huiusmodi Fratres nullo modo permittant, in sua Ciuitate, vel Diocesi prædicare. Sed est aduertendum, quod societas Jesus, hoc priuilegium participans, declarauit, se non intendere obligare eos, qui à societate, quacumq; ex causa legitime dimittuntur, ut in eorum priuileg. verbo Apostata. §. 7.

In §. 2.

Hoc holie est de iure communi, contra retrocedentes, ut cap. nequaquam. 7. q. 1. & c. post trans. De Renun. ubi habetur, quod, si quis Episcopus

In §. 3.

pus

Cōc. Trid.
scil. 14. c.
ii.

pus reliquerit Episcopatum, ut Monachus fiat, sine licentia Papae, non A possit amplius esse Episcopus. Idem statuit Conc. Trid. sess. 14. c. 2. de Reformat, dicens, Nemo cuiuscunq; Ordinis Prelatus, vel superior, vigore cuiuscunq; facultatis, aliquem ad habitum, & professionem admittere possit, nisi, ut in Ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia, in Clauistro perpetuo maneat. Ac taliter translatus, etiam si Canonorum Regularium fuerit, ad beneficia secularia, etiam curata, omnino incapax existat. Hoc tamen Decretum de recipiendis, aut retinendis sic Fratribus alterius Ordinis, Pius V. in const. 91. Quaecunq; sacram B Relig. &c. debere intelligi, declaravit, quando scilicet secundum iuriis communis dispositionem transferint, vel recepti fuerint, alias omnia induita annullantur, ut infra dicetur.

In §. 15.

De materia retrocessionis, & quando quis dicatur Apostata, videnda est, cōst. Pauli 4. quæ postea quadam paenam, ibi taxatas, sunt reducta a iuram Iuris, per Pium 4. in const. 8. Item const. 43. Clem. 7. & const. 10.

Apostata
quis dicatur.

Pauli 3. & const. 60. Iulij 3. & Sylvestri. in verbo Apostasia. §. 9. dicit quod Apostata à Religione, est Religiosus profensus, sine licentia exiens a Monasterio, cum intentione non reintrandi illud, vel aliud; sed viuen- C di irreligiosè, putâ, clericaliter, aut laicaliter, vel inobedienter, quantumcunq; retineat habitum, ut dicit etiam Panor. in cap. 1. de Apost. vi-

Determi-
natio in cō-
stitutioni-
bus capuc-
inorum.

deas etiam, si vis, distinct. quam facit Caietanus. 2.2. q. 12. art. 2. Nos ante Capuccini, in nostris Constitutionibus, à Summo Pontifice approbatis, statim, atq; quis à Religione apostatauit, excommunicatur, & pro excōmunicato denunciatur; & ideo à tali excommunicatione absoluitur publicè quādo regreditur; sed in absolutione, an Prelatus debeat illum perse, vel per alii percutere, vide supra, in verbo, Absolutio ordinaria quā ad Fratres §. 20.

De transi-
tu Mend-
icantum ad Or-
dines Mo-
nachales
secundum
Iura.

2 Aduertendum est, quod cūm hodie per Bullam Pij V. nonagesima primā, supra notatā emanatā anno 1569. sint revocata quaecunq; pri- uilegia, præter iuriis communis dispositionem, recipiendi Fratres alterius Religionis; ideo notandum quid volunt iura per hoc Io. Andr. in c. sanc. de Regular. in nouella, post recitamat Theologorum opinionem, concludit, quod iura permitunt transitum, non respectu melioris Religionis, seu ma- E ioris, vel respectu finis; ut quia fructuofior est, aut alio modo, sed solum re- ffectu arctioris vita. Vnde præsupposito, quod Religio sit melior, & fru- ctuofior; tamen si non vivitur ibi strictius, non videtur licitus transitus, secundum iura. Idem Panor. in d. cap. sanè. & probat per c. licet de Reg. Ideo est sciendum, quod de transitu Mendicantium ad Ordines mon- achales, hæc volunt iura per const. Mart. V. quæ ponitur in exirauag. de Regul. & incipit, Ambitiosè, ut nullus Frater de Ordine Mendicantium posse

A posse transfire ad aliquem Ordinem monachalem (excepto Ordine Cartusienorum) nisi de licentia Papæ, quæ mentionem faciat de Const. Martin. alias ille esset excommunicatus; & Apostata, & similiter eū recipiētes. Quod si Religiosi Mendicantes, etiam de licentia Papæ transeant ad Ordinem Monachorum, non poterunt habere vocem, vel locum in Capitulo, etiam si ab eis concedatur. Nec poterit habere Prioratum, nec aliquam administrationem, nec quæcunq; officia, etiam annua; nec tanquam Vicarij, vel Ministri, vel loca eorum tenentes, possunt quodcunq; regimēn animarum exercere, sicut habetur in Clem. vt Professores, de Reg.

B Circa hanc materiā, est etiā aduertendum. An scilicet professus aliquis Frater habens parentes in necessitate positos, posset Claustra exire, ad subueniendum eis: & licet hinc inde sint opiniones, & S. Tho. in 2.2. q. 101. art. 4. & quolib. 3. art. 16. 30. art. 1. teneat partē negatiūā, cūm habeatur quasi mortuus mūdo, & viuat Deo, obligetur à iure impēdēda parentibus, & quod teneatur; tamen, saluasui Prælati obedientia, & suæ Religionis status pium eis subsidium adhibere. Tamen Sylvestr. in verbo Relig. 6. 5. 9. distinguit, aut pater, vel mater erant in necessitate, antequā filius ingredieretur Religionem; aut non. Primo casu concluditur, quod filius teneretur exire Claustrum, cum limitatione tamen, si filius existens in Claustro, non poterit eis subuenire. Hac etiam opinionem sequitur Nauar. in Sum. c. 14. num. 14. In secundo autem casu dicitur, non teneri, nec debere exire, & patri subuenire. & licet Caietan. in 22. vbi supra aliam afferat distinctionem, pro concordia opinionum; attamen ego tutorem partem sectando, in similibus consulerem, recurrentum esse ad summum Pontificem. Multoties enim est risum, litteras absolutorias esse datas à Papa, durante tamen necessitate parentum.

C Est itidem aduertendum, quod bona acquisita in Apostasia, sunt Cameræ Apostolicæ, per cons. 4. Greg. XIII. vbi reuocat concessiones Pauli, & Pij 4. qui prius statuerunt esse Monasterij.

D Est etiam aduertendum, quod nobis Capuccinis non licet recipere Fratres de obseruantia, etiam in alieno habitu, absq; licentia inscriptis suorum Superiorum, vel licentia speciali Summi Pontificis, vt infra, in verbo, Recipere dicetur.

E Item notandum, quod Casinenses ab Eugen. 4. habent priuilegium, per quod prohibetur, nè Monachi abstrahantur à sua Religione, nec sponte renientes recipiantur, etiam occasione arctioris vitae. Ordinis, & Religionis, absq; consensu Capituli generalis, seu Præsidentis, & maior. s parti Visitatorum dictæ Congregationis, sub pena excommunicationis latæ sententie. Dicit tamen Nauar Cons. 59. lib. 3 de Reg. quod præstatum priuilegium non reuocatur per Conc. Trid. Sed reuocatum, vel limitatum certè

An professus
propter
inopiam pa-
rentum pos-
sit exire
Religionem
& quolib.
30. ar. 9.

Bona acq-
sita in Apo-
stasia cui
sunt.

5
Capucci-
nis non li-
cere reci-
pere Fra-
tres de ob-
seruantia.

6
Priuilegium
Casinensi.
Nauar.

certè fuit per Innoc. 3. in c. licet, de Regul. per quod statuit, ut non obstante tali privilegio, possit Regularis transire ad arctiorem vitam petitam licentia, licet non obtenta. & sic ibi Nauar. consulit, Carthusianos incurrisse in penam praestam, ob receptionem cuiusdam Monachi Casinensis, licentia non petita ab eo.

7 Et notandum est illud, quod determinatum est à Nauar. in supposito consil. lib. 3. de Reg. vel Religiosum, vel Monachum transeuntem legi timè ad aliam Religionem, teneri tacitè, vel expressè profiteri illam, salte quod ad obseruantiam illorum, quæ seruari debent in illa, ultra substantia- Alia vota; cum presupponatur esse arctioris obseruantiae, ad quād profesio prima non extenditur. B

8 Item, nec posse secum quicquam aportare in eam Religionem, in qua transit, ex his, quæ habebat. Idem Nauar. determinat. lib. 3. consi. Niceno, de voto, & voti redēp. conf. 14. & fustius dicā, In verbo, Recipere.

EX PRIVILEGIIS SOCIETATIS IESV.



Pœna qua
recedētes
à societate

ON CEDIT VR Societati Iesu, ut si quis eorum, post omis-
sa vota, secundum Constitutionem Societatis Iesu ab ea, ad
seculum recederit, etiam pretextu cuiusvis Indulsi concessi,
aut concedendi, absq; expressa sui Superioris licentia, ad id,
ab eo specialiter obtenta, ipso facto sit excommunicatus & absolvi ne-
queat, nisi a Romano Pôtifice, vel Superiore Societatis. Habetur in litte-
ris à Pio Quinto editis pag. 94. & seq. Postea Greg. 13. per suam Con-
stitutionem (ut habetur pag. 233.) statuit, deficientes à Societate præfa- C
ta post tria vota, & si simplicia, elapsio biennio probationis omissa, tan-
quam veros Apostatas posse puniri, & excommunicationis latæ sententiae D
& alijs Apostatarum pœnis, sedem Apostolice, vel generali Præposito
Societatis reseruatis, subiacere.

Nō possūt
ad aliū or-
dine tran-
sire.

Item cautum est, per Priuilegium Societatis Iesu, ut nemo post emis-
sa vota, secundum Constitutiones eiusdem Societatis, siue professus siue sco-
laris, siue conductor sit ad alium Ordinem, praterquam Carthusiens: nisi
de expressa licentia ipsius Præpositi, aut Sedis Apostolice, transire pos-
sit. Paulus 3. in lit. Apost. pag. 33. Idem cauetur, ne quis faciat, sine ex-
pressa licentia sui Superioris, & latius confirmatur d Pio 4. in lit. Apost.
per Pium V. editis, ut patet pag. 94. & sequenti; proposita pœna excom-
municationis, ipso facto incurrenda, Romano Pontifici, vel Superiori So-
cietatis, reseruata, tam in Religiosos, qui præfatos recipiunt, quam in ip-
pos receptos recedentes, etiam pretextu cuiusvis indult, concessi, aut con-
cedendi, etiam quæsito colore ob frugem melioris vita, aut strictioris E
obser-

A obseruantiae, quodque secus facta non teneant.

Statuitur item in ijsdem litteris, quod transeuntes ad Caribusenses, intra sex menses, ad alium verò Ordinem infra tempus, eis à suo Superiore præfigendum, dictos Ordines actualiter ingredi; & si in illis permanere nolint, aut non possint, absq; nulla mora, ad Societatem ingredi teneantur, sub præfata excommunicationis pena, quam, tam ipsi, quam illos recipientes, vel eis auxilium, consiliū, vel fauorem præstantes, et incurràt.

B Concessit Pius V. viuæ vocis Oraculo, Societati Iesu, ut si quis ex ea Societate, in Carthusiensem Ordinem transire vellet, tres ei menses præscriberentur intra quos, si non ingredieretur, aliter non admitteretur; vel non perseverauerit, ad eandem Societatem redire teneretur; & non ei amplius liceret, respectu Carthusiæ, à Societate, sine Præpositi eius licentia, seu consensu recedere. Habetur in viuæ vocis Oraculo, f. 43. suam facultatem, per breve confirmavit, ac denuo concessit Greg. xiiij. eamq; etiam quodad præterita valere decreuit perinde, ac si litteræ Apostolice super concessione Pij V. huicmodi, tunc confectæ fuissent; ac eos, qui seculis fecerint, in excommunicatione, & alias Apostatarum cœsuras, & penas incurreret, ad quibus, non, nisi à Romano Pontifice, vel à Generali Societati: Proposito, absolui possint, & præsentis gratiæ communicationem, omnibus alijs, etiam qui sua priuilegia cum Societate participant, vel participare poterunt, prohibuit pag. 242. Supradictæ concessiones referuntur in compendio ipsius Societatis Iesu in verbo Apostata.

Condition
taxada trā
seuntibus
ad aliuni
ordinem.

EX PRIVILEGIIS FRATRVM S. HIERONIMI Hispaniarum.

D **I**NNOCENTIVS 8. Anno Domini 1492. Prohibuit, ac Ordinavit, ut nullus Frater professus supradiicti Ordinis S. Hieron. ad Min. Ordinem, & aliam quemcumq; etiam strictiorem, etiam Cartusiensem, etiam bona intentione ductus, prætextu quorumcunq; Privilegiorū, dictis Ordinibus concessorum, & quarucunq; litterarū Apostolicarū, quoscunq; clausulas, etiam derogatorias derogatoriaram in se continentium, quibuscunq; dicti Ordinis Religiosis in posterū concecedarum; nisi in litteris ipsis expressus consensus Prioris Generalis accesserit; & nisi de licetia dicti Generalis petita, & obtenta, se trasferre possit; alioquin, tam recipientes, quam recepti, excommunicationis sententiam, à qua, nisi à Romano Pontifice, vel Priore Generali Ordinis, cui super hoc plenam, & liberam facultatem concessit, (præterquid in mortis articulo constituti absolui non possunt) eo ipso incurvant; Liceatq; Generali, & alijs Prioribus Ordinis, Fratres fugitiuos, & ad alios Ordines, etiam prætextu qua-

Prohibi-
tio trans-
fere ad alios
ordines.

rumcunq; facultatum Apostolicarum pro tempore transeuntes, si in translatione, Prioris Generalis consensu non interuenerit, ad dictum Ordinem, propria auctoritate, reuocari; non obstantibus in contrarium quibuscumque. Refertur in Compend. eorum Priuileg. collecto à P. Garsia. fol. 165. §. 5.

Et Greg. 13. ann. D. 1579. Priori generali pro tempore existenti, cōcessit, vt sibi liceat, Fratribus Ordinis, qui deuotionis, alijsue de causis ad alios Ordines arctiores transire, ac trasferre voluerint, trāseundi, & transferendi licentiam impartiri. Et quod ad promissa Priuilegia, de non trenfendo ad alium Ordinem, sine licentia Generalis petita, & obtēta, quatenus opus fuit, restituit, & reposuit, ac confirmauit, cum omnibus clausulis necessarijs. Refertur in prædicto Compend. ibid. fol. 166. §. 6.

B A P T I Z A R E.

1 Pro terris infidelium.

GREGORIVS nonus cōcessit Fratribus Minoribus in terris Saracenorum, & Paganorum profiscencib⁹, pro zelo fidei Christianæ, vt possint illarum partium homines, per ministerium exhortationis suæ, ad unitatem fidei Christianæ conuerti cupientes, recipere, & baptizare. B. fo. 20. Et ff. 22. concess. 4.

2 Collector.

¶ IDEM Gregorius concessit iterum hoc idem latius, cum multis alijs attinentibus ad conuersionem infideliū. B. fol. 257. concess. 641.

¶ Aduerte quod p̄fatae concessiones videntur expirasse, & fuisse temporales.

Capitula.

¶ Notandum est etiā, quod in Capitulo generali Meclinenſi facta est sequens declaratio.

¶ ITEM fuit declaratum, quod Frater sacerdos, in extrema necessitate, possit paruulo dare sacramentum baptismatis, dummodo nō adſit alius sacerdos, etiam praesentia viorum secularium laicorum. Et quod in regula prohibetur, ne Fratres fiant compatres, &c. intelligendum est, quod ad elevationem de fonte baptismatis, non quo ad baptismationem p̄dictam. Quia vt dictum est, in caſu necessitatis, abſente sacerdote ſeculari, vel alterius professionis, bene poſſunt Fratres nostri sacerdotes baptizare. fol. 228. tract. 3. Et fo. 247. tracta. 2.

BENEDICERE ECCLESIASTICA.

¶ Distin-

A

T Distinōlio materiæ infrascriptæ.

QVÒAD benedictionem rerum ecclesiasticarum, cō- Collector.
tinentur multa, & varia in Priuilegijs Fratrum.
Et istorum, aliqua pertinent solū ad Episcopos.
Hæc autem continentur infra. §. 2. cum remissione ibi addi- ta, & in §. 3. & 5. & 6. & 15. & 18.

B **A**liam spectant ad Prælatos Fratrum. Ista verò habentur infra. §. 7. & 8. & 11. art. 12. & 13. 14.

B **R**eliqua cōcernunt omnes Fratres sacerdotes. Et ista re- periuntur infra. §. 1. & 4. & 14. prope medium.

GREGORIVS nonus concessit, quod Fratres Minorum Presbyteri, in terris infidelium existentes, possint ve- Pro terris
siles sacerdotales, Altaris Pallia, & Corporalia (cum necel- infidelium.
se eis fuerit) benedicere, vbi Catholicorum Episcoporū co-
pia non habetur. B. fo. 257. concess. 641.

C **H**ONORIVS quartus fecit quandam cōcessionem, quæ aliqualiter pertinet ad hanc materiam, quæ concessio-
posita est supra in dictione Altare. §. 1. Vide illā, quia sequens
concessio, quæ hic ponitur, facit mentionem de ipsa.

IOANNES 22. concessit Fratribus Carmelitis idē, quod supra nobis fuerat concessum, & aliquantulum latius, di- cens, quod si locorū Ordinarij à Fratribus humiliter requisi-
tati, noluerint, seu recusauerint indebitè, Cœmeteria eorum
benedicere, seu etiam cōsecrare, possint huiusmodi Cœmite-
ria per aliquem Antistitem, gratiam, & communionem sedis
Apostolica habentem, quoties opus fuerit, facere benedici,
ac etiam consecrari. B. fo. 89. Et fo. 172. concess. 402.

SIXTUS quartus concessit Fratribus Mino. Obser. sacer-
dotibus, vt possint benedicere paramēta Altaris, & Mis-
salia, ac indumenta; exceptis corporalibus duntaxat. O. fo.
61. Et fo. 67. conc. 107. Et fo. 96. concess. 322.

EIDEM Sixtus concessit Fratribus Carmelitis, vt pro cō-
secrationibus Altariū, vel Ecclesiarum, & pro oleo sancto, ac
quolibet ecclesiastico sacramento, nullus, sub obtentu cuius-
libet consuetudinis, vel alio modo, quicquam audeat extor-
quere; sed hęc oīa eis gratis Episcopi Diœcesani (vt tenent)
liberè, & gratiose impendant. Alioquin liceat prædictis Fra-
tribus, quoscunq; maluerint catholicos adire Antisites, gra-
tiam, & cōionem Apostolice sedis habentes; qui Apostolica

Ex Priuil.
Carmelit.
Episcopi.
Cōsecrare

4
Ornamen-
ta altaris.

5
Ex Priuil.
Carmelit.
Episcopi.
Cōsecrare

freti auctoritate, eisdem Fratribus, quæ postulauerint impēdant. Et quod si sedes Dicæsanorum Episcoporum fortè vacauerit, interim oia Ecclesiastica sacramenta, à vicinis Episcopis liberè, & absque contradictione suscipere possint. Ita tamen, quod ex hoc, in posterum proprijs Episcopis nullum præiudicium generetur. B. fo. 100. Et ffo. 183. conce. 454.

6
Vasa Ec-
clesiastica
Consecre-
re.

IDEM Sixtus concessit præfatis Fratribus, vt quando proprietum Episcoporum copiam non habuerint, & aliqui Episcopi, habentes gratiam, & communionem sedis Apostolicæ, de quibus plenam notitiam habeant, per eos transire contigerit, ab eis benedictionem vasorum, & vestium, & consecrationem Altarium, auctoritate sedis Apostolicæ recipere valent. B. fo. 100. & ffo. 183. conce. 455.

7
Corpora-
lia.

INNOCENTIVS 8. concessit, quod Generalis, & Provinciales Fratrum Min. obser. possint benedicere corporalia. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 157.

8
Pro augu-
stiniis.

IDEM Innocentius concessit Fratribus Augustiniensibus quarundam Congregationum Obser. quod Vicarius Generis illarum, & Visitatores, possint benedicere ornamenta Ecclesiastica, & etiam corporalia. b. ffo. 101. conce. 399.

Collector.

Iduerte, quod Iulius 2. communicauit toti Ordini similes Cœcsliones factas particularibus Congregationibus eorum. b. ffo. 265. prout latè habetur infra, in dictione, Communatio priuilegiorum. 9. 23.

9
Ex priuil.
Augustin.

VGENIVS 4. concessit Fratribus Augustiniensibus, vt pro consecrationibus Ecclesiarum, seu Altarium, ac pro oleo sancto, & quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus ab eis, sub obtenu consuetudinis, vel alio modo, quicquam audiat extorquere; sed hæc omnia gratis eis Episcopi Diæcesani impendant. Alioquin liceat prædictis Fratribus quo sunque maluerint adire Antistites, gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habentes, qui freti auctoritate Papæ, dictis Fratribus præfata impendant. B. ffo. 247. conce. 605.

10

IDEM Eugenius concessit Fratribus Augustiniensi. vt quando proprietum Episcoporum copiam non habuerint, si quos Episcopos Romanæ sedis, gratiam, & communionem habentes, de quibus plenam habeant notitiam, per loca dictorum Fratrum transire contigerit, ab eis benedictionem vasorum, & vestium, & consecrationem Altarium, auctoritate Apostolicæ sedis percipere valeant. B. ffo. 247. conce. 607.

A **V L I V S** Secundus concessit Ordini Minimorū, vt Generales illius, necnon, & Prouinciales, & eorū Vicarij, possint, & valeant benedicere corporalia, & alia ornamenta ecclesiastica suorum locorum, & domorum, præter calices, & patenas. B. ffo. 8. conc. 26.

¶ **I D E M** Iulius cōcessit præfatis Fratribus Minimis, quod Generalis, & Visitatores, quos ipsi vigiles appellant, ac Provinciales, & eorum Vices gerentes, possint omnes, & singulas eiusdem Ordinis Ecclesias, Cœmiteria, Capitula, & Orationes, solenni benedictione benedicere. B. ffo. 8. conc. 29.

¶ **I D E M** Iulius concessit præfatis Prælatis Ordinis Minorum, vt possint reconciliare suas Ecclesias, sanguinis, siue feminis effusione, siue alias quomodocunq; pollutas, quoties opus fuerit; à qua tamen prius per aliquem catholicum Antistitem (vt moris est) benedicta. B. ffo. 8. conc. 30.

¶ Circa prædicta vide lequentem Concessionem, quæ valde latior est, præsertim in fine.

C **E**o decimus concessit Generalibus, & Prouincialibus, Lac Custodibus, necnon, & Guardianis Fratrum Mino. Obseru. pro tempore existentibus, vt omnia, & singula eiusdem Ordinis, & obseruantia Ecclesias, Cœmiteria: Capitula, & Oratoria vbiq; existentia, tam recepta, quam recipienda, ac paramenta, & ornamenta, & alia quæcunq; ad diuinum cultum, & usum Fratrum necessaria, in quibus christiana non interuenit, pro eorundem Fratrum usu tantum, soleni benedictione valeant benedicere. Et voluit, quod hoc idem possint alij Fratres eiusdem Ordinis, qui ad hoc in Capitulis generalibus deputati fuerint. Ac, quod similiter possint reconciliare Ecclesias, &c. quæ quomodolibet sanguinis, vel seminis effusione polluta fuerint. Scilicet, hoc cum aqua per predictos Prælatos benedicta, præsertim in locis remotis, ubi Episcopum aquam benedicentem per duas dietas adire non potuerint. B. ffo. 116. concess. 55. ¶ Vide infra in fine.

D **I D E M** Leo concessit Fratribus Minor. vt quilibet catholicus Episcopus possit consecrare Ecclesias eorum, & Altaria, & Cœmiteria, Calices, & ornamenta, & omnes alios actus episcopales exercere in locis, & personis Fratrum praedictorum Obseruantia Diœcesani loci, vel cuiusvis alterius licentia minimè requisita. O. ffo. 60. concess. 179.

¶ **I D E M** Leo postea in Concilio Lateranensi statuit, quod

Pro oībus
ornamentis.
ecclesiæ.

Pro ecclæ-
sijs, & cœmí-
terijs.

Recōcilia-
tio ecclæs.

Collector.
Nota.
Pro ecclæ-
sijs, & cœ-
miterijs,
& oībus or-
nam. eccl.

Recōcilia-
tio ecclæs.

Episcopi.
Consecra.
Et contra
Cōc. trid.
fess. 6. c. 5.
de reform.
Habetur i
Bul. i cōst.
c. 19. 13.
16
Episcopi.

Fratres nequeant ab alieno Episcopo cōsērationem Ecclesiarum, vel Altaris, aut Cāmiterij benedictionem petere, seu in Ecclesijs per eos pro tempore edificandis, primum lapidem per alienum Episcopum ponī facere possint, nisi ubi Ordinarius bis, aut ter (cum debita reuerentia, & instantia) requisitus, sine legitima causa id recusauerit. B. ff. 26. conc. 69. A

Episcopi.
Cōfērare
Edificare.
Collector.

¶ Sciendum est, quod in foro conscientiae possunt Fratres (non obstante huiusmodi prohibitione, & restrictione Concilij Laterani.) vti concessionibus supradictis; quia idem Leo postea concessit Oraculo viua vocis, quod Fratres Min. Observari possint liberè vti omnibus eis concessis ante p̄fatum Concilium, vt ponitur infra, in dictione Concilium. §. 6. & 7. B

Collector.

¶ Ultra supradicta est sciendum, quod circa huiusmodi materiam benedictionis rerum ecclesiasticarum, reperitur quodam Statutum generale factum in Capitulo Meclinensi, sub forma sequenti.

Capi. gen.

¶ Generale Capitulū determinauit, & p̄cepit, quod soli Provinciales habeant benedicere corporalia. Et ijdem Provinciales, Custodes, & Guardiani alia ornamenta, & nō alijs, & solum pro Fratribus, Monialibus, & Tertiarijs, & nullo modo pro alijs extra ordinem. Sic n. fuit concessum per Summum Pontificem. fo. 227. tract. 3. Et ff. 246. tract. 2. C

Collector.

¶ Circa suprascriptum Statutum generale oportet aduerttere, quod huiusmodi Statuto non obstante, videtur, quod poterunt Guardiani benedicere corporalia, virtute concessionis nouae Leonis decimi, quæ posita est supra. §. 12. Aliquis tñ videtur oppositum, scilicet, quod non possint sine commissione in Capitulis facta. Et hoc propter aliqua verba posita in conclusione supradicti Brevis. Et istud est tutius. D

Collector
Resolutio.

¶ Conclusio, seu epilogatio Concessionum p̄ainsertarum est, quod omnes Prælati Ordinis, pro eorum subditis dunataxat, possunt benedicere Ecclesias, & Cāmiteria, omniaque paramenta, & ornamenta, in quibus chrisma non ipteruerit. Ac Ecclesias pollutas reconciliare, aqua per ipsos benedita, si p̄sentia Episcopi, qui illam benedicat, distet ultra duas dietas. E

A ANNOTATIO CORDVBAE.

QUOD AD §. 3. ubi ponitur Concessio Ioan. 22. facta Carmelitum, notandum quod Bonifac. 9. sff. 119. idem concessit Ordini Prædicatorum, quodq; Fratres ipsius Ordinis vñlibet cōstituti possint ipsi benedicere candelas, aquam, salem, palmas, & omnia ornamenta in iporum Ecclesijs, seruatis solemnitatibus consuetis.

B CAPVCCINI ANNOTATIO.

CIRCA lotiones Corporalium, vide infra, in verbo. Corporalia. Circa id quod dicitur supra in §. 2. 11. & 14. & d' Col lectore hic in fine, de benedictione Corporalium. Est sciendū, quod facultatem benedicendi Corporalia, & alia paramenta, etiam ad vñsum aliorum ab Ordine nostro habet tantum Generalis, & Prouincialis, per Priuilegij Eremitarum S. Augustini communicationem. Fuit enim à Iulio 2. eis ista facultas concessa, absq; restrictione illa posita a Leone supra §. 14. videlicet, pro r̄su Fratrum tantū, sed simpliciter ait. Deditus tibi propterea (loquens Generali Augustiniano Fratri Egi dio) potestatem sacrandi, benedicendi; Corporalia, vestes, & ea, qua sacris vñsibus necessaria sunt. Quoquidem munere, tam te, quam qui pro tempore erunt, aut Generalis, aut Vicarius fungi posse decernimus. Sed ad vñsum eiusdem Ordinis tantum, ultra supradictos Prælatos videntur etiam habere Guardiani, secundum Concessionem nobis factam a Leone 10. vt supra. An autem per hoc requiratur licentia Capituli Generalis? iam ipse Collector ad partem affirmatiuam inclinare videtur, ob assignatam per eum rationem, & ita etiam tenet Passarellus ubi supra. fol. 127. nu. 19.

Et Pius V. anno 1566. Concessit Ordini S. Hieron. Hispanie, ut Prioris existentes Monasteriorum Ordinis, non solum vñstes, & alia quæcūque ornamenta ecclesiastica ad cultum diuinum pertinentia (vt eis concesserat prius Innoc. 8. ann. 1492.) sed etiam Corporalia, & alia omnia suorum Monasteriorum in quibus chrismatis vñctio non interuenit, liceat, & liberè possint benedicere: vt refertur in Compendio Priuileg. eorum collect. per P. Garstam anno 1591. fol. 37.

Et Congreg. S. Iuſtinæ Innoc. 8. ann. 1487. vt refertur in lib. eorum Congr. S. Priuileg. fol. 132. concessit Prioribus Ord. & Vicarijs in absentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cuiuscunq; Monasterij posse benedicere Corporalia, vestimenta, ceteraq; ornamenti Ecclesiastica ad

culum diuinum pertinentia, tam sui Monasterij, quam etiam vndeunque sint, & sic per participationem possunt, & alii participantes, vt refierur in prefato Compendio S. Hieron. in eodem fol. 37. s. 1.

In §. 12.

Est sciendum, quod solemnis benedictio est illa, qua sit cum illa solemnitate, Adiutorium nostrum; Et sit nomen Domini benedictum, &c. quae solemnis quod licet de ordinario iure spectet ad Episcopos; Pralatis tamen nostris ex dicatur. priuilegio concessum est. Facit Cap. Abbates, de priuileg. in 6. & per communionem priuilegorum possunt Pralati aquam benedicere, si praesentia Episcopi, qui illa benedicat, disset ultra duas dietas. Forma huius benedictionis, et reconciliationis, vide alibi in Sacerdotali, vel Pontificali.

In §. 15.

*Nota quod haec concessio est contra Cons. Trid. sess. 6. c. 5. de Refor-
vbi dicit, nulli Episcopo liceat pontificalia in alterius Diocesis exercere,
nisi de Ordinarij loci expressa licentia.*

In §. 13. &

Circa id quod dicitur de Reconciliatione, & lot. est not. quod Ecclesias ex modis pro polluta haberi dicitur, quos refert Nauarr. in Manual. cap. 26. nume. 256.

*Ecclesia di-
citur pollu-
ta sex mo-
dis.*

Primus Casus est, quando in ea sanguis humanus effunditur, aut causa naturalis eius effusionis, aut mortis datur, dicitur infra, quia secus si extra ea, etiam desuper in tecto, vel subter eam in specu. Dicitur Ecclesia, generaliter ad comprehendendam tam non dum consecratam, quam consecratam: quamvis quodam reconciliationem sit magna differentia, quia Reconciliationis consecratio debet fieri ab Episcopo, & cum aqua benedicta ab ipso, vel ab alio Episcopo; Non consecratio vero, potest fieri a solo Presbytero, & cum aqua a se ipso benedicta. Sed ratione Priuilegorum nostrorum aliter potest obseruari a nobis, vt ait hic Collector. Dicitur effunditur, ad significandum quod non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio, quia iura requirunt effusionem, quae largitatem denotat. Dixi sanguinis, quia non sufficit percussio, quae non sit mortifera, sine eius effusione quamvis sit eiusmodi, vt carnes contundat, aut ossa frangat. Dicitur humanus, quia nulla effusio ceterorum animalium ad id sufficit. Dicitur iniuriosus, quia non sufficit naturalis effusio per nares, aut per os, aut que casu fit, lapsu vel offendiculo, aut ictu lapidis, aut tegulae per se decidentis, neque factam ob iustam defensionem: nec effusio facta per suriosum, aut stultum, aut per puerum iudicio carente. Dicitur, aut datur causa, quia sufficit, vt vulnus infligatur intra eam, quamvis percussus, antequam sanguis in illam effundatur, egrediatur, & quamvis recipiat ille in aliquo vase ne in eam decidat. Nec contra sufficit, quod sanguis in illam effundatur, si vulnus extra infictum est. Dicitur naturalis, quia non sufficit, vt feratur sententia condemnatoria etiam intra illam, si per eius executionem, effusio extra illam facta est. Dicitur moris

A mortis, quia satis est ad id suffocari, aut alias, intra illam hominem, sine sanguinis effusione, interficere. Sufficit etiam mors, & effusio sanguinis, ob fidem Catholicam occisi, vel vulnerati. Non tamen sufficit interficere, aut percutere aliquo telo, vel tormento misso ab Ecclesia in existentem extra eam, quamvis sufficiat mors, vel effusio facta in Ecclesia per tormentum foris emisum.

B Secundus Casus est, quando in Ecclesia semen humanum voluntarie effunditur. Dicitur humanum, quia satis est, ut sit cuiuslibet hominis, siue feminae, viri, clerici, laici, fidelis, siue infidelis; & quod effundatur iuxta, contra, aut extra cursum naturalem, imo etiam per copulam coniugalem. Dicitur, voluntarie, quia non sufficit quem dormiendo fit, licet, Angelus hoc non teneat, in verb. consecr. Eccles. §. 9. cui respondit Nauar.

C Tertius Casus est, quando in ea aliquis excommunicatus sepellitur. Quartus est, quando in illa aliquis infidelis sepellitur. Quamquam in hoc casu non solum reconcilianda est Ecclesia, sed etiam parietes illius abradendi, licet in precedenti, reconciliatio sufficiat.

Quintus est, quando Ecclesia, per Episcopum publicum excommunicatum, consecratur, aut benedicitur.

Sextus quando omnes parietes renouantur scilicet, quando omnes, aut maior pars eorum simul deiiciuntur, quod raro fit.

Et est notandum, quod quoties aliqua Ecclesia polluitur, etiam Cæmeterium illi contiguum est pollutum, non autem illud quod non est contiguum, licet e contrario, polluto Cæmeterio, Ecclesia contigua non polluatur.

D Est etiam notandum, quod nulla pollutio supradictarum, quæ fuerit occulta impedit celebrationem in Ecclesia. Hæc omnia refert Nauar. loco citato. & ita ex his sciemos quando Ecclesia erit reconcilianda. Sed quomodo sit reconcilianda, habebitur ex his, quæ hic ait Collector.

B O N A.

¶ Distinctio Materie bonorum attinentium ad Fratres, & Moniales.

E **R**ESPECTV bonorum temporalium, reperiuntur nonnulla in Priuilegijs Fratrum Minor. & aliorū Mendicantium; quorum aliqua tangunt bona, quorum possessionem, vel usum obtinent ijdem Fratres. Et hæc habentur infra. §. 1. & 5. & 7. & 8. Et infra in dictione Vendere, & in dictione Commutare.

¶ Alia verò concernunt bona acquirenda per viam eleemosinæ,

finæ. Et de hoc continentur multa infra in dictione eleemosinas, ac nonnulla in dictione, Canonica portio, & in hac dictione Bona. §. 2. & 4. 12. & 13.

¶ Reliqua autem spectant ad bona Monialium. Et haec habentur etiam infra. §. 7. & 8. & 11. Necnon supra in dictione, Alienatio. §. 4. & 5.

¶ Ettā quò ad Fratres, quām quò ad Moniales, vide infra in dictionebus, Decimæ. Exemptio, Hæreditas, Legata.

ALEXANDER quartus statuit, & præcepit, vt quando-
Episcopi. cunq; aliqui Fratres Ordinis Min. fuerint promoti ad
episcopalem, vel alias superiores, vel inferiores dignitates,
Exempti. teneantur huiusmodi Fratres sic promoti, libros, & alia, quæ
ipsos (promotionis suæ tempore) habuisse, seu habere con-
stiterit, resigñare Generali, seu Provincialibus Ministris, se-
mota qualibet dilatione. B. fo. 24. Et ffo. 24. concess. 12.

IDEM Alexander concessit, quòd de male acquisitis, &
Eleemosi- incertis relictis, possint Fratres Minor. recipere quæcunque
nas. eis data fuerint. Ac, quòd de illis, quæ eorundem Fratrum
dispositioni relinquuntur, liberè valeant ordinare, & dispo-
nere. B. fo. 26. concess. 16.

IDEM Alexander concessit vniuersis exequitoribus te-
Restitutio stamentorum, vt de malè ablatis, & illicitè acquisitis, quæ
Eleemosi- testatores nescientes, quibus talium restitutio fieri debeat,
bæt. necnon de ijs, quæ ijdem testatores indistinctè, non expres-
sif personis, vel locis, eorundem testamentorum exequoto-
ribus arbitrio, in pios usus eroganda commiserunt, possint
indigentij Fratrum Min. prouidere, non obstante contradic-
tione Prælatorum ecclesiasticorum, & aliquorum aliorum.
B. fol. 25. Et ffo. 28. concess. 21.

CLEMENS quartus concessit, vt quum aliqui assumen-
tium habitum Fratrum Mino. fuerint obligati ad resti-
tutionem aliquorum bonorum diuersis personis, quæ sciri, &
inueniri non possunt, Ministri, & Custodes, & eorum Vicarij,
eorumq; singuli, in locis sibi commissis, possint bona hu-
iusmodi in pios usus conuertere, prout secundum Deum vi-
derint expedire. B. fo. 58. Et ffo. 141. concess. 334.

IDEM Clemens concessit Fratribus Min. vt cùm de Prio-
ribus locis suis ad alia loca transferunt, possint tam omnem
edificiorum materiam locoru, quæ dimittunt (dedicatis Ec-
clesijs duntaxat exceptis) quām libros, calices, & paramen-
ta

Ata, secum ad alia loca transferre; ac ædificia ipsa cum solo, & alijs ad eadem loca pertinentijs (præter Ecclesiæ) per personas, ad hoc à sede Apostolica deputatas, vendere, pforumque precium in aliorum locorū, ad quæ dicti Fratres se transfrerunt, ædificationem, seu alias in eorum vtilitatem conuertere, secundum quod eis melius videbitur expedire. B.fo.58.
ffo.142.conce.340.

& Monasteria.

Vendere.

BConcilium Constantiense statuit, qualiter Generalis Fratrum Mi. se debeat habere erga bona Conuentuum, quos reformare contigerit, prout ponitur in dictione, Generalis Minister. 6.3.

6

SI X T U S 4. statuit, vt cum contigerit Monasteria Monialium sanctæ Claræ Monialibus destitui, adeò, vt de illorum reformatione spes nulla supersit, illa, quæ sic destituta existunt, & destitui contigerit in futurum, cum eorum bonis omnibus, perpetuis visibus Fratrum domus dicti Ordinis (eisdem destitutis Monasterijs propinquioribus, sub quorum cura erant) applicentur. Ita vt Fratres ipsi possint de illis, & eorumdem Monasteriorum structuris, & ædificijs, pro eorum vtilitate disponere, prouiso tamen, quod illorum Ecclesiæ, & Oratoria ad profanos usus non redigantur; sed in illis quandoq; diuina celebrentur officia. B.fo.50. Et ffo.144.conce.349.

7

Ecclesiæ
ac Monasteria monialium.

C Hoc idem habetur quasi ad litteram in Mari magno Car
melitarum. ffo.182.conce.443. Et in Mari magno Prædicato
rum. ffo.241. Conce.582. Et in Mari magno Augustiniensium.
ffo.250.conce.633.

Collector.

ALEXANDER 6. fecit quandam concessionem circa ap
plicationem bonorum Conuentuum claustralium Mo
nasterijs sanctæ Claræ. committens illam Archiepiscopo To
letano. Sed quia illa concessio fuit specialis pro Regnis Hi
spaniarum, & expirauit per mortem illius Archiepiscopi, quod
ad futura, non specificatur hic amplius; habetur tamen. ffo.
258.conce.643.

8

Pro mona
sterijs. S.
Cla.

EIDEM Alexander confirmauit litteras prædecessorum suorum, qui proprietatem bonorum collatorum Fratribus Minoribus, vel eorum Ordini: in ius, & proprietatem Ro
manæ Ecclesiæ receperunt. B.fff.75.conce.225,

Paupertas

Hæc concessio non nihil videtur conferre pro confirmā
tione Decretalis, Exiit qui seminat, & contra Extrauagantes
Ioannis 22. aduersantis verè paupertati Fratrum Minorum,
&

Collector.

Collector.

& Apostolorum, & Christi.

Capitulū generale.

¶ Scendum est circa prædicta, q̄ in actis Capituli genera-

lis Meclinensis reperitur sequens clausula.

¶ Capitulum generale declarauit, quòd Papa Ioannes 22.
renocauit ante mortem suam, quidquid dixerat, seu fecerat
contrarium Ecclesiae, & determinationi Romanorum Ponti-
ficum. Quare Constitutiones, quas fecerat cōtra nostras de-
clarationes, scilicet, Nicolai 3. & Clementis 5. nullius sunt ro-
boris, vel momenti. fo. 227. tracta. 3. Et fo. 246. tract. 2.

10

**Pro augu-
stīnēibus.**¶ IDEM Iulius præcepit omnibus Christi fidelibus, vt ne-
mo ipsorum, bona Ordinis sancti Augustini occupare, vel da-
mnificare audeat. Quod tam de attinētibus ad personas Fra-
trum, quam de pertinentibus ad loca, seu conuentus, & posse-
fiones eorundem intelligi voluit. Et quòd si contrariū facien-
tes, admoniti à Fratribus prædicti Ordinis non restituerint
omnis integrè, aut vexare destiterint infra tridui spaciū,
excommunicationis sententiam incurrant, à qua nō nisi per
Summum Pontificem absolui possint. B. ffo. 76. conce. 227.**Excommu-
nicatio.**¶ Eo 10. fecit duas concessiones circa modum, quo alie-
nari possunt bona Monasteriorum sancte Claræ, aut Ter-
tij Ordinis, prout habetur suprà, in dictione, Alienatio rerum
Ecclesiæ. 5. 4. & 5.11
**Pro monia-
libus.**¶ IDEM Leo statuit, quòd bona immobilia Conuentuum
Fratrum Conuentualium, per Generalem, & Prouinciales mi-
nistros reformandorum, in euentum, quòd huiusmodi Conue-
ntuales non obseruauerint Bullam concordiæ, in Capitulo ge-
neralissimo nuper factam, pro vna quarta Ecclesiæ Cathedra-
li, seu Diœcesi, in qua dicti Conuentus siti fuerint, pro duab-
us verò in expeditionem Cruciatæ contra infideles, pro
reliqua autem quarta partibus in reparationem dictorum
Conuentuum, ipso facto, quòd ad obedientiam dictorum Mi-
nistrorum reduci fuerint, per eos applicentur. B. ffo. 39. con-
cessione. 127.12
**Pro bonis
Apostata-
rum.**¶ IDEM Leo concessit, vt quandocunq; acciderit, quòd
Fratres Ordinis Mi. extra obedientiam euagantes obserua-
tiæ, fuerint capti, aut spôtè redierint ad Ordinem, qui aliqua
bona habuerint, quæ tempore apostasiæ diuersis vijs acquisi-
erint, possint Prælati Ordinis, & alij Fratres, quibus ipsi com-
miserint, accipere talia bona, & ea exigere à quibuscūq; per-
sonis ea detinentibus, & illis vti, si talis sint, quorum ysum li-
ceat

A

B

C

D

E

A ceat Fratribus habere, vel si huiusmodi non sint, quibus in propria specie Fratribus utiliceat; ut sunt pecuniae, vestes seculares, & similia, quod fiat de talibus rebus, sicut fieri mandatur in declarationibus suae Regulae, de similibus, quando sibi ab aliquibus dantur, vel in testamentis legantur. Et concedit, quod si oportuerit huiusmodi bona in iudicio petere, possit hoc facere Procurator, vel Sindicus Ordini Deputatus, auctoritate sedis Apostolicae, vel alius amicus spiritualis Fratrum, qui ab aliquo Prelato Ordinis ad hoc fuerit nominatus. B. fffo. 62. conce. 203.

B Aduertendum, quod super bona aliorum Fratrum Minorum, qui nunquam fuerunt de obseruantia, non habetur aliqua concessio, virtute cuius possint recipi pecuniae, vel alia bona, quae tales Fratres habent, & deferunt, quando volunt reformari inter Obseruentes. Et ideo talia nequeunt recipi, nisi habeatur licentia Apostolica, vel Prelatorum, quorum erant subditi ante.

Collector.

ANNOTATIO CORDVBAE.

C **V** OAD 5.4 notandum, quod illud priuileg. Clem. 4. de quo ibi agitur, in mari magno Carmelitarum (ut etiam refertur fff. 134.) extenditur & conceditur etiam Prioribus conuentuum ipsorum, & per communicationem priuileg. ut conceditur similiter Guardi. min.

D Quidam 5.10. ubi ponitur concessio Iulij 2.fff. 7. notandum quod idem concessit Leo 11.fff. 122.

CAPUCCINI ANNOTATIO.

E **H** Oc Fuit reuocatum d Greg. XIII. per Const. 4. ubi ait, bona acquisita in Apostasia ab Apostatis, esse Camerae Apostolicae, ut dixi supra in verbo Apostata. In 9. 13.

CANONICA PORTIO.

I NNOCENTIUS 4. concessit, q de his, quae in ornamentiis, aut pro eis, vel pro fabricis, seu lumina-ribus, vel anniuersarijs. 7.20. 30. alijsq; ad perpetuum diuinorum cultum Fratribus Min. in testamentis legantur.

Legata.

gantur, nullam canonica portionem soluere teneantur, dummodo in fraudem Episcoporum, & Presbyterorum Parrochia lium non fiat. b. f. 22. A

² Legata. **A**LEXANDER 4. concessit idem, quod Innocentius 4. præfatus concederat; addens, q̄ nec etiam de pictantijs ad sustentationem Fratrum, aut de indumentis eisdem legatis, teneantur dare aliquam portionem. Et decreuit irritas esse, & inanes, quascunq; Censuras, contra Fratres, seu contra benefactores huiusmodi, vel hæredes, aut exequutores illorum, promulgas. b. fo. 24. B

³ Legata. **C**LEMENS 4. concessit omnia, quæ supradicti duo Pontifices antecessores sui concederant; addens aliqua alia in Mari magno sub verbis sequentibus. Concedimus vobis, vt de hijs, quæ in ornamentis, aut pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuersario. 7. 20. 30. aut alijs ad perpetuum diuinum cultum, seu pro pictantijs, aut vietū ad sustentationem vestram, vel indumentis; nec non pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliquæ domus vestri Ordinis obligatae noscuntur; & de domibus, prædijs, hortis, alijsq; locis, vobis secundum instituta vestri Ordinis oportunis, aut de hijs, quæ pro huiusmodi domibus, prædijs, locis, & hortis emendis vobis legantur (dummodo præmissa non conuertantur in vsus alios, sed in illos duntaxat, pro quibus relinquuntur; aut alios etiam qui in hac concessione, vel indulgentia continentur) nulli canonica portionem aliquam teneami ni exhibere. Et nequi à vobis, vel ultimarum exequitoribus voluntatu, seu decedentium hæredibus de præmissis aliquid exigere, vel extorquere præsumant, distictius inhibemus. B. fo. 58. Et fo. 142. conce. 339. C

⁴ Ex iure co muni. **B**ONIFACIVS 8. & Clemens 5. circa canonica portio niem fecerunt sequentem constitutionem. Verum ne Parrochiales Ecclesiæ, & ipsarum Curati, siue Rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica sacramenta, quibus noscitur de iure competere, seu proponere verbum Dei, & confessiones audire fidelium, debitiss, & necessarijs beneficijs defraudentur, cum operarijs mercedis exhibitio debeatur, auctoritate apostolica statuimus, & ordinamus, vt Prædicatorum, & Minorū Ordinem Fratres de obuentionibus omnibus, tam funeralibus, quam quibuscunq; & quomodocunque relictis, distinctè, vel indistinctè, ad quoscunq; certos, vel determinatos vsus, de quibus

A quibus etiam quarta, siue canonica portio dari, siue exigi nō consuevit; vel non debet de iure, necnon de datis, vel qualitercunq; donatis in morte, seu mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceperit, quomodocunq; direcē, vel indirectē Fratribus ipsis, vel alijs pro eisdem, quartā partem, quam, auctoritate Apostolica, taxamus, & etiam limitamus, Parrochialibus Sacerdotibus, & Ecclesiarum Rectoribus, seu Curatis largiri integrē teneantur; facturi, & curaturi, quōd nec aliqui, nec aliquis, à quibus quarta huiusmodi

B minimē deberetur, ad ipsorum Fratrum utilitatem, vel commodum huiusmodi sint relīcta; aut in eos taliter data, vel donata procedant, seu quōd in morte, vel ab infirmis huiusmodi dandum, vel donandum Fratribus ipsis existaret, in orundem dantium, vel donantiū sanitati sibi dari, vel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis, eorum intendimus conscientias onerare; vt si (quod absit) per Fratres ipsos, dolo,

C vel fraude quicquam in hac parte agi fortasse contigerit, præter, id quod eos propterea dictis Sacerdotibus, Rectoribus, & Curatis teneri volumus, etiam districta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Ulta portionem autem huiusmodi nihil valeant Parrochiales Rectors, Curati, & Prælati exigere supradicti, nec illis dicti Fratres amplius impendere sint astricti; nec ad id quoq; possint aliqualiter coereri. Nos enim, vt in cunctis æqualiter, & pacifice, fauente domino, procedatur, viuera priuilegia, gratias, ac Indulgencias, verbo, seu scripto, sub quacunq; forma verborum à nobis vel prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, cuicunq; Ordinum prædictorum concessis; necnon consuetudines, conventiones, statuta, & pacta, inquantum sunt præmissis, vel alii cui præmissorum cōtraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, cassamus, & irritamus: quin imò cassa, vel vacua, & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorsus existere firmitatis.

D Habetur in Clementina dudum. §. Verum, de sepulturis. Sed Nicolaus s. reuocauit etiam, prout statim sequitur.

N ICOLAVS s. concessit Fratribus Carmelitanis, vt de illis, quæ eis, pro fabrica Ecclesiarum, & Conuentuum suorum, Ecclesiasticis ornamētis, luminaribus, anniuersarijs, septimo, vigesimo, trigesimo, & alijs diuinis cultibus, pictatijs, indumentis, calciamentis, emendis, celebrandis, & habendi in eisdem; necnon annuis censibus redimendis, ad quoru-

Notæ. solutionem aliquæ domus, prædiaq; cum hortis, & alijs locis Ordinis eiusdem obligatae noscuntur, per Christi fideles elemosina pietatis intuitu, siue in funeralibus oblationibus, sepulturi, s. vltimis voluntatibus, legatis, aut aliâs quoquo modo, etiam absolutè largiantur, nulli canonica portione aliquam teneantur exhibere, aut ad id valeant coarctari. Et neque ab eis, vel vltimarum voluntatum executoribus, seu decedentium hereditibus, de præmissis bonis aliquid extorque-re, vel exigere præsumant, districtè inhibuit. Non obstante Constitutione, in Concilio Vinensi edita, quæ incipit, Dudū, & alijs Constitutionibus, &c. B. fo. 86. & fo. 169. conce. 395.

Collector. ¶ Ista est melior, & copiosior Concessio, quam sit in omnibus alijs Priuilegijs Fratrum Mendicantium in materia ista. Nam dicit, quod non solum non teneantur Fratres soluere quartam, vel canonica portionem, de omnibus, in alijs concessionibus contentis; sed nec etiam de funeralibus oblationibus; nec de his, quæ eis absolutè quomodocunq; legantur, vel largiuntur; non obstante Clementina, Dudum, de sepulturis, & alijs quibuscunq; in contrarium facientibus, & cù decreto irritante, quod ponitur in fine Bullæ.

**Quando ha
beat locū
iustitia Ec
clesiarum.** **S**IXTVS 4. declarauit, quod canonica portio, seu iustitia Ecclesiarum Parochialium habet locum duntaxat eo casu, quo apud loca Fratrum Mi. corpora defunctorum sepeliuntur. Sed si non apud eos, sed apud alios, etiam Mendicantium Ordinum professores, corpora ipsa contigerit sepeliri: tunc ex ijs, quæ ad Fratres prædictos, apud quos talia corpora non sepeliuntur, de bonis defunctorum quomodolibet obuenient, quovis particulari, vel vniuersali titulo, directè, vel per obliquum, nullam canonica portionem dare teneantur. Nec similiter aliqua portio debeatur de ijs, quæ ad certos usus, & determinatos, eisdem Fratribus, vel eorum domibus, in genere, vel in specie, etiâ de bonis eorum, quorum cadavera apud eos contigerit sepeliri. Nec etiam in casibus, in quibus per supradicti Clementis, & aliorum prædecessorum specialia priuilegia, Fratres ipsi ab huiusmodi solutione quartæ sunt exempti. Nec aliquo casu de candelis, quæ ad manus Fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis vero casibus, quam in præmissis, in quibus quarta huiusmodi soluenda veniret, voluit, ut conuentiones (si quæ sunt inter Fratres prædictos, & locorum Ordinarios, ac Ecclesiarum

**Quarta .
Conuétio
nes.**

Recto-

A Rectores initæ laudabiles, & honestæ imposterum obseruentur. Et insuper addit, quod si forte per ipsum Sextum, vel Sedē Apostolicā, de piæ legatis, & dispositis, & relictis in genere, vel in specie, decima, vel alia portio, seu quota, alteri piæ, vel non piæ causæ, ex quauis causa haec tenus concessa foret, aut imposterum concedi, & solui, aut dari, & mandari contigeret, Fratres prædictos, & illorum domos, ac eis legata, & relicta, aut aliás in eorum fauorem disposita, in Concessione, & mandatis huiusmodi, decreuit, & voluit non includi; nisi de ipsis, & præsenti decreto, ac voluntate (non per generales clausulas, quæ etiam specialem mentionem importare videretur, sed vera, & specifica mentio fiat in eisdem. B. fo. 60. Et ff. 143. conce. 346.

Decime.

Legata.

B ¶ IDEM Sixtus in Mari magno Fratrum Ordinis Prædicatorum confirmauit Cōcessionem Gregorij 11. qui exemptis eosdem Fratres à Canonica portione quasi totaliter; quia solum de funeralibus non exemptis illos explicitè, benè tamen impli-
citat. B. fo. 238. conce. 566.

7

Ex priuil.
Fr. Prædi.

C ¶ IDEM Sixtus in præfato Mari magno Prædicatorum cō-
cessit, quod non solum de ijs, quæ pro ornamentis legantur, & alijs (ut suprà dictum est) non teneantur soluere aliquam portionem Canonicam, sed nec etiam de illis, quæ absolutè legantur in testamentis, vel aliás, pro Fratrum necessitatibus conferuntur. B. fo. 238. conce. 566.

8

Legata.
Nota.

D ¶ Aduerte, quod hæc Cōcessio est valde notabilis, quia omnes aliæ Concessiones de hac materia loquentes dicebant solum de ijs, quæ ad certos usus (ut pro fabrica &c.) legabant; sed in hac Cōcessione datur exemptio, tam ab ijs, quæ ad certos usus, quam ab alijs, quæ absolutè, sine specificatione legare contigerit.

Collector.

E ¶ IDEM Sixtus in Mari magno Carmelitarum inseruit, & confirmauit superscriptam Bullam Nicolai 5. in qua latissimè, & copiosissimè exemptis illos à solutione cuiuscunq; Canonica portionis. B. fo. 98. Et ff. 181. conce. 436.

9

Ex Priuil.
Carmelic.

A LEXANDER 6. omnia Priuilegia concessa Ordinibus Mendicantium, concessit Fratribus Mi. Regularijs Obser. ac si eis specialiter essent concessa, etiam quæ ad exemptionem à solutione quartæ, locoru. Ordinarijs, & Parochialium Ecclesiarum Rectoribus debita, à qua eos pro potiori cautela exemptis. B. fo. 76. Et ff. 159. conce. 378.

10

Quarta.

11
Pro Fratribus Minimis.
Legata.
Quarta.

V L I V S 2.concessit Fratribus Ord. Minim. ut de hortis, & virgultis, & alijs quibuscūq; bonis eiusdem Ordinis, Domibus, & earum Ecclesijs huiusmodi pro tempore relictis, & legatis, ac super luminaribus, & alijs rebus diuinō cultui pro tempore dedicatis, decimas, aut oblationes aliquas (etia ex noualibus) aut quartā ex funeralibus soluere minime teneantur, nec ad id à quoq; cuiusuis dignitatis, aut nobilitatis existat, valeant quomodo libet coarctari. B. fffo. 11. in conce. 38.

12
Quarta.

I D E M Iulius cōicauit Fratribus Mi. obseruantia omnia Priuilegia aliorum Ordinum Mendicantium, illaq; de nouo concessit, & exemit eos expressè à solutione quartæ, &c. B. fffo. 12. conce. 49.

13
Quarta.

L EO 10. Motu proprio, & certa sciētia, litteras prædictas Iulij 2. & in eis contenta quæcunq; approbavit, innouauit, & confirmauit, ac plenum firmitatis robur obtinere decreuit, & potiori pro cautela, præmissa omnia de nouo concessit, & indulxit, super quibus dedit Conseruatores, apponendo magnas non obstantias. B. fffo. 17. con. 57.

Collector.
Resolutio

Quodad materiā Canonica portiouis resolutio est, q; Fratres nō tenētur aliquid dare de quibuslibet rebus eis oblatis vel relictis, nisi inter eos, & clericos aliqua pæta, vel cōtētiones fuerint factæ, q; seruādē sūt, si scriptæ, & autēticæ habeātur.

Collector.
Quarta.

Ulra omnia supradicta est sciendum; super huiusmodi materia quartæ, fuit ventilata causa in rota Romanæ Curie, inter Episcopum, & Capitulum Ecclesie Zamoreñ. ex vna, & Fratres Min. obseruantia Conuentus S. Francisci Zamoreñ. ex alia parte; & fuit lata sententia diffinitiua, & executorialia, in fauorem prædictorum Fratrum expedita; prout habetur ad longum. ffo. 77. Et licet, secundum iura, res inter alios acta, alijs nocere non debeat; tamen secus est in hoc casu; quia virtute præfata sententiæ, quilibet Cōuentus huiusmodi Fratrum, est liberatus à solutione quartæ, proat quidā in signis iurisperitus afferuit; quia in audiētia Pape, seu in Rota data est.

A N N O T A T I O C O R D V B A E.

Q UODAD §. 4. ubi ponitur Statutum ex iure cōi, vide latius infra in Compend. tit. Concordia §. 2. & tit. Conuentiones, quia saltem quodad pæta, faciunt ad propositum huius §.

Quodad §. 6. ubi Sixt. 4. eximit nos à Canonica portione, vide in Cōpendio tit. Exemptio, §. 22. quomodo idem Sixtus fo. 61. ff. 145. infligit censu-

Aras graues contra molestantes nos, vel hæredes, aut exequutores præfatorum testamentorum, occasione prædictæ Canonicae portionis contra præfatum Priuilegium.

CAPITVLVM GENERALE, AC PROVINCIALE.

SIXTVS 4. concessit, & ordinauit, quod Fratres Min. non nisi duo tantum Prouincialia Capitula, de triennio in triennium tenere, & celebrare obligentur. Non obstante Bulla Eugenij 4. statuentis, vt singulis annis, Prouinciale Capitulum celebraretur in qualibet Prouincia. B. fo. 45. Et ffo. 129. conce. 289.

LEO 10. concessit Capitulo generali, vt (præmissa debita discussione) possit concedere illis Prouincijs, quibus utile, & expediens visum fuerit, vt semel tantum de triennio in trienniū celebrent Capit. Prouinc. B. ffo. 56. conc. 168.

C IDEM Leo fecit iterum eandem concessionem per Breue; committens hoc Generalibus cum eorum Capitulis, pro tempore celebrandis. B. ffo. 54. conce. 153.

¶ Aduertendum est, quod suprascriptæ Concessiones videntur nihil iam valere, quia factæ sunt tempore, quo eramus sub Vicarijs, & habebamus prohibitionem; tamen modò non est prohibitum celebrare frequenter Capitula.

ITE M Leo in Bulla vniōnis statuit, vt Minister Generalis, primo triennio sui officij celebrare teneatur vnum Capitulū generale, in partibus, quibus in suo sexennio non erit Commissarius generalis, scilicet, in partibus, vnde ipse fuerit assumptus, ad quod conueniant vocales illarum partium, à quibus assumptus fuerit. Et qui similiter aliud Capitulum in partibus, in quibus assumptus non fuerit, per se, vel per suum Commissarium (ad quod omnes vocales illarum partium accedere teneātur) celebrare debeat. Aut, quod super hoc fiat, quod Generalis Minister cum Capitulo Generali iudicauerit faciendum. B. ffo. 29. conce. 96.

IDEM Leo in prædicta Bulla vniōnis statuit, quod Minister Prouinciales possint infra triennium sui officij, à suis Capitulis Prouincialibus, quæ secundum Regulam, & consuetudinem celebrabuntur, si minus utiles inuenti fuerint, ab officijs Prouincialatus absolvii. Et quod idem iudicium de Custodibus per omnia habeatur. B. ffo. 30. conce. 97.

Capitulū
Prouinc.

Capitulū
generale:
& Prouin.

Collector.

Minister
Generalis

Capi. gen.

Prouinc.
& Custo.

C A S V S R E S E R V A T I .

¶ Distinctio materiae casuum reseruatorum.

Collector.



V A N T V M ad illa, quæ circa materiam caluum reseruatorū reperiuntur in Priuilegijs Fratrū, est cōsiderādū, quod huiusmodi casus sunt in duplici differentia. Quidam enim respiciunt personas Fratrū solummodo. Et iij habentur supra dictione, Absolutio Ordinaria quodad Fratres, in omnibus ferè paragraphis. Et in dictione, Absolutio quodad Fratres extraordinaria in omnib. §. Reliqui verò casus concernunt personas seculares, qualiter, scilicet, possint absolui ab huiusmodi casibus per Fratres Cōfessores: necnon quot, & quales sint præfati casus, rām, qui reseruantur Episcopis, quam Papæ. Isti autem continentur supra in dictione, Absolutio quodad seculares, ferè in omnibus. §. præfertim in illis, in quibus positum est in margine, casus reseruati. De quo etiam vide infra in dictione Excommunicatio, vbi ponuntur casus Bullæ Cœnæ Dñi, ac nonnulli alij Papales.

Collector.

Resolutio.

¶ Resolutio materiae præfatæ consistit in duobus. Primū, q̄ Prouinciales, & Custodes possunt sibi reseruare casus, etiam de occultis peccatis, à quibus nullus Cōfessor pōt absoluere, et prætextu cuiuscunq; Bullæ Cruciatæ, vel alterius similis, absq; licentia Superioris. Alterū est, quodad seculares, scilicet, q̄ casus reseruati à iure Episcopis, sunt quinq;, scilicet, excōicatio pro iniectione violenta in Clericum, qn̄ non est atrox. Peccatum Clerici: pp̄ quod incurrit aliquā Irregularitatem. Incendiarij non denunciati, & Dispensatio votorum. Ab istis duntaxat non pnt absoluere Cōfessores præsentati, secundum formā iuris. Ab alijs verò omnibus pnt absoluere, et si Ep̄i sibi reseruēt absolutionē verbo, aut Cōstitutione Synodali; nisi in tali casu reseruato, poneretur excōicatio; quia ratione illius excōicationis nō possent absoluere. ¶ Verūtamē vtendo

Alier debet nunc
obseruari
post Cōc.
Tr id. cum
nō possint.
Sess. 14. c. 7

Cōcessione Carmelitanorū, q̄ habetur in dictione Absolutio quodad seculares. 1. §. 19. & Cōcessionibus Fratrū nō Médicantiu suprapositis in dictione, Absolutio quodad seculares. 2. §. 16. vsq; ad 19. possunt absoluere ab omnibus nō reseruatis Papæ. Cōfessores verò nō p̄sentati, nō possunt absoluere à p̄fatis casibus, nec ab alijs de cōsuetudine reseruatis Ep̄is, qbus, secundū diuersas patrias, sūt diuersi casus ex cōsuetudine reseruati.

C A .

A

B

D

E

CAPVCCINI ANNOTATIO.



A IRCA casum reservationem, sunt primo aduertenda ea, quæ sacrum Conc. Trid. Sess. 14. cap. 7. declarauit.

B In initio enim capituli primi declarat, nullius mometi, eā absolutionem esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet Iurisdictionem.

B Secundò. Declarat, magnoperè ad Christiani populi disciplinam pertinere (quod etiam sanctissimis Patribus nostris visum est) ut atrociora quædam, & grauiora crimina, non à quibus vis, sed à Summis dūtaxat Sacerdotibus, in sua Diocesi absoluantur.

C Tertiò. Declarat hanc delictorum reservationem, consonam esse diuinæ autoritati, & non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere.

C Quarto. Declarat in articulo mortis, nullam esse reservationem casuum, & quemlibet Sacerdotem absoluendi autoritatem tunc habere, tenentur tamen postea, si superuixerint se presentare, & ea facere, quæ iura statuunt, & decernunt, prout etiam de hoc superius dictum est.

Quod autem absolutio data super casibus reservatis à non habentibus autoritatem sit nulla, & nullius roboris, vel momenti, habetur nedum in p̄eallegato cap. Conc. Trid. sed etiam extra de p̄enis, & remiss. cap. omnis utriusque, & etiam in Conc. Flor. sub Eug. 4. ibi, de Ministro p̄nitentiae, & in catechismo Romano, ibi de minist. sacram. p̄nit. & apud

D D. Thom. 4. dist. 2. q. 1. ar. 3. sub art. 3. ad primum, & dist. 2. q. 3. art. 2. sub ar. 3. ad primum. & communiter apud Theologos, in 4. sentent. & ratio eorum est, quia confessio non solum est medicina, sed etiam, est ad instar actus Iudicialis: sententia autem (cuiusmodi est absolutio à peccatis) à Iudice non sua lata, nulla est; & idcirco etiam absolutio tradita super peccatis, aut aliis super reservatis, à non habentibus iurisdictionem, est nulla, & cassa, &c.

E Nec obstante hodie priuilegia quorumcunq; Regularium, quibus olim concedebatur facultas absoluendi à casibus reservatis Episcopo, præter quatuor de Iure, & quinque de consuetudine (ut est videre in extrauag. Bened. 11. Inter cunctas, de Priuileg.) Irato nec aliqua Priuilegia specialia, quibus concedebatur facultas absoluendi ab omnibus indifferenter, etiam à censuris Ecclesiasticis, ut est videre supra in verbo, Absolutio quædā seculares, &c. Pro quo etiam vide Armillam, in verbo Abolutio. §. 26. quia hodie, quædā hunc effectum absoluendi, sublata sunt per Conc. Trid. & per Greg. xij. & ratio in promptu est, quia, qui po-

Reservatio casuum coram Deo.

Et habetur supra
In verbo
absolutio.
Quod ad se-
cular. 2. §.
1. fo. 55.

Propter ignorantiā aut scādālum licetē suspēditur aut tollitur potestas audiē di confessōnes. test totum tollere, multo magis partem, Ergo multo magis potest impedire, sed Episcopi possunt ad eorum beneplacitum hodie in totum suspendere Regulares ab audience Confessionum (quod quidem, & si possunt, non tamen nisi ex causa deberent facere; quia potestas in aedificationem, & non in destructionem eis tradita est) & item possunt ad tempus eos habilitare, & item pro mulieribus tantum, aut pro viris tantum, aut in loco tali, vel tali tantum; Igitur etiam pro talibus peccatis absoluendis tantum, & pro alijs reservatis, poterunt eos habilitare, & si contrarium dicili habitati fecerint, id nullius erit roboris, vel momenti. Pro hoc vide. Do. Sot. 4. sent. 18. q. 4. art. 3. coll. 7. 161. ibi quo ergo: & tenetur in Catechesi Neapolitana.

Declaratio Card. circa absoluendis casibus. At hodie existat declaratio congregationis Card. & Greg. Papæ xiiij. hic ad verbum posita, per quam quidem omnis difficultas, atq; disputatio sublata est, &c.

Iur. cas. 15.

lera.

LITTERAE QVOD REGULARES NON possint absoluere confitentes à casibus Episcopo reservatis.

Illustrissimæ, & Reuerendissimæ Dominae.

Habetur i
Catechesi
Neapolita
na. fo. 287



V M d Sacra Cong. Cardinalium qui propositi sunt Decretis Trid. Conc. interpetrandis, Illustrissima amplitudo tua quæsi- nerit, An Regulares ex priuilegijs à Sede Apostolica imperatis, præsertim autem ex eo, quod nominant mare Magnum, D

possint in vs casibus, quos sibi Episcopus reservauerit, absoluere confitentes? Hae de re rbi Congregatio accurate egisset, deinde ad Sanctissimum D. Nyctulisset, Sanctitas sua, etiam de sententiâ Congregationis censuit, ex facultatibus per hoc mare Magnum, aliud Priuilegia Regularibus concessis, factam eis non esse potestatem absoluendi in casibus sibi ab Episcopo reservatis: Deus Illustrissima amplitudini tuae perpetuam ritæ tranquillitatem, & incolumentem largiatur. Romæ die 10. Septembris 1577. Illustriss. & Reuerendiss. Amplitudinis tuae, &c.

Et eadem metu Sacra Congregatio super sessi. 14. de Sacramento pœnitentiae. can. 1. r. & in cap. 7. Conc. Trid. declarauit, Nec Confessores vi Priuilegiorum Rosarij. Nec Patres Iesuitæ posse absoluere pœnitentes à casibus Episcopo reservatis, nisi Priuilegia ipsa, scilicet tradat facultatem, vel sint obtenta, aut confirmata post Conc. Trid.

Ac Reuerendissimo Episcopo Caieta nomine Alfonso Hispano eadæ Sacram Cardinalium Congreg. Confidenti annis paucis retro electisis. An-

per

A per Bullas ordinarias, in quibus solet dari, iustas absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reservatis, comprehendantur etiam casus quos Episcopus, & Prælatus, etiam Religionis cum suis subditis regularibus reservauit, sicut responsum quod non, nisi de eis fieret spesialis mentio: etiam iterum dubitanti, quid per Bullam Sanctissimi nominis Iesu, in qua spesialis habetur, quod Confessarii possint absoluere Confratres à casibus Episcopo reservatis? Illustriss. Cardinalis Carafa nomine totius Congregationes respondit; Neque per illam Bullam fieri posse, nisi tantum ratione Iubilei plenissimi in dicti à Summo Pontifice cum potestate absoluendi in quibuscunque casibus, etiam in Bulla Cœna contentis. De qua dixi supraining verbo absolutio, in resolutionibus in materia solutionum, in fine 4. cap. & ibi etiam adest pro hoc quædam doctrina valde notabilis.

Quar.

Nec obstant iterum priuilegia, quod ad hunc effectum, dum post Cœcil. Trid. concessa Mendicantibus à Pio V. Quia Greg. 13. postea in huc modū reuocauit videlicet statutum de prædictis, & alijs oībus litteris, & Constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus, pro quo rurumcunq. Regularium, etiam Mendicantium Ordinibus, & Congregatiōnibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscunque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atq; decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij Decretis, siue alias legitimè ante dictarum litterarum, & Constitutionum editionem erat; & si ipse non emanasset, futura fuisse; ad quam dispositionem, & decisionem, suumq; pristinum statum, illa omnia reducimus.

D Quin etiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcunque alia, nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia, &c. Sed bodie obseruanda est modificatio facta à Sexto V.

Est tamen aduertenda Declaratio illa facta à Greg. 13. pro Patribus Societatis Iesu, de qua supra dixi in verbo Absolutio, in Resolutionibus Solutionum in fine quarti capituli: Ibi enim dicitur, quod idem Greg. 13. declarauit, in superscripta Cardinalium Epistolâ, non comprehendendi Patres Societatis Iesu circa facultatem absoluendi à casibus reservatis eis concessam, quam de nouo eis concessit, ac confirmauit. ut refertur in Compendio eiusdem Societ. Iesu, Absolutio. §. 1.

Sed circa id, quod ait hic Collector, de casu reservato cum excommunicatione occurrit dubium. An habens casum reservatum cum annexa excommunicatione possit absoluiri virtute alicuius Bullæ, ab excommunicatione, & postea à peccato? & videtur, quod sic; quia secundum viriorem, & communiorum opinionem, receptam per Durandum in 4. dist. 17. q. 1. nica; Can. In relectione de Pénitentia par. 5. Tractat. de ca-

Vt habeatur in Bulla 101. Pij 4. Initio nob. anno 1564. edita -

In cōf. in
tauta uego
tiōnū mo-
le an. 1572

An q̄s pos-
sit absoluiri
pri⁹ ab ex-
coīca & po-
stea à pa-
cto refer-
uato.

Sibus reservatis? Et Nauar. in Manual cap. 27 num. 61.

Si aliquis aliquem casum habet reservatum, cui est annexa excommunicatione reservata, poterit Superiore adire, & ab excommunicatione absolu, ac postea per quempiam alium Confessorem approbatum poterit a peccato absolu. Nam excommunicatione sublata, reservatum iam amplius

A Ang. in sū non erit; & ita, sicut ait Cano. & R. fert Ang. Romæ agitur, & idem pama de con riter videtur dicendum in casu nostro; Veruntamen contrarium est ref. 1. 5. f. rum; nec ratio iam adducta obstat; quia si Papi vel Episcopus, aut eius 1. 7. 4. Sequitur Palat. Vicarius absoluunt ab excommunicatione, talis absolutio non est sacramentalis, sed tantum iudicialis; & ideo possunt ab illa absoluere, absque disp. fin. quod absoluat a peccato: sed dum Confessor virtute alicuius Bullæ absoluuit ab excommunicatione, absoluuit sacramentum aliter in Sacramento Pœnitentiae, aliter enim illud agere minimè posset, nisi illud posse facere extra sacramentum, Bulla aliqua concederet auctoritatem. In multis enim

C Coar. in c. Bullis (ut est Cruciatæ) dicitur, quod auditio, cum diligentia, eorum confessionibus, possint illos absoluere a quibuscumque peccatis, & censuris, Ita tenent Coarrias. Nau. Corduba, & declaravit Pius V. In Jubileto con. §. 11. n. 16 cesso anno 1568. quod incipit, Grauissima maximaq; pericula.

Nau. in sū Dixi virtute alicuius Bullæ quia si excommunicatione non erit reservata, & Confessor habuerit auctoritatem absoluendi ab illa, bene poterit absoluere in foro exteriori, sicut ordinarii Curati solent facere, sic tenet Syl. nu. .cord. in sum. q. 19. f. 60. uest. Et Fratres Minores possunt id facere, etiam non seruata Cerimonia illa, cum qua talis absolutio fieri solet, per Concessionem quandam Leon.

D Sylvest. ti. 10. & hoc in foro conscientie tantum; quia in foro exteriori omnino debet illa Cerimonia obseruari, si comode tamen fieri poterit, aliter enim not. hochz betur sup. non obligaret, ut ait Nauar. in Manual. c. 26. nu. 9.

E Itaq; ad propositum nostrum redeundo, dicimus, quod cum talis absolutione ab excommunicatione, oporteat fieri in Sacramento Confessionis; & Confessio ipsa debeat esse integra de iure diuino, in quo Papa dispensare.

D Isæ cœri- non potest; sine dubio erit necesse, omnia peccata similiter audire; & sic monia re- prius ab excommunicatione, postea a peccato, in eadem Confessione erit quisita re- facienda absolutio.

E Quid obseruare debeat Confessor in absolutione reservatorum, consu- lat Nauar. in Man. c. 26. nu. 6. ubi breuis datur huius resolutio.

D nu. 7. & 8. De casibus autem reservatis, nunc taxatis, ac præscriptis à S. D. N. Clement. viiiij. cunctis Regularibus, & de aliquibus alijs annotationibus ad illos pertinentibus, vide quæ supra dixi in verbo Absolutio quodad. Fratres, in annotatione ad §. 17 fo. 31.

A CELEBRATIO DIVINORVM.

¶ Distinctio Materiae celebrationis diuinorum.

GIRCA celebrationem diuinorum, sunt multa, & varia Statuta, & concessa in Priuilegijs, quæ ut facilius intelligi, ac reperiri valeant, subsequenti ordine distingue visum est.

Collector.

B ¶ Primò enim aliqua istorum attinent ad celebrationē Horarum canonicarum. Et hæc habentur infra in dictione, Officium diuinum.

Hic desūt
multa po-
pula in pri-
ma impres-
sione, quæ
tamēponū
tur in ver-
bo missa.

¶ Secundò alia pertinent ad celebrationem Missarum. Ista autē sunt multiplicia, & habentur sub varijs dictionibus, prout infra in dictione, Missa, sunt distincta, & ad propria loca remissa.

CENSURA ECCLESIASTICA.

GEO decimus in Concilio Lateranensi statuit, quod Censuras per Ordinarios latas, & promulgatas, ac in Matrice Ecclesia ciuitatum, necnon Collegiatis, & Parochialibus Ecclesijs Castrorum, & Oppidorum respectivè solemniter publicatas, quando super hoc ab eisdem Ordinarijs Fratres requisiti fuerint, in Ecclesijs domorum sua- rum, publicare, ac seruare teneantur. B. ss. o. 36. conc. 81. Ecclesia.

D IDEM Leo concessit Fratribus Minoribus obseruatis, quod tempore Interdicti, possint absoluere à Censuris, in foro conscientiæ illius qui confitebuntur peccata sua, nisi tales Censuræ essent, ex quibus huiusmodi interdictum emanaret. Interdictum
Off. 59. concess. 174.

CLAVSURA MONIALIVM.

E ¶ Distinctio Materiae clausuræ Monialium.

QVODA'D' materiā Clasurę duo præcipua reperiuntur à Pontificibus summis ordinata.

Collector.

¶ Primum cōcernit præcisè personas ipsarum Monialium, scilicet, qualiter ipse tenentur manere inclusæ intra Monasteria.

¶ Alter-

¶ Alterū tangit personas aliorum fidelium, præsertim Religiosorum, videlicet, quomodo tenentur abstinere ab ingressu huiusmodi Clausuræ.

¶ Circa primum horum, primò ponetur quòd tangit omnes Moniales. Deinde quod specialiter pertinet ad Moniales Sæcæ Clæræ. ¶ Quantum ad alterūm principale, dicetur in dictione, Ingredi Monasteria Monialium.

BONIFACIVS octauus circa Clausuram Monialium fecit sequentem Constitutionem. Periculoso, & detestabili quarūdam Monialium statui, quæ honestatis laxatis habebitis, & monachali modestia, sexusq; verecundia impudenter abiectis, extra sua Monasteria, nonnunquam per habitacula secularium personarū discurrunt, & frequenter intra eadem Monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem, voluntate spontanea, deouerunt, grauem offensam, Religionis opprobrium, & scandalum plurimorum, prouidere salubriter cupientes; præsenti Constitutione perpetuò irrefragabiliter valitura sancimus, vniuersas, & singulas Moniales præsentes, atq; futuras, cuiuscunq; Religionis sint, vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis Monasterijs debere de cætero permanere Clausura. Ita quòd nulli earum Religionē tacite, vel expressè professæ, sit, vel esse valeat quacūq; ratione, vel causa (nisi forte tanto, & tali morbo euidenter earū aliquam laborare constaret, quòd non posset cum alijs, absque graui periculo, seu scandalo cōmorari) Monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas. Nulliq; aliquatenus inhonestę personæ, nec etiam honestæ, nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de illius ad quem pertinuerit speciali licentia, ingressus, vel accessus pateat ad easdem; vt sic à publicis, & mundanis cōspectibus separatæ, omnino seruire Dco valeant liberius, & lasciuieri opportunitate sublata, eidem corda sua, & corpora in omni sanctimonia diligentius custodi. Habetur in c. periculoso, de statu Regularium.lib.6.

¶ Circa suprascriptam Concessionem aliqui obijcere præsumperunt, dicentes, non posse quempia arciari ad id, quòd minimè vouit, seu promisit, ac per consequens Moniales, quæ non voverunt Clausuram, non teneri ad huius Constitutionis obseruantiam, prout de facto multæ in multis partibus non obseruant. Sed præfatis respondet glossa super hanc Cōsitu-

A stitutionē, in dictione, præsentes, dicens. Sed quomodo præsentibus Monialibus distriictior vita imponi potuit, cōtra id. 15. q. 1. c. Nec is, & 22. q. 1. c. Integritas, & 20. q. 3. c. Præsens. Cum & nemo crescere compellatur. 74. di. c. Gestā, & ibi de hoc? Potest dici, quod illud verum de Regula, sed hic ad Regulam nihil adjicitur, sed modus habitandi secundum naturam rei taxatur. Idem Ioannes Monaldus. Vel dic, supradicta vera in clericis secularibus. In religiosis autem, qui

B velle, vel nolle non habent, secus; quia illis potest strictrior vita indici, etiam extra Regulam secundum Innocentium, qui hoc notat in c. Super eo de Regularibus. Et hoc probat ista Decretalis. Et Clementina eodem titulo. Ne in agro. Et per hęc iura patet, Papam circa professos multum posse in cibis, vestibus, modo manendi, & similibus, quae plus cadunt in bonis fortunae, reseruata tamen naturali sustentatione, & substantialibus Regulæ. Hęc glossa vbi supra.

C **V G E N I V S** quartus ordinavit, quod sicut Abbatissæ, & aliae sorores, & earum Prouisoræ, ad hoc deputatæ, tenent claves, quibus ab intra portæ Monasteriorum clauduntur, sic per Confessores, aut alias honestas personas (per Ministros Generalem, aut Prouinciales deputandas) ex parte exteriori habeantur claves, & conseruentur. B. fol. 42. & ff. 39. concess. 44.

D **V R B A N V S** quartus statuit, qualiter Moniales S. Claræ secundam Regulam (quam ipse ordinavit) professæ teneantur seruare Clausuram Monasteriorum suorum, sub forma sequenti. ¶ Omnipotens tempore vitæ suæ, hanc vitæ profitentes, clausæ manere firmiter teneantur infra murorū ambitum ad intrinsecam Clausuram Monasterij deputatum, nisi forsitan (quod absit) superuenerit ineuitabilis, & periculosa necessitas, sicut exustionis ignis, vel incursum hostilis, seu aliquius huiusmodi, quae dilatione nullo caperet modo ad egrediendi licentiam postulandum. In quibus casibus transferant

E se sorores ad locum alium competentem, in quo (quantum commodè fieri poterit) clausæ morentur, quousque eis de Monasterio sit prouisum. Et propter huiusmodi necessitatis eidientiæ, nulla eis conceditur licentia, vel facultas, extra prædictam Clausuram ulterius exeundi forte de mandato, aut auctoritate Cardinalis Romanæ Ecclesie, cui à sede Apostolica generaliter fuerit iste Ordo commissus) ad aliquem locum aliquæ

Pro monia
lib^o S. Cla
ræ, ac Ter-
tiatijs.

Ex secunda
Regula S.
Claræ.

Casus in
quibus mo
niales pos
sunt egre
di clausu
ram.

quæ mitterentur, causa plantandi, vel edificandi eandem Religionem, vel reformandi aliquod Monasterium eiusdem Ordinis, seu causa regiminis, aut correctionis, aut alicuius valde euidentis, & grauis dispendij euitandi; vel nisi de eiusdem Cardinalis mandato, aut auctoritate, Monasterio primo, rationabili causa relicto, totus Conuentus ad Monasterium aliud se transferret. B. fol. 284. in tractatu 3. Et ff. 294. in 2. tractatu, rubrica 2.

BE N E D I C T V S 12 circa Decretalē Bonifacij octaui super positam statuit subsequenti modo. Cūm vniuersæ, & singulæ Moniales secundum earū Regulas, & Constitutiones felicis recordationis Bonifacij octaui prædecessoris nostri super hoc editas, sub perpetua, in suis Monasterijs, debeant permanere Clausura, & in nonnullis Monasterijs Monialū prædictarum, sicut accepimus, non vsquequaq; seruentur, volentes Constitutiones prædictas inuiolabiliter obseruari, districte præcipimus Ministris, Visitatoribus, Abbatissis, & quibuscumq; alijs ad quos, vel quas hoc pertinuerit, vt Clausuram huiusmodi diligenter teneri faciat, & seruari; ita quod nulli earum tacite, vel expressè professæ, sit, vel esse valeat, quacunq; ratione, vel causa, Clausuram huiusmodi deinceps egrediendi facultas; nisi fortè causa plantandi, vel ædificandi eandem Religionem, ad aliquem locum aliquæ transmittantur; vel tanto fortè, & tali morbo euidenter earū aliquas laborare constaret, quod non possent cum alijs, absque graui periculo, seu scandalo cōmorari. b. Habetur in libro Ordinis Italico. 3. parte. fol. 210.

ID E M Benedictus statuit, quod si Abbatissa, contra præmissa Clausuram ipsam exire præsumperit, vel ad exeundū aliquam licentiauerit Moniale, per Ministrum suum, de discretorum Fratrū consilio, remoueatur à regimine Abbatia. Moniales verò dictam exeunte Clausurā, in casibus non permisis, ipso facto sint inhabiles ad quæcūq; officia, in earum Ordine obtainenda. Et nihilominus subdantur pœnis, quæ pro grauioribus culpis in ipso Ordine consueuerunt imponi. b. Habetur ubi præcedens.

Collector. **Q**UÒ A D Clausuram Monialium est notandum, quod Moniales Sanctæ Claræ, habent ampliorem obligationem ad clausuram, illa, quæ à iure communi, per Capitulum, Periculoso, superius inserto, cæteris Monialibus posita est.

Hoc

A Hoc patet, quia in Regula suæ professionis. cap. 2. sic dicitur.
Omni nanq; tempore, &c. vt etiam superius est insertum. s. 3.
Ita quòd Clausura est vnum suorum votorum principalium,
prout seruare obedientiam, paupertatem, & castitatem. Su-
per quo non est aliqua dispensatio, nisi in casibus, qui positi
sunt supra. s. 3. per Vrbanum ordinatorem Regu æ. Ut autē
melius intelligi valeant, ponentur hic sigillatim, addendo
aliquam declarationem, vbi opus fuerit.

B ¶ Primus casus est, si superuenerit ineuitabilis, & pericu-
lo necessitas, sicut exūstionis ignis, vel incursum hostilis, seu
alicuius cōsimilis, quæ dilationem nullo modo sustineret ad
postulandum licentiam egrediendi. In quibus casibus (dicit
Vrbanus) transferant se sorores ad alium locum competen-
tem, in quo (quantum commodè fieri poterit) clausæ more-
tur, quousq; eis de Monasterio sit prouisum.

Primus ca-
sus.

C Circa hunc casum, dicit quidam expositor, quòd adhuc
in huiusmodi casu, si posset absq; periculo fieri, deberet prius
haberi Superioris licentia, vt colligitur ex supradicta litte-
ra Regulæ. Sed quando subitum periculum ad hoc non daret
locum, tunc absq; licentia possunt egredi. Non tamen quæ-
libet per se, aut separatim, sed omnes insimul. Et statim vt
exierint, debet se recolligere in aliqua domo honesta, & da-
re Ordinem, vt habeant debitam Clausuram, quousq; proui-
deatur eis de Monasterio. Et istud, non est declaratio, cū Re-
gula expressè hoc dicat. Item si ignis intus ardens potest ex-
tingui, ipsis Monialibus intra Monasterium manentibus, nō
possunt egredi, etiam cum licentia Prælatorum. Nec etiam
possunt ad alia Monasteria transferri, præsertim remanente
sufficienti habitatione.

D ¶ Secundus casus est, quando ab habente potestatem mit-
terentur ad aliquem locum causa plantandi, vel ædificandi
eandem Religionem, aut reformati aliquod Monasterium
eiusdem Ordinis.

Secundus
casus.

E ¶ Tertius casus est, causa regiminis, scilicet, vt aliqua Mo-
nialis sit prælata alicuius Monasterij.

Tertius ca-
sus.

¶ Quodad istum casum dicit præfatus Expositor, videtur, q
non solùm possit aliqua Monialis egredi Clausuram, & duci,
vt sit Abbatissa alterius Monasterij, sed etiam vt sit Magistra
Nouitarum, seu vt ponatur in aliquo officio, in quo multum
consilit honestas Religionis, prout habere Custodiā por-

tæ,

tæ , aut rotæ , &c. Dicit etiā prædictus Expositor , quod per-
acto officio , pro quo aliqua Monialis ducta est ad aliud Mo-
nasterium , si vult regredi ad suum Monasteriū , potest reuer-
ti sola , si socia vult remanere . Aut socia posset reuerti so-
la , si principalis nollet regredi , de consensu tamen vtriusque
Monasterij .

Quartus
casus.

¶ Quartus casus est , causa correctionis . ¶ Hunc casum de-
clarat præfatus Expositor : vt si accideret , quod aliqua Mo-
nialis non possit corrigi in Monasterio , vbi habitat , timore
suorum cognatorum , quia tunc posset duci ad aliud Mona-
sterium , &c.

Quintus
casus.

¶ Quintus casus est , causa alicuius valdè euidentis , & gra-
uiss dispendij euitandi . ¶ Dispendium , de quo in isto casu fit
mentio , declaratur in c. i. de statu Regu.lib.6. scilicet , si ali-
qua Monialis esset infecta aliqua infirmitate , tam contagio-
sa , quod merito timeretur inde prouenire magnum damnum
alijs Monialibus , aut non posse ibi stare sine grandi pericu-
lo , vel scandalō communitatē . Dicit tamen prædictus Expo-
sitor , quod si idem inconueniens , quod habetur in Monasterio , vbi habitat Monialis huiusmodi , erit in quocunq; alio
Monasterio , fortè posset ponī in aliqua domo particula-
ri . Sed licet quacunq; alia infirmitate non sic contagiosa ,
Monialis infirmetur , & adhuc taliter , quod medici dicent
non posse euadere ibi manendo , & quod posita in aliquo alio
Monasterio sui Ordinis posset sanari , non propterea posset
exire Clausuram , nec inde educi . Nec ad hoc sufficit licentia
Protectoris , vel alterius Prælati , sed quod ibi curetur , prout
melius fieri potuerit , & habeat patientiam . Sic enim determi-
natum fuit per plures insignes doctores vniuersitatis Salmā-
tinæ , prout inferius cum suis fundamentis apponitur .

Sextus ca-
sus.

¶ Sextus casus est , quando de mandato Prælati , habetis au-
toritatem , Monasterio primo , ex causa rationabili relicto ,
totus Conuentus ad Monasterium aliud se transferret .

¶ In omnibus tamen casibus supradictis , dicit Urbanus , in
Regula , quod non debent egredi , nisi de licentia Protec-
toris . Et quia Provincialibus concessum est , quod in Monaste-
rijs Sanctæ Claræ sibi subditis , possint circa sorores , omnia ,
quæ Protectori , per Regulā ipsarum Monialium , concessa sunt ,
vt habetur . ff. 213. & ff. 72. possunt ijdem Provincialles , in
casibus supradictis , dare licentiam Monialibus egrediendi

Cla-

A **Clausuram.** Aliter tamen est de potestate data Protectori in Regula ad dandum licentiam ingrediendi Clausuram; quia illa est reuocata per Martinum s. & per consequens, carent illa Prælati Ordinis, Prout latè declaratur infra, in dictione, Ingredi Clausuram, notabili vltimo.

¶ Igitur Moniales S. Claræ egrediendo Clausuram, extra casus supradictos, transgrediuntur suam Regulam, & peccat mortaliter, licet non incurrat excommunicationem, nisi in uno tantum casu, posito in Regula sua, scilicet, si irent ad Curiam Romanam. Et ponitur sequentibus verbis. In virtute obediæ, & sub pena excommunicationis, quam ipso facto, transgredientes, vel non parentes incurvant, districte præcipimus, vt nulla Abbatissa, vel Soror, pro villa necessitatis causa, ad Sedem Apostolicam personaliter veniat, vel accedat, nisi alicui licentia specialis à Sede Apostolica concedatur. Habetur c. 13. Regule fo. 290. tract. 3. & fo. 298. tract. 2.

C ¶ Non est opus hic dicere qualiter dimisso habitu, exeundo Clausuram, incurrerent excommunicationem, licet non irent ad Curiam Romanam; cum hoc sit de iure communی, quod ad omnes personas religiosas: vt in c. 2. Ne clerici, vel monachi lib. 6. ¶ Et non solum Moniales Sancte Clare non possunt exire Clausuram, vt dictum est, sed nec introducere aliquam personam, prout Regula ipsarum prohibet, dicendo. Firmiter, ac districte præcipimus, vt nulla vñquam Abbatissa, vel eius

D Sorores, aliquam personam religiosam, seu lecularem, aut cuiuslibet dignitatis, in Monasterij Clausuram intrinsecam intrare permittant. Nec omnino alicui liceat, nisi quibus concessum à Sede Apostolica fuerit. Nā, vt supradictum est, etiam Protector non potest iam hoc concedere: Ita quod in praefatis duobus consistit Clausura Religiosarū. Et si facherent contra primū, infringenter suum votum Clausuræ. Si autē contra secundum, transgredenter Preceptū Papæ. In neutro tamen

E corum incurrerent excommunicationem, nisi eundo ad Curiam Romanā, aut dimittendo suum habitum, vt dictum est, licet irent alias quocunq; vellent; aut introducerent quemcunq; intra Clausuram Monasterij. Peccarent tamen grauissimè in quolibet istorum casum. Vnde quod ad hunc casum, scilicet, ire absq; licentia, seu apostatare cum habitu, magis rigorosum est statutum Fratrum nostri Ordinis, cum eundo vbiq; sine licentia, etiam non dimittendo habitū, sunt excommunicati.

¶ Et

¶ Et ut sciatur quid circa hoc statuta antiqua ordinauerūt; apponetur hic statutum Benedicti 12. quod sequitur.

¶ Districte præcipimus Ministris, vel Visitatoribus, Abbatis, & quibuscumq; alijs, ad quos, vel ad quas hoc pertinuerit, vt Clausuram huiusmodi diligenter teneri faciat, ita quod nulli earum tacite, vel expressè professè, sit, vel esse valeat, quacunq; ratione, vel causa, Clausuram huiusmodi deinceps egrediendi facultas, nisi causa plantandi, vel edificandi eandem Religionem, ad aliquem locum, aliquæ trāsmittantur; vel tanto fortè, & tali morbo euidenter aliquas earum laborare constaret, quod non possent cum alijs, absque graui periculo, seu scandalo commorari. Quodq; nulli Regulari, vel laicæ personæ cuiuscunq; præminentia, dignitatis, status, vel conditionis extiterit, ingressus pateat ad easdem, sine Apostolicæ Sedis licentia speciali. Exceptis solummodo personis illis, quibus, in certis casibus, per prædictorum Prædecessorum ordinationes, idest Concessiones, & per prædictarum Monialium Regulas, noscitur esse permisum. Eisdem quoq; Ministris, Custodibus, & Guardianis, tenore præsentium duximus iniungendum, vt Fratres sui Ordinis sibi subditos, arcere studeant ab accessu ad Monasteria Monialium quarumcumq; iuxta B. Francisci Regulā, & Apostolica ipsorum Ordinis instituta, pœnas in dictis statutis prudè ordinatas, eorum transgressoribus infligendas. Et infra addit. Porro, si Abbatissa contra præmissa, Clausuram ipsarū exire præsumperit, vel ad exeundum aliquam licentiauerit Monialem, per Ministrum suum de discretorum Fratrum consilio, remoueatur à regimine Abbatæ. Moniales vero, dicta exeunte Clausuram in casibus non permisis, ipso facto sint inhabiles ad quacunq; officia, in earum Ordine obtinenda. Et nihilominus subdantur pœnis, quæ pro grauioribus culpis in ipso Ordine consueuerunt poni. Hæc Benedictus 12. in Constitutionibus suis.

¶ Et notandum, quod licet istæ Constitutiones Benedicti non obligent per se ipsas, quia faciunt relationem eorum, ad quæ obligamus per Regulam nostram, & Monialium; potius tamen hic ad insinuandum pœnas, quæ per statuta imposita sunt Abbatissis, & Monialibus, pro transgressione Clausuræ, in præfatis casibus. Et ut ex hoc inferatur, non inueniri per Regulam, nec per aliqua statuta, excommunicationem eis impositam

A sitam in aliquo casu propter transgressionem Clausuræ; nisi, ut dictum est, irent ad Curiam Romanā, vel apostatando dimitterent habitum; licet aliter aliqui opinati, & asserere nisi sunt. ¶ Qui verò supradicta omnia latius videre voluerit, reperiet latè, ac optimè in tractatu nūcupato Clipeus sacram̄um Monialium, per Reuerendum Patrem, bonæ memoriarum, Fratrem Ioannem de Argomanes editum.

B ¶ Sequitur determinatio facta per plures Doctores famosos vniuersitatis Salmantinae, præmissa diligenter, & exactissima discussione circa questionem sequentem.

C **Q**UAERITVR vtrū Minister Generalis, aut Prouincialis, seu Visitator, vel Commissarius Ord. Fratrum Minorum, habens curam Monialium S. Claræ, valeat quandam Moniale vnius Monasterij (secundum Regulam S. Claræ professam) ad aliud eiusdem Ordinis Monasteriū, causa alicuius grauis infirmitatis curandæ, licentiare. ¶ Et licet dubia pro vtraq; parte altercata lucescunt clarius; redimendi tñ temporis gratia, nō hinc inde altercabitur, sed negatiua, tamquā vera, apertis fundabitur iuribus, & rōnibus, modo sequenti.

D ¶ Et primo in Rubrica secunda eiusdē Regulæ continetur, prout suprapositum est, quod Moniales illam vitam profitētes, firmiter teneantur manere in Clausura toto tempore vita suæ, praterquam si euenerint certi casus fortuiti, ibi expressi, vt incendij, belli, & huiusmodi. Postea, narratis fortuitis, excipit etiam alios non fortuitos, tenoris sequentis.

E Nisi forte de mandato Cardinalis Romanae Ecclesie, cui generaliter iste ordo à Sede Apostolica fuerit cōmissus, ad aliquem locum aliquando mitteretur causa plantandi, vel ædificandi eandem Religionem, vel reformati aliquod Monasterium eiusdem Ordinis, seu causa regiminis, aut correctio- nis, aut alicuius valde eidētis, & grauis dispendij euitandi, &c. Cum ergo ad huiusmodi licentiā obtinendam requiratur mandatum Cardinalis, in præsentiarum Protectoris Ordinis, & dictus Reuerendus Pater Minister Prouincialis N. nec alias Frater officium Visitatoris exercens, non habeat mandatum, nisi solummodo de visitando, reformato, corrigendo, & castigando, non autē de licentiando. Igitur eam licentiare non potest.

F ¶ Secundo, ad hoc quod dictus Cardinalis Protector pos-

Quæstio
notabilis.

Responso.

Prima pre-
batio.

L fit

sit prædictam Monialem licentiare, oportet, ut sit adhuc in casibus superioribus sibi commissis. Sed grauiter infirmari, non est de casibus sibi commissis, ergo, &c. Et quod non sit de eis, probatur; quia ibi sunt certi casus positi expressim, & nominatim, & in fine dicit; Vel alicuius valde evidenter, & grauis dispendij euitandi. Et quod non sit de expressè nominatis, patet, cum iste casus inter Superiorum non sit positus. Quod non veniat etiam appellatione valde evidenter, & grauus dispendij euitandi (licet quilibet fani intellectus posset comprehendere) tamen probatur sic. Si hæc Monialis esset peste vulnerata, ne corrumperetur tota domus, videretur licentiari debere, extra Clausuram curanda, quod si non fieret videretur valde evidens, & graue dispendium, quod ut euitaretur, deberet licentiari. Idem de notabilis lepra, tali vide-licet, quod si esset persona secularis, iure posset extrahi de populo, & mitti ad domos in campis separatas. Vel (quod absit) de lepra, seu morbo morum. Et sic de alijs infirmitatibus contagiosis, ex quibns toti Communitati, ex unius infirmitate, posset venire corruptio. Sed de alijs infirmitatibus non contagiosis, quamquam dicatur, quod locus est illi infirmitati contrarius, vel quod aquæ sunt grossæ, vel similia; potest responderi, quod si locus est humidus, habitet infirma in alto. Si valde siccus, in inferioribus, & si aquæ sunt grossæ, coquantur. Et si non est copia Medicorum, sic contenta cum illis, vel illo, qui communiter sufficit ciuibus, & sic debet sufficere Religiosis, & similia. Vnde propter huiusmodi infirmitates, sic, vel sic curandas, non potest ullo pacto dici, quod admittitur, vel euitatur valde evidens, & graue dispendium.

Nota. Ad quod ponderanda sunt verba, scilicet valde evidentes, & graues; quia sunt duo termini, & copulatiuè positi, & ponuntur diuisim, ratione illius coniunctionis, & Iuxta ea quæ notwithstanding in rubrica ff. de iuris, & facti ignorantia. Et sic requiritur, quod illud dispendium, non solum sit valde evidens, sed etiam quod sit graue. Sed cum reuera, nec sit valde evidens, nec graue, dico hoc, non respectu personæ, nā respectu personæ bene potest esse va'de evidens, & graue; sed dico respectu Communitatis: quod debet sic considerari, ratione illius verbi (euitandi) quod de sui natura requirit duplices personas, scilicet personam, quæ euitetur, & personam à qua euitetur, ut patet per textum, & quæ ibi trahuntur, in c. Illud, de cleri.

A cleri excommunicati. Et in cap. Nulli de sententia excommunicationis, cum alijs multis iuribus, quæ ad præsatū propo- situm adduci possent, nisi ob prolixitatem vitandam. Igitur. R. P. Minister Provincialis, seu Visitator, prædictam Mo- nialem licentiare non potest.

T Tertiò considerandū est, quod Papa in omnibus locis Regulae, vbi aliquid contra Clausuram exceptauit, sine in casib- Tertiæ pro-
batio.

B bus fortuitis, siue non fortuitis, nunquam habuit considera- tionem ad aliquam personam particularē. Et est verisimile, imò iuridicū, quod si voluisset, expresisset. Vnde cùm in om- nibus suis exceptionibus Papa semper consuluit, & prouidit Communitati, benè colligitur, quod voluit commoditatē Communitatis, aliquando præferri Clausuræ. Sed cùm nul- quam in tota Regula reperiatur (nec etiam in uno tantummo- dō casu) commoditati personæ particularis, sicut commodi- tati Communitatis consulere, vel prouidere, apertè patet,

C quod commoditatē, seu consolationē personæ particu- laris, nullo pacto voluit præferri Clausuræ. Igitur Reueren- dus Pater Minister Provincialis, aut Visitator, seu Commissarius. N. nullatenus, absq; speciali licentia Sedis Apostoli- ce prædictam Monialem licentiare potest.

T Præterea, & quartò, in dicta secunda Regula est quedam Rubrica, scilicet, duodecima, tenoris sequentis. De infirmis Quartæ pro-
batio.

verò, cura, & diligentia maxima habeatur, & secundū quod possibile fuerit, & decuerit, tam in cibarijs, quæ earū requiri- rit infirmitas, quam in alijs necessarijs in feroore charitatis benignè, ac sollicitè eis per oīa seruiatur. Quæ infirmæ pro- prium habeant lectum (si vñquam fieri potest) vbi à sanis ma- neant separatae, ne illarum Ordinem valeant confundere, vel turbare. Ex qua Rubrica duo clarissimè colliguntur. Primū in fauorem proximi præcedentis fundamenti, scilicet, quod adeò Communitatem, in sua spirituali sanitate, Papa conser- uare vult, quod præcepit, vt Moniales corporaliter infirmæ taliter curentur, quod sanas in diuinis beneplacitis vacan- tes, nullo modo valeant confundere, vel turbare. Et ita com- moditatē communem semper considerauit, nunquam autē particularem. Secundum est, quod in hac Rubrica, Papa lo- quitur de granibus infirmitatibus curādis, quod patet, quia dicit, quod curentur maxima cura, & maxima diligentia, cū sollicitudine, & per oīa, & similia verba. Vnde sequitur eni-

E L 2 den-



denter, & Summus Pontifex intellexit de grauibus infirmitatibus. Alter enim esset minus proportionatum, referri ad infirmitates leues, sed ad graues, cum secundum iura, & omnimodam veritatem, maxima maximis referantur. Et si prouidetur ad infirmitates graues curandas (quod negari non potest) clare constat, quod ille casus, scilicet, valde euidentis, & graui dispendij euitandi, non obtinet locum, nisi in infirmitatibus contagiosis, ut ante dictum est. Et sic dictus R. P. Mag. predictam Monialem licentiare non potest.

*Quintus p.
batio.*

¶ Quinto, & finaliter, licet omnia supradicta non militarent, quæ iuridicè militant, non curemus quærere multas disputationes, cum excusari possunt; nam ubi est casus legis, non est quæstio juris: ut in I. ancilla. C. de furtis. Textus est expressus in proposito in capi. vnicō de statu regul. lib. 6. cuius verba talia sunt. Periculo, & detestabilis quarumdam Monialium, &c. Inferius sequitur, ubi facit. Sancimus vniuersas, & singulas Moniales presentes, atq; futuras cuiuscunque Religionis sint, vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis Monasterijs debere de cetero permanere Clausura. Ita quod nulli earum Religionem tacete, vel expresse professæ, sit, vel esse valeat, quacmq; ratio ne, vel causa (nisi forte tanto, & tali morbo euideretur earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs, absq; graui periculo, seu scandalo cōmorari) Monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas. Ex quibus verbis clare constat, licentiam huiusmodi, auctoritate Apostolica esse prohibitū. Nec obstat si aliquis dicat quod potest intelligi, de exēundo ad domos secularium (ne secularibus Moniales illecebris involuantur) & non ad aliud Monasterium, causa curandi, vel huiusmodi. Nam glo. non curat de similibus interpretationibus, sed intelligit textum istum de exitu simpliciter, & absolute, dicens, quod nec ad aliud Monasterium causa curandi, vel huiusmodi, sed quod sit in perpetua Clausura, præterquam in duobus casibus, quos excipit, quorum noster nullus est. Igitur R. P. M. predictam Monialem licentiare non potest, vt multipliciter, & euidenter probatum est per predicta.

Collector.

¶ Ex predictis infertur euidenter, quod nullatenus potest aliquis predictorum Prælatorum, absq; licentia Sedis Apostolicæ, mutare aliquam Monialem suæ curæ subiectam, de Monasterio in quo professa est, vel de alio, ad quod legitime trans-

A translata est aliud Monasterium, ut ibi habeat curam infir-
marum; vel ut pulset organa; vel propter alias consumiles
causas; nisi solùm pro causis expressis per Urbanum, ut su-
pra positum est.

ANNOTATIO CORDVBAE.

B **Q**UODAD §. 1. rbi Collector dat duas rationes, quare Ecclesia
potuit obligare Moniales ad Clausuram, cōtra ipsarum volū-
tatem; & inducere ritam strictiorem ipsis: notandum, quod
prima ratio videtur melior, ut habetur in Sum. Ang. tit. Religio. §. 29.
& Silue. Religio. 6. q. 6.

C **Q**uoad hoc sunt septem notanda, pricipuè quoad Clausuram Tertia-
riarum, in Cōgregatione viuentium secundum Regulam Leo. 10. vt h.c
omnia notauit quidam pater satis in huiusmodi eruditus. Primo notandum,
quod illud ius commune in cap. periculo de statu regul. lib. 6. non com-
prehendit Tertiarias, in communi viuentes, tria rota solemniter emitten-
tes. Ratio, quia Regula sua per Leo. 10. edita, & confirmata, post illud

Septem no-
tanda quo
ad Clausu-
ram Tertia-
riarum.

1. Not.

ca. concessit eis, quod non teneātur ad Clausuram, nisi illæ, quæ Clausurā
vouere voluerint, vt patet in earum dicta Regula, cap. ultimo. & simili-
ter multæ aliae Moniales aliorum Ordinum, vt potè, Beati Bernardi, &
Beati Benedicti, & aliae huiusmodi. In hijs tēporibus, neq; vouent Clau-
suram, neq; ad eam vouendam tenentur, neq; per Ecclesiam, aut per
Prælatos ad eam astringuntur vniuersaliter. Secundò notandum, quod

2. Not.

D illæ Tertiariæ, quæ Clausuram vouere voluerint, tunc solùm tenebuntur
eam seruare, eo modò, quoad se obligare intendebant, quando vouerunt
absolutè, vel limitatè, vel in toto, vel in parte, & non aliter, nec amplius.
Ratio, quia Votum non obligat ultra intentionem vouentis, ex quo est li-
bera, & voluntaria promissio Deo facta, secundum cōmuniter doct. in 4.
dist. 38. Videatur si placet, Bonavent. ibidem art. 1. q. 1. & Richar. art. 2.

q. 2. & c. Et ad id facit, cap. exij de verb. sign. lib. 6. §. nos obscuritate
in vers. nisi professor huiusmodi, & c. & cap. licet, extra de roto, & ad
id facit l. obligationum. l. 1. ff. de actionibus, & obligat. rbi dicitur quod nō
satis est dantis esse nummos, & fieri accipientis, ut obligatio nascatur; sed
etiam hoc animo dari, & accipi, ut obligatio constituatur. Ideò tertio no-
tandum, quod si in vouendo Clausuram, eam absolutè vouerunt, nihil ex-
cipere intendentes, neq; exprimentes ullam limitationem, sed absolutè,
sicut aliae Moniales vouentes Clausuram, eam vouerunt, tunc intelligi-
tur, quod eam vouerunt; & tenentur seruare absolutè, sine exceptione
alia, sicut & aliae Moniales cōmuniter Clausuram vouentes, & seruan-

3. Not.

tes ex Regula (excepto casu, ad curādum infirmos, aut ipsis Tertiariis vuentibus clausuram specialiter Regula concedit; De quo latius, infra in quinto notabili dicetur.) Et ratio huius tertij notabilis est duplex. Prima, quia verba absoluta sine exceptione intenta specialiter, aut expressa, sunt absolute, & generaliter intelligenda, ut in cap. quoniā de coniugio leprosorum; & ubi ius non distinguit, nos distinguere nō debemus, de maiori. & obedientia cap. Solitae, & ut habetur extra, de decimis cap. ad audiētiā. Itēm secunda ratio est, quia ut ait Vlpianus in l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur. si non apparet quid actum est, consequens est, ut id sequamur, quod in regione, in qua id actum est, frequentatur. Ex quibus verbis videtur, quod rotum clausuræ absolute factū a predictis Tertiariis, debet intelligi, & seruari secundum Ius cōmune, in d. cap. periculoso; vel ut cōmuniter seruatur ab alijs Monialibus, videntes clausuram in eadem regione, maximè ab illis, quæ sub eadem obedientia vivunt: quales sunt Moniales S. Claræ, aut immaculatæ Conceptionis, in hijs partibus Hispaniae, ubi sunt omnes predictæ Religiosæ, de quibus tacitum est.

Quarto notandum, quod si aliqua Tertiaria nollet vovere Clausuram, & vellet esse religiosa, profitendo alia vota tantū in Monasterio Tertiariū videntium clausuram, non solum potest non admitti, & non recipi, sed, & iā recepta potest, & debet expelli, si nollet expressè, & vcrè promittere Clausurā, sicut aliæ omnes communiter eiusdem Monasterij vident: & si in professione, quando cum alijs tribus votis, vovit quidem expressè clausuram, sed fraudulenter, quia, scilicet, non intēdebat vēre ad Clausuram, quam verbo tantū vovbat, se obligare: tunc in foro conscientie, licet ratione voti, quod non est, nō teneatur ad Clausuram; tenetur tamen ratione scandali ritandi, & in foro exteriori ecclesiastico non credetur ei, quod tales intentionem fraudulentem habuit contra verba expressa liberæ voluntatis, & cogetur ibi stare, & seruare Clausuram, quia in voto communi, intentio cuiuscunq; debet interpretari secundum communiter videntes, & secundum statuentes, aut secundum communitatē illam, ut communiter dicitur a Doctoribus de Religioso vidente alia tria vota communia religiosis.

Quod si omnino pertinaciter, noluerit seruare cum alijs Clausuram, quam ipsa specialiter noluit, neq; intendit vovere expressè, aut in animo suo; tunc propter scandalum, & difformitatem vitandam, est repellenda, & eiendiā talis Tertiaria: nam eo ipso ostendit se nolle cū alijs religiosē vivere eodem modo, sed vult esse singularis, & eandem terram eiusdem Monasterij seminar vult diuersis seminibus, & ueste lana, & lino contexta indui, contra illud quod mysticè probibetur Deut. 22. & tali potest dici illud Genes. 19. ingressus es vt aduena, nunquid vt indices? Ergo.

Quin-

A Quintò notandum, quod prædictæ Tertiariæ absolute vouentes Clausu-

5. Not.

ram, quamvis eam teneant seruare sicut aliae, ut dictum est in tertio no-

tabili, tamen hoc non obstan. possunt egredi ad curandum infirmos, si-

cut moris est in eadem regione talibus Tertiarijs visitare, & curare in-

firmos. Ratio huius est, quia sua Regula per Lc. 10. cap. ultimo, id eis

concedit specialiter, & expressè: ergo secundum hanc exceptionem iu-

ris, intelligitur suum rotum etiam absolutè factum: notanter dictum est.

(Sicut moris est ipsis in tali regione, &c.) Nam vbinon solent tales Ter-

B tariæ visitare, & curare infirmos, quando non vouebant Clausuram, aut

quando eam vouebant, iam non possent egredi ad talem visitationem, &

curationem; quia Regula solum id concedit pro illis partibus, vbi est ta-

lis consuetudo ipsis Tertiarijs. Notandum etiam, quod adhuc in partibus

vbi esset talis consuetudo, non possunt prædictæ Tertiariæ vouentes Clau-

suram, egredi ad alia negotia, principaliter sub prætextu egrediendi ad

curandum infirmos, quia fraus, & dolus nemini patrocinatur, neque

in foro Dei, nec Ecclesiæ, ut est regula iuris. Notandum etiam sextò,

6. Not.

C quod adhuc in partibus, vbi esset talis consuetudo egrediendi ad visitan-

dum infirmos, & cætera, posset Prælatus talem egressum eis prohibere,

etiam si non nouissent Clausuram, & hoc, quando ipsi Prælato ridere-

tur, quod talis egressus non expedit earum honestati, & Religionis resor-

mationi, & alia causa rationabilis suadente, sicut & eadem ratione, sci-

licet, Religionis, & honestatis debite obseruandæ Papa imposuit Clau-

suram obligatoriè omnibus Monialibus, in dicto Capitulo periculoso, de

statu Regul. ut dicunt communiter Doctores ibidem, & sup. Collector

D tetigit post §. primum.

Notandum septimò, & finaliter, quod ad famulos, seu alios seculares 7. Not.

intrantes prædicta Monasteria Tertiariarum vouchetum absolute Clausu-

ram, quod tales seculares non possent ingredi, nec admitti intra prædi-

Pro famu-

Etia Monasteria, nisi in casibus licitis, & necessarijs, quomodo, & in qui-

bus de Iure communi, & Consuetudine approbata possent ingredi, &

admitti ad alia Monasteria eiusdem regionis seruaria Clausuram, ut in

tertio notabili dictum est per easdem rationes. Maximè quia Moniales

E prædictæ per suum rotum Clausuræ non possent deobligare alios ab eo,

ad quod ex iure, seu aliunde obligantur, & secundum Regulam iuris.

Accessorium, naturam sequitur principalis, & qui ruli principale, ex

consequenti rult, aut velle tenetur accessorium, de offic. delegat. capi-

tulo, præterea in textu, & glossa, & Bouauentura in 4. dist. 38. artic.

primo, & quast. 1.

Nunc autem à iure prohibetur, ne ad Monasteria religiosarum qua-

runcunque vouchentium Clausuram, ingrediantur, aut admittantur aliæ

personæ, nisi in casibus concessis ut dictum est, & patet in dicto Capitulo, periculo. Et aliquando imponitur excommunicatio synodalis aliter intrantibus; ut patet de hoc in Siluestr. Titulo, Excommunicatio secundum, dubius primus, post notabilia, quomodo quis incidat excommunicationem per Statuta synodalia, quodad predictum ingressum Monasteriorum expertorum; & insuper alia pena pecuniaria imponitur, & corporalis. Ergo famuli, & alij non possunt intrare, nec admitti ad predicta Monasteria, nisi ut dictum est.

Quodad cetera f. 157. ubi Collector ponit casus, in quibus licet est Monialibus S. Claræ egredi Clausuram; & tandem dicit, quod in nullo casu

Qui exeunt
do Monia-
les incur-
rent excöi-
catione.

incurrunt presatae Moniales S. Claræ excommunicationem exeundo Clausuram, nisi quando irent ad Curiam Romanam, ut habetur in 13. capitulo Regula ipsarum; vel quando apostolando dimitterent habitum, secundum ius commune. Notandum, quod ibi solùm loquitur, & est verum de Monialibus S. Claræ, non de alijs, nam Bonif. 9. ff. 120. statuit quod Moniales S. Dominici exeuntes Clausuram, nisi secundum formam suarum Constitutionum, incurrerent excöicationem ipso facto, & similiter quodad alijs, potest statui, & forte alicubi particulariter statutum est per Papam, aut per Statuta Synodalia, aut Prouinc. aut per Cap. Gener. vel Prouinc. aut per Prelatos, de quibus omnibus, quia particularia sunt, non potest haberi plena certitudo, nisi ab ipsis, ad quos ista pertinet, seu quos tangunt.

Quodad f. 157. ubi ponitur determinatio in casu infirmitatis curandæ Moniales, an de licentia Prouinc. possit egredi Clausuram, &c.

Votum qn
obligat.

Notandum, quod determinatio Collectoris ibi posita, quæ etiam habetur fff. 2. dub. 2. in decisionibus dubiorum, in Supplemento Ordinis, est tenenda. Quod si contra eam arguatur, quod cum votum venit ad casum, seu Statum, in quo à principio rueri validè, aut licet non poterat, ita ipsum Votum factum non obligat pro tunc, stante tali casu, ut est communis Regula Doctorum ex B. Thoma in 4. dist. 38. quæst. 3. in respons. ad primum: & concordat ratio aperta adid, ut communiter adducitur à Doctoribus, quæ prouincia supponatur: & concordat Regula iuris, quod lex, seu dispositio, seu votum, cum venit ad casum in quo incipi non poterat, non tenet. Sed votum Clausuræ non valeret in casu grauis infirmitatis imminentis ex talis voti obseruantia, seu emissione; ut probatur infra in fine, ergo ipsum votum iam factum de Clausura, non tenet, vel saltem, non obligat in uitam Monialem, in casu quo ex infirmitate dicteretur à Medicis, quod probabiliter speratur mors de longinquuo, aut imminent incurabilitas illius infirmitatis, si non exit inde, ergo etiam de licentia petita, licet non obtenta à Ministro Provinciali, possunt Moniales in tali casu exire Clausuram, pro curanda infirmitate, &c.

Respon-

A Respondeo dupliciter, uno modo, ad maiorem dico, quod illa maxima solum est vera, in votis propriis dictis, in quibus, scilicet, soli Deo acquiritur obligatio. Nunc autem in professione, seu voto solemnis fit obligatio, non solum Deo, sed homini, scilicet, Praelatis, seu Ecclesiae: ergo non procedit ratio, ut sup. cap. 2. q. 6. in Respon. ad tertium argumentum habetur.

Item, secundo modo respondeo (etiam si concedatur illa maior) negando illam minorem; & ratio est, quia supposito (secundum communiter doct.) quod licitum est, licet non necessarium, obseruare rigorem abstinentiae, seu continentie, seu virtutem quamlibet heroicam procurare, per aliqua exercitia alias licita; quamvis ex tali obseruantia, seu exercitio rigoroso incurritur aliqua pena, exigitudo, seu continuetur infirmitas, & abbreviatur vita; non tamen notabiliter, & sensibiliter. & dummodo per ea exercitia non retrahatur, seu impeditur notabiliter ab alijs, qui sibi necessario, secundum suum statum, intumbunt facienda. ut de his latè Gerson. Alphab. 39. littera R. m. & c. in tract. an Carthusien. licite abstineant a carnibus; & latius Mart. de temperantia, q. 39. Quo supposito, iam eadem ratione patet, licitum esse, antea votum factum seruare Clausuram, tanquam abstinentiam quandam, seu exercitium ex zelo virtutis, & propter cauendam occasionem peccati, & c. etiam in casu, quo, ex tali obseruantia, incurritur infirmitas, seu infirmitatis incurabilitas, & vita abbreviatio, ex quo talis abbreviatio non est notabilis, nec sensibilis, nec per talem infirmitatem ex Clausuræ obseruantia prouenientem, tollitur, aut impeditur puritas animæ, aut debita obedientia ad Deum, nec impeditur, quin possit virtuosè agere contemplando, orando, vel aliis ut possit, & vt tenetur, cum tali dispositione corporalis infirmitatis existent. vel saliem virtuosè pati. Virtus enim in infirmitate perficitur. 1. Corinth. 11.

& quidem si tali ruit, potest sic virtuosè agere, ut potest orando & c. & patienter ferre infirmitatem, & alia, ad verba inde sequentia. Iam ex his patet ratio negandi minorem suprapositam in argumento; & similiter patet ratio probati intenti, determinatum à Collectore. Nam votum bene cedit; immo & propriè cadit, & specialiter super id, quod est licitum, & super erogatorium, aut heroicum quomodounque. Patet secundum Beatus Thom. ubi sup. secundum communiter Doclo. & tale votum iam factum, erit obligatorium, ut patet. Sed votum de Clausura, etiam in casu supradicto, est huiusmodi, quia, scilicet, est de re licita, & super erogatoria & c. ut patet ex dictis: ergo potest licet fieri in tali casu, iam factum obligatorium: & ergo determinatio Collectoris vera. Nec obstat dicere pro probatione minoris suprapositæ, quod talis Monialis infirma propter Claustram, iam nil boni agere potest, & est omnibus Monialibus suæ domus onero-

onerosa, odiosa, &c. Sicq; videtur contra virtutem manere ibi cum tali infirmitate propter Clausuram, & per consequens, Clausura talis videatur contra virtutem in tali casu, & illicita: quia respondeo, quod si ipsa Monialis infirma in casu praedito ruli, potest virtuosè agere orando, contemplando, & alio modo, ut commode potest in tali infirmitate: nec ad aliud tenetur. Potest etiam virtuosè operari per patientiam, ut dictum est, ex quo iam fecit votum de Clausura seruanda, tenetur eam seruare, sicut dictum est, ut ius disponit, & tenetur se disponere ad virtuosè agendum, & patientium ut oportet, & ut diximus: secus si ex tali obseruantia Clausura imminet notabilis, & sensibilis vita abreuatio, seu mors, aut rationis laesio, aut indispositio ad anima puritatem habendam, ita quod non nisi per exitum Clausuræ posset remediari; tunc enim non teneretur ad Clausuram, ut dictum est, & hoc tantum probat argumentum, & nil aliud, ut etiam habet Gers. vbi sup. littera f. alph. 39. & Martinus. vbi supra, quest. 38. 39.

CAPUCCINI ANNOTATIO.

In §. I.

Verba Cō
cil.

ON C. Trid. sess. 2. §. cap. 5. tit. de Regul. confirmando Constit. Bon. 8. sup. §. 1. positam, mandat Episcopis, ut in omnibus Monasterijs sibi subiectis ordinaria, in alijs vero Sedis Apostolicae authoritate, Clausura Sancti Monialium vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi iniuiolata est, conseruari maximè procurant: atq; contradictores, per Censuras Ecclesiasticas compescentes, Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Nemini autem Sancti Monialium liceat, post professionem exire à Monasterio, etiam ad breue tempus, quocunq; prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda indulitis quibuscunq;, & Privelegijs non obstantibus: Pius V. in Const. 8. circa pastoralis, ann. 1566. edita, confirmingo etiam præstatam Const. Bonif. 8. & Conc. Trid. Decreto, statuit, quod si aliqua Moniales forsan reperiantur, quæ confundine etiam immemorabili, aut inslito, vel fundatione Regulæ sue fratre, animo obstinato, huic Clausuræ resistant; Ordinarij, vna cum Superioribus earum, omnibus iuris & facti remedij, compellant easdem, tanquam rebelles, & incorrigibiles, ad præcisæ subeundam dictam Clausuram, & perpetuò obseruandam. Mulieres quoq; quæ Tertiariae seu de penitentia dicuntur, cuiuscunq; fuerit Ordinis in Congregatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint, ita ut sollempne votum emiserint, ad Clauſuram eandem ipsæ teneantur; quod si votum sollempne non emiserint, Ordinarij, vna cum Superioribus persuadere studeant, ut illud emittant, ac post

Tertiariae.

A Post eiusdem Clausuræ se subiciant, alias autem omnino minimè recipiantur.

Idem Pius V. in Cōst. 100. Decori, & honestati, &c. ann. 1569. edita, ait. Unde nos inhærentes Decreto Sacri Conc. Trid. de Clausura Monial. disponenti, ac aliis nostris litteris super huiusmodi Clausura editis adjicentes, volumus. & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarum-
nè Monialium quorumcunq; Ordinum, de ceterò etiam infirmitatis, seu
aliorum Monasteriorum etiā eis subiectorum, aut domorum, vel parentū

B visitandorum, aliaue occasione, nisi ex causa magni incendiij, vel infirmi-
tatis Lepræ, aut Epidimiæ: que tamē infirmitas. præter alios Ordinum Su-
periore, quibus curam Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopū,
seu alium loci Ordinarium etiā si prædicta Monasteria ab Episcoporum,
& Ordinariorum iurisdictione exēpta esse reperiantur, cognita, & ex-
pressè in scriptis approbata sit, à Monasterijs præfatis exire; sed nec in
prædictis casibus, extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere: ali-
ter autem, quam ut præfertur egredientes, seu licentiam excundi quo-

C modocunque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatri-
ces personas, siue Laicas, vel Seculares, aut Ecclesiasticas, consanguineas,
vel non; excommunicationis maioris latæ sententiae vincello, statim
eo ipso, absq; aliqua declaratione subiacere: à quo præter quam d' Romano
Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant: & insuper tam egres-
fas, quād Præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam huius-
modi concedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas, &
eos, tunc obtentis priuanus, & ad obtenta, & alia imposteriorum obtinenda
inhabiles.

Excommu
nicatus la
te senten-
tie.

D Notandum 1. quod Greg. 13. in Conf. 13. Deo Sacris, ann. 1571. de-
clarauit nullis Monialibus, etiam Tertiarijs, habere hostium, per quod ex
Monasterio introiri possit ipsarum Monialium Ecclesiam exteriorem, in
quam secularibus ad missas, & diuina officia patere solet accessus, sed
omnino muro obstruendum.

E Neque itidem licere egredi à ianua Monasterij, que effet pro Clau-
sura ipsius Monasterij, etiam ad claudendum aliam ulteriore ianuam
qua patere solet additus secularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad cra-
tes, seu loca colloquijs destinata, que vulgo parlatoria vocantur, vel ad
pulsandum ipsam ianuam Clauſure; que loca, cùm saltem pro causis præ-
dictis patere soleant Secularibus, extra Clauſuram Monasterij censi-
debet, etiam quo tempore clausa sunt.

F Notandum 2. quod secundum dispositionem Pij V. in Conf. 100. su-
pra posita, adhœ, ut aliqua Monialis possit Monasterij Clauſuram, pro-
pter infirmitatem aliquam illarum exire, oportet, & Superioris earum &

Epi-

Episcopi cognitio, ac approbatio in scriptis simul concurrant, adeo quod una sine alia non sufficeret. ut ex verbis ipsis clare constat. Ex Conc. au-
tem Trid. sufficiebat Episcopi tantum approbatio, dum dicitur ibi; Nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbata.

De excommunicatione autem quā ipso facto incurrerent, tām ingre-
dientes Clausuram Monialium, quam Moniales id permittentes, plenius
infra dicemus in verbo, Ingredi Monasteria.

C O M M I S S A R I V S.

I
De Com-
missario
Generali.



Eo 10. statuit, vt quando Generalis Minister ele-
ctus fuerit de cismontanis, instituat in partibus ul-
tramontanis, vnum Generalem Commissarium,
ab eisdem ultramontanis Fratribus eligendum;
cui Minister Generalis, super præfatos Fratres ultramonta-
nos, vices suas committat, prout Capitulo Generali expedire
videbitur. Ita tamen, quod Commissarius præfato Ministro
Generali omnimodè subiiciatur, vt cæteri dicti Ordinis Præ-
lati subiiciuntur, ac illi per omnia, secundum Regulam, obe-
dire teneatur. Dùm verò Minister Generalis fuerit ex ultra-
mōtanis Fratribus electus, tunc pariformiter Cōmissariū Ge-
neralem cismontanum instituere debet; pari modo, quo de ul-
tramontano Commissario superiùs dictum, & statutum est.
Qui quidem Commissarius Generalis per triennium solùm,
Generalis commissionis fungetur officio. Quo triennio el-
apse, nouus Commissarius, per Ministrum Generalem, in Capi-
tulo generali, vt supra eligendus (secundum quod ultramon-
tanis, vel cismontanis, de Commissario fuerit prouidendum)
institui debeat. B. ffo. 29. conce. 95.

¶ IDEM Leo statuit, quod Minister Generalis in partibus,
in quibus suis sex annis fuerit, & ad alias partes se cōferre vo-
luerit, pro eo tempore, quo absens fuerit, Commissarium, lo-
co sui, de consilio, & assensu Diffinitorum Capituli Generalis
duntaxat, relinquere possit. B. ffo. 29. conce. 95.

¶ IDEM Leo statuit, quod Visitatores Monialium Sanctæ
Claræ antea appellati, nuncupentur Commissarij, prout ha-
betur infra, Moniales. s. vltimo.

3 ¶ IDEM Leo fecit quoddam decretum aduersus Commissa-
rios Cruciatæ, prout habetur in dictione Cruciatæ. s. 4.

¶ Quia circa auctoritatem Commissarij Generalis præfati,
nonnulla

Collector.

A nonnulla orta sunt dubia scitu digna, quæ in vniuersitate Salmantina per plures iurisperitos discussa, decisa sunt, idcirco huiusmodi dubia, cum suis decisionibus, hic inserere vi-
sum est.

B **P**RIMVM dubium, vtrum præfata Bulla vnionis stante, sit censendum, quod Commissarius Generalis sit Ordinarius iudex, & Prælatus Fratrum Minorum cismontanorum, aut delegatus? Ad hoc respondeatur, quod Commissarius Generalis (de quo in Bulla prædicta) habet potestatem delegatam, & non ordinariam; quia Delegatus dicitur, qui gerit vi-ces alterius, ut notatur in Rubrica, de offi. dele. & in l. 1. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Sed talis est hic Commissarius, ut patet ex prædicta Bulla, s. Verum, ibi Minister Generalis instituit vnum Generalem Commissarium, cui vi-ces suas committat.

C **N**e Nec obstat Regula tradita per glo. & Doctores in c. Cum ab Ecclesiarum Prælatis, de offi. ordi. cum sua materia, & cù multis theoreticis Doctorum, quæ in contrarium videntur face-re; quia illa applicari ad hunc casum nequeunt. Quod patet ex duplo capite.

D **P**rimum, quia illa Regula, cum omnibus pro ea adductis, loquitur in electo ab vniuersitate, ut ibi dicitur. Sed hoc non est in casu nostro, quia omnes Fratres Minores, tam cismon-tani, quam ultramontani simul, faciunt vnum collegium, seu

E **v**niversitatem. Cismontani autem tantum, vel ultramonta-ni tantum, nec faciunt collegium, nec vniuersitatem, post præ-fatam Bullam vnionis, quæ eos omnes facit vnum corpus. Er-go sequitur, quod Regula prædicta non habet locum in hoc casu. Vnde resultat quod in Bulla dicitur, quod iste Commissarius eligatur: non potest dici vera, & propria electio, cum non fiat à Collegio, vel ab Vniuersitate; sed à parte Colle-gij, seu à quibusdam particularibus, pro utilitate, & comi-modo, eos particulariter tangente. Ideò verbum (eligendū) positum in dicto s. Verum, non sapit electionem iuridicam,

& Canonica[m], ut in Titulo, de electione, sed sapit quendam consensum, aut approbationem illorum, quibus præponitur. Fuit enim visum utile concedere prædictum Commissarium, propter latitudinem Ordinis. Fuit etiam visum utile, quod talis Commissarius daretur ad beneplacitum, & consolatio-nem eorum, quibus dabatur. Ideo fuit illis concessum, ut eli-gerent,

Primum du-bium.

gerent, id est, pro voluntate, & consolatione sua, in illum consentirent. Argumento. c. Super questionum. Verum de officio. Quinimò posito, quod esset electio vera, non sequitur conclusio, scilicet, quod iste Commissarius sit Ordinarius, ut patet ex eo, quod hic statim sequitur, scilicet, secundum caput.

¶ Secundò in casu Regule supradictæ, duo tantum requiruntur ad consequendam ordinariam, scilicet, electio Collegij, & confirmatio Superioris. Et statim electus, & confirmatus consequitur iurisdictionem legis, ministerio, & operatione. Nec est opus alia commissione hominis, ut in c. Transmissam, de electione. Vnde hæc iurisdictione dicitur ordinaria, quia conceditur à lege. Tamen in casu nostro, hic Commissarius non consequitur iurisdictionem, ex duobus supradictis, scilicet, electione, & confirmatione; sed necessarium est tertium, scilicet, quod Minister Generalis committat illi vices suas, ut Bulla ipsa disponit. Itaque iurisdictionem recipit ab homine, vices suas committente, & non à lege ministrante, seu operante. Ergo sequitur, quod est Delegatus, & non Ordinarius. ¶ Sed adhuc posset aliquis opponere dicendo, quod sit Ordinarius, sicut Vicarius generalis Episcopi, qui licet recipiat iurisdictionem ex commissione; tamen dicitur Ordinarii habere iurisdictionem, per glo. in c. 2. de officio vicarij. lib. 6. cum similibus. Sic iste Generalis Commissarius, quamvis recipiat commissionem Generalis Ministri, videtur, quod eius iurisdictione sit Ordinaria. Ad hoc respondetur, quod illud est verum in Vicario Generali, non autem in eo, qui ponitur in certa parte Diœcesis, qui dicitur Foraneus; qui non habet ordinariam, sed delegatam: per glo. & Doctores in Clementina, Et si principalis, de Rescriptis, cù similibus. Cui videtur similis iste Commissarius, qui non Generaliter in toto Generalatu, sed in parte constituitur. Videmus etiam insuper, quod illum iura vocant Officialē, hunc vero Papa, in Bulla vnionis, Commissarium appellat. Ergo iurisdictione huius, non debet dici Ordinaria, sed delegata.

¶ Nec videtur obstare capitulum, Qui in plerisque de officiis, quia glo. ibi dicit, & Doctores, quod vterque, tam maior, quam minor debet esse Episcopus, & consecratus, & sic quodad dignitatem æqualis. Hic verò primus est Minister, secundus vero noui, sed Commissarius, quod fortè non vacat ministerio, ut, scilicet, sit eadem æqualitas iurisdictionis in utroque, scilicet, Ordinaria, ubi est eadem æqualitas dignitatis in utroque, scili-

A scilicet, Episcopalis. In hoc verò similiter, cùm non sit eadem æqualitas in dignitate, quia vñus est Minister, & alter Commissarius, quid mirum, quòd non sit eadem æqualitas in iurisdictione, imò quòd vna sit Ordinaria, & altera delegata: Vnde glo. ibi dicit, quòd ille minor Episcopus, erit suffraganeus alterius. Quæ suffraganeitas, si verè & propriè aecipiatur; vt est in Episcopis suffraganeis Archiepiscopis, nec essariò sequitur, quòd ille debet habere Ordinariam iurisdictionem, cum secundum hoc, alter Episcopus de prima instantia se intromittere non potest, in tangentibus subditos istius minoris Episcopi. Vnde oportet, quòd hic minor Episcopus habeat immediatè Ordinariam iurisdictionem. Nec videtur vacare misterio, quòd Papa in Bulla sua, eum appellat Commissarium, quod de sui natura, & propria significatiōe sapit delegationem. In prædicta verò Decretali, Quoniam in plerisq;, vocat illum Præfulem, quod sapit dignitatem, & Ordinariam iurisdictionem, vt de Vicario Episcopi dictum est.

B C E C V N D V M dubium, an Minister Generalis possit ad-
mouere hunc Commissarium sine crimine, vel causa? Ad quod respondeatur, quòd non; quia Bulla vult esse prædictum Commissarium per triennium, vnde oportet quòd sit. Sed alius substitui non potest, nisi in Capitulo Generali. Nec Minister potest aliter ponere alium. Vnde cùm oporteat, quòd sit Commissarius, & isto amoto, non potest alius poni; sequitur quòd iste non potest remoueri. Et ex prædictis in prima quæstione, videntur exclusa omnia fundamenta, quæ in contrarium adduci possent.

D D T E R T I U M dubium, vtrum Minister Generalis possit di-
minuere, seu limitare potestatem dicti Commissarij, bium.
vel in aliquo alterare? Ad hoc videtur dicendum, quòd Mi-
nister Generalis liberè potest limitare, ac restringere pote-
statem sui Commissarij. Ad quod probandum, fiat fundamen-
tum ex tribus considerationibus.

E E q; Prima consideratio, quòd Minister Generalis, cum sit Iu-
dex Ordinarius omnium Fratrum Minorum, iure suo, & ex
iure communi, poterat facere Commissarium, & Commissa-
rios Generales, & speciales, cùm commissione plenaria, vel li-
mitata, vt sibi placuisse. Sed post hoc ius commune, superue-
nit Bulla Leonis, exorbitans ab illo iure communi, & restrin-
gens hanc potestatem in modo cōstituendi, scilicet, quòd fiat

Secundum
dubium.

per.

per electionem. Et hæc sit prima consideratio.

A Secunda consideratio sit, quod licet fateamur, quod infinita legis, et qui polleat vniuersali, in propria, seu in stricta significatione: & sic verbum, Vices, infinitè prolatum, propriè intelligendos, vel strictè, significat omnes vices; non potest tamen negari, quod verificetur in aliquibus vicibus: licet aliquibus detractis, saltem in larga significatione: cum pluralis loquutio duorum numero sit contenta, ut dicit Regula iuris.

B Tertia consideratio est, quod dispositio odiosa: & de sui natura restringibilis, ut est statutum, extenditur ad latam significationem, ad evitandum correctionem iuris communis. Textus valde singularis est, & ibi Abbas, in c. Cum dilectus, de consuetudine, ex quibus considerationibus concludi videatur necessariò, quod cum dicta Bulla sit exorbitans, & odiosa, debet extendi ad latam significationem, ut minus deroget prædicto iuri communi. Et sic verificatur in vicibus, licet non vniuersaliter. Præterea in commissionibus iurisdictionis factis per Ordinarium, reperiimus expressum, quod infinita verificetur detractis aliquibus. Tex. est in cap. secundo, & vltimo de Officio Vicarij lib. 6. Sed talis est hic, quia committens, est Ordinarius, scilicet, Minister Generalis. Imo, & fortius tenendo, quod iste Commissarius habeat potestatem delegata, ut supra probatum est, quæ odiosa est; & Officialis seu Vicarius Episcopi habeat Ordinariam, quæ favorabilis est. De quo Vicario, & Officiali loquuntur illa iura de Officio Vicarij, supra allegata. Vnde si Vicario, seu Officiali Episcopi, in quem transit Ordinaria iurisdiction, quæ est favorabilis, habet locum, quod infinita verificatur detractis aliquibus, multò fortius verificabitur in eo, in quem transit iurisdiction deleгata, quæ est odiosa. Et quod iurisdiction Ordinaria sit favorabilis, & delegata odiosa, dicit hoc glo. in cap. 1, de rescriptis, lib. 6.

C Et non videtur obstare supradictis, quod in contrarium dicitur, scilicet, quod infinita et qui pollet vniuersali, nam huic, iam ex supradictis, patet responsio.

D Nec etiam videtur obstare quod dicitur, quod Minister Generalis committit coactus; quia similiter Episcopus ponit coactus Vicarium Generalem in Episcopatu, ut patet per Abbatem in cap. Quoniam in plerisque, de offi. ordi. & in iuribus

A iuribus per eum ibi allegatis. Sed quis dubitat, quod possit Episcopus sibi retinere aliquos casus? Vnde ibi habemus instantiam. Præsertim, quia ille Episcopus cogitur à iure communi; hic vero, scilicet, Minister Generalis, cogitur per Bullam exorbitantem à iure communi.

B q Non videtur etiam obstat. cap. Quoniam in plerisque, de offic. ordi. etiam præsupposito dicto Cardinalatu, qui ibi allegatur in contrarium, si, ut supradixi, ille est propriè suffraganeus maioris Episcopi. Quo casu (ut iam dixi) est necessariò concludendum, quod maior Episcopus, non potest se intromittere de prima instantia inter subditos minoris Episcopi. Præterea, ille casus videtur valde alienus, & diuersus ab isto nostro; quia ibi non solum lingua erat diuersa, sed etiam sub vna fide, ritus, & mores erant diuersi in sacramentis, & diuinis; vnde facile posset scandalum generati, si in aliquibus oporteret eos recurrere ad alium, in tam graibus, & ponderosis, contra suos mores & ritus. In casu vero nostro, in sacramentorum, & diuinorum celebratio- ne, & huiusmodi graibus, nulla est differentia inter cismon tanos, & ultramontanos; cum ex regula, & voto, vniiformiter omnes teneantur sequi Romanam Ecclesiam, & Priuilegia eadem sint vtrisque concessa. Itaque differentia potest remanere, non in votis, non in regula, non in diuinis offi- cijs, non in sacramentis, non in ritibus, & moribus eorum, nec in aliquibus essentialibus, & graibus, aut ponderosis, sed in aliquibus leuibus cœremonijs. Vnde ex reseruatione aliquorum, non est de quo teneatur scandalum, vel repugnā- tia. Data ergo dissimilitudine, videtur cessare argumentum. Hanc differentiam, vel casus diuersitatem confirmat prædi- ca Bulla in præallegato. s. Verūm, vbi expressè dicitur, quod hic Commissarius datur propter latitudinem Ordinis, quia vnu non videbatur posse sufficere. Non autem propter va- rietatem morum, vel rituum circa diuina, & sacramenta. In prædicta verò Decretali, quoniam in plerisque, totum econtra, quia ibi non erat latitudo, sed propter rituum, & mo- rum varietatem in essentialibus, ex quorum non obserua- ne possent facilè illi scandalizari.

C Supradictis tamen omnibus, & alijs pluribus, quæ dici pos- sent, omisis, huic quæstioni finem ponit eadem Bulla in di- cto s. Verūm, cuius talia sunt verba. Cui Minister Genera-

lis vices suas committat, prout Capitulo Generali expedi-
re videbitur. In quibus verbis tria videntur ponderanda.
Primum hoc verbum, Videbitur, quod sapit arbitrium ratio-
nabiliter regulatum, sic iura, & doctores saepe dicunt. Vnde patet, quod haec potest committenda Generali Com-
missario, debet prius moderari per Capitulum Generale, se-
cundum arbitrium rationabiliter, & iuridice regulatum.
Secundum ponderandum est, quod hoc Decretum, seu Arbit-
rium, debet præcedere commissionem de necessitate, ad cuius
validitatem. Tertium est, quod haec verba vel important ampliationem, vel diminutionem. Ampliationem non impor-
tant, quia ultra totum nihil possunt ampliare. Ergo sequi-
tur, quod important diminutionem. Ex primo, & ultimo
istorum resultat, quod Commissione, quæ fit prædicto Com-
missario Generali, potest esse limitata, & restricta. Ex secun-
do resultat, quod prædictum Arbitrium, vel determinatio,
debet præcedere Commissionem, alias est iutilis, saltem qua-
tenus assumit vires à Bulla.

ej Concluditur itaque, quod aut Commissionem factam
huic Commissario Generali præcedit prædicta modificatio,
decreto, vel arbitrium Capituli Generalis, aut non. Si præ-
cedit, valet Commissione cum suis limitationibus, & restri-
ctionibus ibi factis. Si non præcedit, non valet Commissione,
quatenus assumit vires à Bulla. Si autem assumit vires ex-
tra Bullam, puta ex iure communī, quo iure (ut supra di-
ctum est) prius poterat Generalis Minister facere Com-
missarium, tunc nulli dubium, quod posset mutare, & restrin-
gere ad libitum, cum & posset totaliter reuocare. Et sic
manet tertium dubium luculenter discussum.

**Quartum
dubium.**

QUARTVM dubium est, an Generalis Minister possit
mittere Commissarium Generale, sicut primum,
qui erat per electionem? Respondeatur, quod non potest
mittere talem secundum Commissarium, qui concurrat cum
primo, quia stante Bulla prefata, unus tantum debet esse
Commissarius Generalis, & sub certo modo, & forma positus.
Ergo nec potest dari secundus, nec nisi sub illo modo, & in
Capitulo Generali, ut prædictum est.

**Quintum
dubium.**

QVINTVM dubium, vtrum saltem possit Minister Ge-
neralis mittere aliquos Commissarios speciales, ad
alias speciales Provincias, vel pro particulari negotiis
Respon-

A Respondetur; quod hæc quæstio potest capi dupliciter. Aut enim Commissarius specialis mittitur, pro aliqua Prouincia, aut Custodia, vel Conuentu, exclusa omnino potestate Commissarij Generalis, quod ad illam Prouinciam, vel Custodiæ, vel Conuentum. Aut mittitur specialiter ad aliquam causam, seu causas, in cæteris tamen remanente potestate Commissarij Generalis, in eadem Prouincia, Custodia, vel Conuento. In primo casu, vel primo modo, videtur quod non possit facere, præsupposito, quod Commissarius Generalis fuit institutus auctoritate Bullæ, & præcedente arbitrio, & determinatione Capituli Generalis, ut superius dictum est.

B ¶ Ratio huius est, quia tot tales speciales Commissarios possit facere, quod subtraheret Commissario Generali paulatim totam Commissionem, vel magnam eius partem; unde possit fieri fraus legi. Hoc tamen est intelligendum verum, præterquam si tali Prouincia, Custodia, vel Conuentui esset utile

C prouidere de tali Commissario speciali; ut quia Commissarius Generalis esset negligens, aut suspectus, aut alias insufficiens illi Prouincia, Custodia, vel Conuentui.

D ¶ Fundamentum huius est, quia lex extenditur, & restringitur ad terminos sua rationis, ut est notissimum in iure. Ratio autem, quia fuit in Bulla prouisum de isto Generali Commissario, nec fuit fauor istius Ministri, nec Generalis Commissarij, sed subditorum; ut patet in Bulla, scilicet, propter utilitatem eorum, ne debito remige fraudarentur. Ergo in tan-

tum impeditur Minister Generalis dare specialem Commissarium, in quantum maior utilitas non postulauerit; quia lex ultra non trahitur, cum ista fuerit ratio eius; præsertim in derogatione iuris alterius, scilicet, Ministri Generalis, cui per Bullam aufertur libera potestas dandi Commissarium ad libitum suum, ut proprio iure facere poterat. Et quod in favorem Fratrum inductum est, non debet retorqueri in eorum

E damnum, & odium, ut dicit Regula iuris. Cum ergo in favorem Fratrum, & propter eorum utilitatem sit inducta institutio huius Commissarij Generalis, non debet per eam impediiri specialis datio, vel institutio Commissarij, ubi, & quando fuerit utilius. ¶ Præterea, si Legatus generalis, & causa nouiter orta, vel antiqua noniter reuelata, potest prohibere Delegatum speciale, datum non a se, sed a Papa, ut in l. Si hominem. ff. mandati, & ibi Barto. & Abbas in cap. Studiisti.

de offi. lega. & in alijs locis , quamuis prædictus Delegatus A
est maior illo , in causa fibi commissa , quanto ergò fortius
poterit Generalis Minister ex aliqua ex supradictis causis ,
vel alia iusta nouiter orta , prohibere prædictum Commissa-
rium quodad vnam Prouinciam , Custodiam , vel Conuentum ,
cùm sit eius Superior?

In secundo verò casu , quando , scilicet , Commissarius spe-
cialis mittitur ad causam , vel causas speciales in certis re-
bus , remanente potestate eiusdem Commissarij Generalis in B
eadem Prouincia , Custodia , vel Conuentu , videtur , quod
posit mittere Commissarios speciales , etiam sine aliqua cau-
sa de prædictis , vel necessitate . Ratio huius est , quia Mini-
ster Generalis , eo ipso , quod eligitur ab vniuersitate Fra-
trum , & confirmatur , consequitur Ordinariam iurisdictionem , per notata. in c. Cùm ab Ecclesiarum. de offi. ordi. Ra-
tione cuius Ordinariae iurisdictionis , potest dare Commissa-
rios tam Generales , quam particulares : vt. C. Qui pro sua C
iurisdictione l. vna cum similibus . Hæc autem potestas dandi
Commissarios , fuit ei limitata in vna specie Commissario-
rum , scilicet , in Generalibus , quod non posset dare nisi vnum ,
& sub certa forma , vt patet in Bulla . De alia vero specie , scili-
cet , specialium Commissariorum , nihil Bulla disponit ; vnde re-
linquit dispositioni iuris . iuxta l. Commodissime . ff. de libe-
ris , & posthumis . cum similibus . Et à iure antiquo eatenus D
intelligitur esse recessum per ius nouum , quatenus in iure
novo exprimitur , & non amplius . vt in l. Sancimus . C. de testa
mentis , cum similibus . Imò amplius secundum intellectum
Bulla , qui videtur magis licere , & rationi consonum , rectè
intuenti . Non enim tam voluit Bulla ponere frænum Gene-
rali Ministro super institutionem Commissarij , quam eum E
ad instituendum , & ponendum illum , calcaribus stimulare ,
& compellere . Declaratur sic . Quia fortè Generalis nimis
confidens de se , vellet solus portare totum onus regiminis , &
gubernationis , & nollet secum sumere alium adiutorem , sci-
licet , facere Commissarium , cùm esset in sua libertate pone-
re , vel non ponere ; quod fuisset in magnum detrimentum Re-
ligionis , propter ipsius latitudinem : ideo Papa videns com-
modum , & incommodeum Ordinis , voluit imponere neces-
ritatem ponendi saltem vnum Commissarium Generalem . Ut
autem esset magis aptus , & acceptus nationi , voluit , quod
de

A de consensu, & beneplacito eorum poneretur. Quod autem hic sit verus, & rectus intellectus Bullæ, facile videbitur intenti? s. Verum, dictæ Bullæ, cuius verba sunt hæc. Verum quia conspicimus ipsum Ordinem per vniuersam Christianitatem, mirum in modum dilatatum esse; ne, ob huiuscmodi amplitudinem, debito pastoralis regiminis careat beneficio, &c. Ecce motuum Papæ, scilicet, utilitas propter latitudinem. Sequitur vterius in Bulla. Decernimus, quod

B Minister Generalis instituat vnum Generalem Commissarium, &c. Quæ verba non possunt sonare, quod Papa dat facultatem de nouo Ministro Generali, cum ipse hanc potestatem prius haberet à iure. Sed illam potestatem, quam habet ponendi Commissarium, voluit Papa facere necessitatem, ut saltem ponat vnum Generalem Commissarium, velit nolit. Vnde cum essent duæ species Commissariorum, scilicet, generalis, & specialis, & ambæ in potestate, & libertate Ministri Generalis ponere, vel non ponere; & ambæ fuerint à iure inuentæ, propter utilitatem subditorum, & in adiutorium regiminis; propter maiorem utilitatem, voluit Papa imponere necessitatem Ministro Generali saltem in altera earum magis utili, scilicet, in Generali, aliam speciem non tangens; quia in hoc solùm voluit imponere necessitatem. Aliam autem speciem non tam necessariam, voluit relinquere in potestate Ministri Generalis, sicut erat à iure communi.

D ¶ Præterea si verum est, quod prædictæ commissiones tam generales, quam speciales, inuentæ fuerint, & inducta propter utilitatem subditorum, in adiutorium regiminis, & gubernationis: si, pro quia; quia sic verum est, & propter huius utilitatis augmentum Papa voluit imponere necessitatem faciendo hunc Commissarium: quomodo, aut quo pacto dici potest, quod voluit impedire alios Commissarios, & utilitatem eorum? Et sic intendens augere utilitatem per unam viam, per aliam diminueret; cum sit in iure vulgatum, quod ea, quæ inducta sunt ad augmentum, non debent operari diminutionem: quod tamen hic esset.

E ¶ Præterea, absurdum videretur, dare casum, in quo posset inferior, scilicet, Commissarius, quod non posset Superior committens, scilicet, Minister. Sed ipse idem Commissarius Generalis potest facere istas particulares, & speciales

commissions; ergo multò fortius Minister, apud quem remansit maior potestas, imò fons ipsius iurisdictionis, & potestatis.

¶ Præterea, si verū esset, quòd dato prædicto Generali Commissario in natione illa, Minister Generalis nihil posset, nisi personaliter ipse veniret ad illam nationem; non Bullā vñionis, sed diuisionis illa diceretur conuenienter: hoc patet apertè, quia essent duo Generalatus, vt prius; & duo capita in effectu, & vnio illa esset de vento, & non de effectu, contra mentem iurium, & Papæ in Bulla prædicta. Non obstat dicere, quòd quando Minister personaliter venerit, non prohibetur exercere officium; quia hocrarissimè continget in toto suo tempore, vel nunquam. Et ad rara iura non adaptantur, nec propter illa facta fuerunt. ff. de legibus. l. Nam ad ea. Ex quibus videtur cōcludi, quòd Minister Generalis potest mittere Commissarios speciales, quotiescunq; voluerit, ad aliquas speciales Prouincias, vel causas, quando in cæteris remanet potestas Generalis Commissarij in Prouincia, Custodia, vel Conuentu; quamquam non subsit aliqua de iustis causis supradictis, vel alia similis.

¶ Nec obstant quæ in contrarium adduci possent.

¶ Primò non obstat, quòd hæc Commissaria Generalis, sit dignitas, vel officium, quod non potest diuidi; quia quamuis hoc fateatur, nulla ex hoc sequitur diuisione. Patet in Officiali Generali Episcopi, quia non desinit esse Generalis, quamuis aliqui casus à iure reseruentur Episcopo, vt in c. 1. & 2. de Officio Vicarij, lib. 6. Et Episcopus committit alijs specialiter aliquas causas, & ponit aliquos Vicarios foraneos in aliquibus partibus Diœcesis, vt in Clementina. Et si principalis de Rescriptis. Nec legatus definit esse Generalis in Prouincia, licet ibidem aliquæ causæ specialiter alijs committatur: vt in c. Studiisti, de officio legati, cum similibus. Præsertim, quia si hoc Ministro Generali competit à iure, per ea quæ dicta sunt, nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo, secundum iuris regulam.

¶ Nec etiam obstat dicere, quòd Commissarius Generalis est Prælatus immediatus, quia hoc supra improbatum est, cù fungatur vice, & commissione alterius.

¶ Nec obstat similiter, quod dicitur, quòd est data certa forma, &c. quia illa est pro Commissario Generali, & non pro specia-

A speciali, qui relictus est iuris dispositioni, ex quo de ipso non est facta mentio, ut supra dictum est.

¶ Non obstat etiam, quod essent duo capita, scilicet, Commissarius Generalis, & specialis, quia immo nullus eorum est capitulum, sed ambo sunt membra capitulis variis, scilicet, Ministri Generalis.

B Nec obstat dicere, quod debet esse unus solus; quia hoc verum est praeceps in Commissario Generali, in quo Bulla disponit, ut dictum est, & non in specialibus, qui iuris dispositio ni relicti sunt.

C Posset tamen aliquis dicere, quod superflua est haec differentia superiorius facta inter Commissarium speciale ad Provinciam, vel Custodiam, &c. & Commissarium speciale ad aliquam causam, ut in primo requiratur iusta causa, & non in secundo. Vt. n. superflua haec differentia, cum rationes superiorius positis, pro secundo videantur equaliter concludere, & locum sibi vendicare pro primo. Unde videtur, quod non magis requiratur causa in primo, quam in secundo. Ad hoc respondeatur, quod non est omnimoda æqualitas, quoniam ut supra dictum est, si tantam libertatem haberet in primo casu, sicut in secundo, tunc esset in potestate Ministri priuare Commissarium tota commissione, vel magna eius parte, per viam indirectam, quod non est faciendum, ut, scilicet, concedatur una via, quod alia prohibetur.

D COMMUNICATIO PRIVILEGIORVM.

¶ Distinctio materiae communicationis Priuilegorum Fratrum Mendicantium.

E SPECTV communicationis Priuilegorum, factæ Collector. sunt multæ, ac variæ Concessiones omnibus Ordinibus Fratrum Mendicantium, quæ inferius annotantur.

¶ Sed attendere oportet, quod illæ, quæ specialiter concernunt Fratres Minores, & Moniales, ac Tertiarios, eorum Curiæ subiectos, ponuntur primo.

¶ Illæ autem Concessiones, quæ tangunt Fratres Ordinis Prædicatorum, ponuntur secundo loco.

¶ Illæ vero Concessiones, quæ spectant ad Fratres Augustinienses, necnon ad suos Tertiarios, ponuntur consequenter

in tertio loco. ¶ Quædam autem Concessio quæ pertinet ad Fratres Carmelitanos, ponitur quarto loco. A

¶ Quædam autem Concessio quæ pertinet ad Fratres Carmelitanos, ponitur quarto loco.

¶ Alia etiam insuper Concessio attinens ad Fratres Ordinis Minimorum, ponitur quinto loco.

¶ Sed pro omnibus Mendicantibus insimul, habetur quædam alia Concessio, quæ ponitur in fine omnium prædictarum.

¶ Deinde adduntur alia ex priuilegijs Fratrum non Mendicantium, nobis denuò communicatis. B

¶ Pro Fratribus Minoribus, ac etiam Prædicatoribus.

SIXTUS 4. concessit professoribus Ordinis Min. vt concessis Fratribus Prædicatoribus, & eiusdem prædicatorum Ordinis Fratribus, vt concessis prædictis Fratribus Minoribus Priuilegijs, Indulgentijs, gratijs, fauoribus, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, à Romanis Pontificibus prædecessoribus suis, & alijs auctoritatē habentibus (quæ omnia, ac si nominati exprimerentur, haberi voluit pro expressis) potiri, & gaudere possint, & debeant, perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & per omnia, prorsus, & sine vlla differentia, perinde ac si quæ vni, & Ordinibus prædictis sunt concessa, utrique simul nominatim concessa fuissent, aut concederentur imposterum. Et voluit, quod ea, quæ de Magistro Generali, & Prouincialibus Prioribus dicti Ordinis Prædicatorum, ac Monasterijs Monialium, sub eorundem Fratrum Prædicatorum cura, & secundum ipsius Ordinis instituta viuentium, sunt statuta: in Generali, & Prouincialibus Ministerijs, & Vicarijs dicti Ordinis Minorum, & Monasterijs Monialium Sanctæ Clæræ, & econtra, censeantur esse statuta. B.fo.61. Et ffo.144. conce.354. E

¶ IDEM Sextus statuit, quod Monasteria, & loca Monialium Sanctæ Clæræ, & Sancti Dominici, eorumq; Abbatissæ, Priorissæ, Procuratores, Syndici, Oblati, & vtriusq; sexus tertij Ordinis, de penitentia nuncupata, personæ prædictæ, eisdem Priuilegijs, & immunitatibus, gratijs, & fauoribus, concessiōnibus, indultis spiritualibus, & temporalibus Fratrū prædicatorū, & Mino-

A & Minorum Ordinibus, & illorum professoribus, domibus, & locis, ac Procuratoribus, & Syndicis, Oblatis, & Conuersis, seu alijs quomodolibet, per prædecessores suos, aut per ipsummet Sextum hactenus concessis, & in posterum concedēdis, quauis auctoritate (quatenus earum sexu, & statui non contradicant) liberē, & licitē vti possint, & debeant, in omnibus, & per omnia, prorsus, & sine vlla differentia, ac si eisdem Monasterijs, locis, & personis prædictis, nominatim concessa forent, & concederentur expressē. B. fol. 66. Et fol. 148. concess. 362.

B ¶ IDEM Sixtus in Bulla Aurea, omnes, & singulas gratias, Concessiones, & peccatorum remissiones, communitates, exemptiones, facultates, prinilegia, & indulta spiritualia, & temporalia, qualiacunq; sint, Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum, & Seruorum Sanctæ Mariæ, Fratrum Ordinibus, & eorū Ecclesijs, & Oratorijs, ac domibus, Prioribus, Fratribus, & Sororibus, Cōuersis, & Oblatis, & vtriusque sexus personis de penitentia nuncupatis; à prædecessoribus suis Romanis Pontificibus, & ab eodem Sexto, aut alijs auctoritatē habentibus (quæ omnia, ac si nominati ex primerentur, haberī voluit pro sufficienter expressis) coniunctim, vel diuisim, in genere, vel in cōmuni concessa; eisdem, vel eorum cuiilibet Prædicatorum, & Minorum Fratru Ordinibus, domibus, Ecclesijs, & Oratorijs, generali Mastro, Magistro, Prioribus, & Ministris Provincialibus, Conuentualibus Prioribus, & Guardianis, Sororibus, Oblatis, Conuersis, & vtriusq; sexus Tertij Ordinis, seu de penitentia nuncupatis; & alijs eorundem Ordinū personis, de nouo concessit, & in eis locum habere voluit, ac si eisdem nominatim, directe, & expressē concessa fuissent. B. fol. 66. Et ffo. 149. concess. 367.

C ¶ IDEM Sixtus concessit, seu communicavit Fratribus, & Sororibus trium Ordinum Beati Francisci, omnia Priuilegia, tam spiritualia, quam temporalia, omnesq; Indulgencias cæteris Mendicantium Ordinibus concessas; tam in cōmuni, quam in particulari, eorumq; Ecclesijs, & locis qui buscunq; B. ffo. 109. concess. 464.

D ¶ IDEM Sixtus concessit, quod Sorores Sanctæ Clariæ, sub obedientia Fratrum Min. obser. existentes, gaudeant omnibus Priuilegijs, exemptionibus, & gratijs concessis, in generare,

Pro Fratribus
Minorib. & Prædicatorib.
& eis subiectis.

Pro tribus
ordinibus.
S. Francisci.

Promonia
libus San-
ctæ Clariæ

nere, Sororibus reformatis Sororis colete. o. ffo. 261. conc.
677. & ffo. 96. concess. 338.

6
Notā. **B**ONIFACIUS octauus statuit, ad instar Innocentij 4.
quod quæcunq; Moniales commissæ fuerint gubernatio-
ni Fratrum Minorum, virtute alicuius Indulti Apostolici, Mo-
niales sic commissæ gaudeant Priuilegijs concessis, & conce-
dendis prædictis Fratribus. b. fol. 32. & ffo. 33. concess. 35.

7
INNOCENTIUS octauus concessit, quod omnia Indul-
ta, gratiæ, ac Priuilegia concessa, & cōcedenda Fratri-
bus familiæ cismontanæ, censeantur etiam concessa Ultra-
montanis, & econuerso. o. fol. 64. Et ffo. 68. concess. 135. Et
ffo. 69. concess. 145.

8
Pro tertia
rijs in par-
ticulari vi-
uentibus.
Collector **T**IDE M Innocentius extendit, seu communicavit gratias,
& Indulta concessa Fratribus & Sororibus Tertiij Ordinis, in
communi viuentibus, etiam illis, qui viuunt in particulari.
o fo. 64. Et ffo. 69. concess. 146. Et ffo. 100. concess. 375.
¶ Qualiter præfata Concessio sit intelligenda, ponitur in
dictione, Tertiarij, post omnes concessiones. Vide ibi.

9
Ampla cō-
municatio
priuileg. **A**LEXANDER Sextus concessit Fratribus Mino. regu-
laris obseruantie, vt omnibus, & singulis gratijs, & Pri-
uilegijs, libertatibus, immunitatibus, & Indultis spirituali-
bus, & temporalibus, tam Fratrum Prædicatorū, quam Ere-
mitarum Sancti Augustini, Beatæ Mariæ de monte Carmeli,
omnibusq; alijs Mendicantibus, per Sedem Apostolicam, vel
Legatos eiusdem, etiam per litteras Apostolicas, Mare Ma-
gnum nuncupatas, hactenus concessis (quorum tenores ac
si de verbo ad verbū inscrerentur, haber i voluit pro sufficien-
ter expressis) vti potiri, & gaudere liberè, & licetè possint,
& debeant, in omnibus, & per omnia; perinde ac si prædictis
Fratribus Minoribus specificè concessa fuissent. B. fol. 76. Et
ffo. 159. concess. 378.

10
VLIVS Secundus concessit Fratribus Minor. consimilē
communicationem Priuilegorum aliorum Ordinum Mé-
dicantium, ad litteram ponendo verba, que Alexander 6. po-
suerat in Concessione communicationis. §. 9. immediate pre-
cedenti annotata. B. ffo. 12. conc. 49.

11
Profrarri-
bus citra,
& ultramō-
tanis. **T**IDE Iulius concessit Fratribus Mino. obseruantie Vi-
tramontanis, hoc est Hispanis, Gallis, Alemanis, quod om-
nibus Indultis, & Priuilegijs, exēptionibus, immunitatibus,
gratijs, Indulgencij, & libertatibus familie cismontanæ cō-
cessis,

A ccessis, & imposterum cōcedendis, vti, potiri, & gaudere libērē, & licitē, prorsus, & absq; vlla differentia, in omnibus, & per omnia valeant; perinde ac si illa omnia eidem familiæ Ultramontanæ nominatim, ac specialiter, & expressè concessa fuissent. B.fo.57. conc.69. Et ffo. 3. conc. 5.

¶ IDEM Iulius concessit Fratribus Minoribus, eorumq; dominibus, omnia, & singula Priuilegia, immunitates, exēptiones, concessiones, Indulgentias, & Indulta, tām viuæ vocis Oraculo, quām aliās sub quibuscunque tenoribus, & formis, Fratribus Ordinis Prædicatorum regularis Obseruantiae regnorum Castellæ, & Legionis, ac illorum dominibus, per ipsum Iulium, & prædecessores suos Romanos Pontifices, aut Sedem Apostolicam concessa, ac si prædictis Fratribus Ordinis Mino. eorumq; dominibus concessa forent. B. fol.60. Et fo. 127. concess. 284.

¶ IDEM Iulius postea declarauit, & cōcessit, quōd in prædicta Priuilegiorum, gratiarum, & Indulctorum præfatorum communicatione (scilicet, Ordinis Prædicatorum) tām univerſaliter per prædecessores suos toti Ord. Minor. quām etiā per ipsum particulariter prædicatorum Regnorū prius facta, vt ea, quæ, quōd ad absolutionem, & dispensationem, vel altiā, ad Priorem generalem, seu Magistrum Ordinis præfatorum Fratum Prædicatorum spestant; ad Ministrum, vel Vicariū generalem Fratum Minorum pertineant. Et ea, quæ, ad Priors Conuentuales, idest, Prælatos singularum domorum Ordinis Prædicatorum, & eorum Vicarios similiter spectat; ad Guardianos, & eorum Vicarios Ordinis Minorum etiā pertineant. Et ea, quæ, ad Priors, seu Vicarios, vel Subpriors prouinciales, idest, Prælatos, qui medijs sunt (quocunq; nomine censeantur, & vocentur) inter prædictum Generale, vel Magistrum Ordinis, Priors Conuentuales, eorumq; Vicarios, simili modo spectant; ad Ministros, & Vicarios prouinciales, ac Custodes, qui etiam medijs sunt inter Ministrum, & Vicarium generale, & Guardianos, eorumq; Vicarios similiter pertineant.

¶ Et quod, sicut de potestate Prælatorum, scilicet, de Prælatis ad Prælatos dictum est; ita de Congregationibus vnius ad Congregationem alterius Ordinis; & de Fratribus priuatibus, idest, sine Prælatura, ad Fratres priuatos; & de festiuitatibus ad festiuitates, in ijs casibus, in quibus Congregatio-

12
Particula-
ris pro fra-
trib⁹ Min.
regnorum
castellæ.

13
Declara-
tio, & no-
ua concess.
cōicatio-
nis priuile-
giōrum fra-
trū prædi-
catorū fa-
cte fratri-
bus mino-
ribus.

Pro qbus-
libet præ-
latis ordi-
nis.

nibus

Pro Sæctis
Ordinis.

nibus, vel Fratribus priuatis, ac festiuitatibus alterius Ordinis, aliquid concessum est; nunc, & pro tempore respectiue concessa intelligantur. Ita quod, ea, quæ in honorem Sanctorum Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Catharinæ de Senis Fratribus, vel locis Prædicatorū sunt concessa: omnia illa Fratribus Minor. præfatis, eorumq; locis, ac festiuitatibus Sanctorum Francisci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, Quinq; martyrum dicti Ordinis, qui apud Marrochium martyrij coronam adepti sunt; & Sanctæ Claræ, ac in alijs festiuitatibus dicti Ordinis Minorum; licet sint in maiori numero, quam festa ipsorum Fratrū Prædicatorum, sint, & intelligantur concessa. B. ffo. 74. conc. 222. Et ffo. 81. concess. 263.

14

De priuil.
Monial. S.
Claræ.

Leo 10. concessit, quod sicut Moniales S. Claræ gaudet Priuilegijs Fratrum Minorū, ita & ipsi Fratres gaudeat, & vti possint Priuilegijs ipsarū Monialiū, quæ sub cura ipsorum sunt duntaxat, & in spiritualibus tantum. O. ffo. 62. concess. 196.

15

Pro Obser-
uatibus, &
Conuent.

¶ IDEM Leo concessit, ut omnia; & singula Priuilegia, & Indulta Ordini Fratrum Mino. tam per ipsum Leonem, quā per alios quoscunq; Romanos Pontifices concessa; Fratribus regularis Obseruantia, ac Conventualibus prædicti Ordinis, inuicem perpetuò sint communicata, eisq; suffragentur: inquantum concordia per eundem Leonem facta, non sunt contraria. B. ffo. 32. concess. 114.

16

Pro sæctis
Ordinis.

¶ IDEM Leo declaravit, & concessit, quod illud, quod cōceditur omnibus Sanctis Ordinis Prædicatorum, iunctim, & cuilibet, seu aliquibus eorum, intelligatur cōcessum omnibus Sanctis Ordinis Mino. etiam iunctim, & cuilibet eorum, etiam si sint in maiori numero. O. ffo. 58. conce. 164.

17

Pro Tertia
tijs.

¶ IDEM Leo cōcessit Sororibus Tertiij Ordinis, quod possint gaudere, & potiri omnibus, & singulis Priuilegijs, gratijs, prærogatiis, exemptionibus, & Indultis, sub quibusvis verborum formis concessis, & concedendis Monialibus S. Claræ. Super quo dat Conseruatores. B. ffo. 46. conc. 141.

¶ Pro Monialibus Conceptionis.

18

Leo 10. Motu proprio, & ex certa scientia, concessit Monialibus Sanctæ, & immaculatae Cōceptionis glorio-
æ Vir-

- A** sae Virginis Mariae, sub Obedientia Fratrum Minorum degen-
tibus, vt omnibus, & singulis Priuilegijs, concessionibus,
prærogatiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus,
fauoribus, gratijs, & indultis spiritualibus, & temporalibus,
per ipsum Leonem, & Sedem Apostolicam, Fratribus dicti Or-
dinis, ac Monialibus Sancte Clares, & Sororibus Tertiij Ordini-
nis Sancti Francisci quomodolibet concessis, & cōcedendis,
& quibus Fratres, Moniales, & Sorores huiusmodi de iure,
B vel Priuilegio, aut consuetudine patriæ vtuntur, potiuntur,
& gaudent; seu vti, potiri, & gaudere quomodolibet pote-
runt in futurū (quæ omnia pro expressis, & indiuiduè enar-
ratis haberi voluit) prædictæ Moniales, in supradicta obediē-
tia permanentes, vtatur, potiantur, & gaudeant; ac vti, po-
tiri, & gaudere possint in omnibus, & per omnia, perinde ac
si ipsis concessa fuissent. Sicq; per quoscunq; iudices Ordina-
rios, seu Delegatos, in foro contentioso, ac per quoscunque
C Confessores suos, in foro conscientiæ, dum, & quoties opus
fuerit interpretari, iudicari, & definiri debere. B.

¶ Pro tribus Ordinibus sanctissimi Patris nostri Francisci.

- C**LEMENS Septimus Motu proprio, & ex certa sciētia,
Omnia, & singula Priuilegia, immunitates, exemptiones,
indulgentias, peccatorum remissiones, & gratias; ac om-
Dnia, & singula Indulta Ordini Fratrum Mino. regularis Ob-
seruantiae, & Sancte Clares, ac tertio de penitentia nuncupa-
to Ordinibus, illorumq; Fratribus Monialibus, Sororibus,
vtriusq; sexus personis, ac Monasterijs, Domibus, Ecclesijs,
& locis quibuscunq; etiam per modum extensionis, seu com-
municationis, & alijs quomodolibet, per quoscunq; Roma-
nos Pontifices, prædecessores suos, ac per ipsum, & Sedē Apo-
stolicam concessa, auctoritate Apostolica approbavit, & in-
Enouauit, ac perpetuę firmitatis robur obtinere, & inuiolabi-
liter obseruari debere decrevit. Ipsijsq; Fratres, Moniales,
Sorores, personas, Monasteria, Domos, Ecclesijs, & alia
loca huiusmodi, omnibus, & singulis Priuilegijs, immuni-
tatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis, indul-
gentijs, peccatorum remissionibus, & gratijs quibusuis,
Congregationibus dictorum Ordinum, aliorumque Ordinum
Mendicantium, quomodolibet concessis, & conce-
dendis

Not^a.

dendis. Necnon etiam quibusvis facultatibus, & gratijs (Fratrum professioni regularis Observantiae non contrarijs) alijs Ordinibus quibuscumque, non Mendicantibus, quomodolibet concessis, & concedendis, vti, frui, & gaudere posse, atque debere, in omnibus, & per omnia, per inde ac si eis specialiter concessa fuissent. B.

¶ Pro Fratribus Prædicatoribus sigillatum.

20

Pro fratribus Pred.

Not^a.

Affirmat
etiam hoc
Armil. tit.
absol. nu.
27.

Leo 10. Motu proprio cōmunicauit, & de nouo concessit Ordini Prædicatorū, omnes, & singulas gratias, Concessiones, Indulgentias, peccatorum remissiones, prærogatiwas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, Privilegia, & Indulta, tam spiritualia, quam temporalia, qualiacunq; illa sint, quæ Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, Seruorum Beatae Mariæ, ac Minimorum Fratrum Ordinibus, & eorum Ecclesijs, & Oratorijs, ac Ecclesijs ipsas, & Oratoria visitantibus, cuiuscunq; status, aut sexus existant, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus; necnon Domibus, & Præsidentibus, nō solum Generalibus, sed etiam Prouincialibus, & Conuentualibus, Fratribusq; , & Sororibus; necnon Monialibus, & Conuersis, & Oblatis, ac veriusq; sexus personis de pœnitētia, seu Tertij habitus nuncupatis, à prædecessoribus ipsius Leonis, aut ab ipso, eiusq; successoribus, aut alijs auctoritatē habentibus, coniunctim, vel diuisim, in genere, vel in specie concessa sunt, aut imposterum concedentur; ac si omnia, & singula nominatim exprimerentur, dicto Ordini Prædicatorum, & illius Ecclesijs, Oratorijs, & Ecclesijs ipsas, & Oratoria visitantibus, seu pro earum manutentione, & ornatu contribuentibus; necnon Domibus, Magistroq; Generali, Prouincialibus, & Conuentualibus Fratribus, etiam & Sororibus, sive Monialibus, Conuersis quoque, & Oblatis, ac utriusq; sexus personis de pœnitētia nominatis, & alijs eiusdem Ordinis personis. Et in fine ponit latissimas, & fortissimas non obstantias; ita quod in omnibus communicationibus Priuilegiorum, non reperitur alia melior Cōcessio, nec adhuc equalis; vt patebit bene intuenti. B. ffo. 69. concessione 216.

¶ Pro

A

B

C

D

E

A

¶ Pro Fratribus Augustinensibus specialiter.

ALEXANDER Sextus Motu proprio concessit Fratribus Augustiniensibus, ut omnium, & singulorum Religioforum, cuiuscunq; Observantie fuerint, & Domorum, locorum, personarumq; in illis degentium, quibus, ut Priuilegijs dicti Ordinis Augustiniensium vti possint, per eandem

Nota.

BSedem concessum est, possint, & valeant huiusmodi Augustinienses, ipsorum locorum, domorum, & personarum, in illis habitantium, Priuilegijs, Indultis, immunitatibus, concessionibus, exemptionibus, indulgentijs, & libertatibus eis in genere, quacunq; Apostolica auctoritate concessis (quorum tenores haberi voluit pro expressis, & specificatis) vti, potiri, & gaudere perpetuis futuris temporibus, libere, & licite. B. ffo. 78. concess. 235.

C¶ Hæc est magna Concessio, & cui nullibi aliam similem reperi. Virtute autem huius vi detur, quod etiam Fratres Minoris, ratione communicationis Priuilegiorum, possint vti Priuilegijs illorum, quibus sua Priuilegia sunt comunicata, vsq; ad datam prædictę concessionis Augustiniensium, sed non de impostero concessis, aut concedendis; quia de illis non est facta mentio.

Collector.

DI LIVS Secundus omnia, & singula Priuilegia, Immunitates, exemptiones, concessiones, Indulgentias, ac peccatorum remissiones, & indulta quæcunque, quibus suis Congregationibus, seu Societatibus, aut alijs locis, & illorū personis, Ordinis Fratrum Eremitarum regularis Observantie nuncupatis, generaliter concessa, ad ipsum Ordinem Fratrum Eremitarum, & illius personas, ac si illis specialiter concessa fuissent, auctoritate Apostolica extendit, & illis communicavit. b. ffo. 265. conc. 648. Et B. ffo. 66. conc. 206.

22

E¶ Virtute huius concessionis, credebāt aliqui Fratres prædicti Ordinis, posse gaudere Priuilegijs, & Indulgentijs particularibus, Domibus sui Ordinis concessis; ut Sanctæ Mariæ de populo Vrbis Romæ, & similibus. Et alij Fratres aliorum Ordinum Mendicantium credebant, quod virtute communicationis Priuilegiorum, similiter esset eis concessum. Sed Leo 10. declarauit, debere intelligi, quod gaudeat prædicti Fratres Priuilegijs generaliter concessis Congregatiōnibus,

nibus, & personis, & locis Congregationum, & non Dominibus, vel personis particularibus Congregationum, vel Ordinis, concessis, ut habetur. B. ffo. 56. concess. 157. A

23 ¶ IDEM Iulius, Priuilegia, immunitates, exēptiones, concessiones, indulgentias, remissiones, & indulta Ordini Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, & illius personis concessa, & ad illum, & ad illas extensa, seu communicata, Monialibus dicti Ordinis Sancti Augustini, vel sub cura dictorū Fratrum viventibus, & quæ mantellum nigrum, & corrigiam, ad instar Fratrum dicti Ordinis deferunt, mantellatis, & corrigiatis nuncupatis mulieribus, quò ad ea, quæ ad salutē animalium ipsarum mantellatarum, & corrigiatarum duntaxat concernunt, & earum sexui cōueniunt, suffragari debere decreuit. B. ffo. 67. concess. 207. B

Collector. ¶ Circa nonnulla hic contenta, respectu mantellatorum, & corrigiaturorum, vide infra post. §. 28.

24 ¶ IDEM Iulius statuit, ut quicquid Indulgientiarum, & gratiæ Fratribus, & Monialibus, mantellatis, & corrigiatis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini concessum est, id omne utriq; sexui concessum intelligatur; viris, scilicet, atq; mulieribus, dummodò à Generali, vel Priore, aut Rectori aliquius loci dicti Ordinis, auctoritatem gratiæ assequendæ facultatem obtinuerint. B. ffo. 76. concess. 227. C

¶ Vide in dictione Tertiarij, propè finem.

25 ¶ IDEM Iulius decreuit, communicationem Priuilegiorū D aliorum Ordinum Mendicantium, Fratribus Augustiniensibus, ad ea etiam extendi, quæ viuæ vocis oraculo ab eis impetrata, aut in genere donata sunt. Et voluit ut quidquid aliqui eorundem, hoc modo, aut quoquis alio concessum est hancenius, aut imposterum concedetur, siue Conuentualibus, siue Observantibus nuncupatis, id omne Motu proprio, & ex certa scientia, eisdem Augustiniensibus sit concessum. b. ffo. 95. concess. 309.

26 ¶ IDEM Iulius, in alio Breui, prædictis Augustiniensibus directo, posuit sequentem clausulam. Cōmunicationem quoque Priuilegiorum cum alijs Ordinibus omnibus, firmamus, & roboramus; volentes Priuilegia nostra omnia integrè, & ad verbum, vt sonant, plenisimè, atq; inuiolabiliter, vbiq; gentium obseruari. b. ffo. 95. concess. 311. E

27 ¶ IDEM Iulius cōfirmauit communicationem Priuilegiorum,

Arūm, quām Sixtus 4. fecerat inter Fratres Augustinienses, & alios Mendicantes. Et insuper decreuit, ac voluit, quicquid vsq; tunc Ordini Minorum, aut Prædicatorum, aut Carmelitarum, aut Seruorum Beatæ Mariæ concessum ab Apostoli- ca Sede est; & quicquid in futurum concedetur, eisdem Fra- tribus Augustiniensibus concessum sit. Ita quōd Fratres hu- iusmodi, eisdem Concessionibus perpetuò vti possint, per- indē, ac si eis nominatim concessa essent. B. ffo. 67. conc. 212.

B **L**e 10. declarauit, & concessit, quōd personæ triū Or- dinum Sancti Augustini, videlicet, Fratres, Moniales, & mantellati, omnibus, & singulis Priuilegijs, gratijs, & in- dultis, quæ in Mari magno, seu in alijs Concessionibus, tam per ipsum, quām per alias Romanos Pontifices prædeces- res suos, Ordini ante dicto concessis continentur, plenè, & largiter perfrui possint, & debeant. Sed voluit, quōd quarti gradus vtriusq; sexus personæ, Indulgentijs tantummodo gau- deant. b. ffo. 122. concess. 556.

C **I**ste personæ quarti gradus videtur, quōd sunt quæ in ali- quibus litteris Apostolicis vocantur Corrigiatæ, idest, quæ solū deferunt corrigiam Sancti Augustini, de quibus supra in. §. 24. Attramen vtrū huiusmodi Corrigiati possint gaude- re omnibus gratijs, & concessionibus spiritualibus (virtute illius dictionis, Indulgentijs) quibus alij prædicti tres gra- dus, seu personæ trium Ordinum prædictorum gaudent? Ali- qui voluerunt afferere; sed oppositum est verū, & certissi- mum, quōd scilicet solū gaudent Indulgentijs post istā pro- uisionem. Nam antea gaudebant sicut Fratres, & admitte- bantur tempore Interdicti ad diuina.

D **I** **D**EM Leo concessit Generali, Priori Augustiniensis, vt quicquid Indulgétiarum, & gratiæ, Fratribus, Monialibus, & Mantellatis, ac Corrigiatis concessum est, id omne vtriq; sexui concessum intelligi; sicut supra . §. 24. concesserat Iu- lius. b. ffo. 122. concess. 557.

E **P**ro Fratribus Carmelitis specialiter.

SIXTUS 4. concessit Fratribus Ordinis Carmelitarum, vt gaudere, & potiri possint, & debeant Priuilegijs, Indul- gentijs, gratijs, & fauoribus, ac indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, concessis Fratribus Prædicatoribus, &

28

Pro tribus
ord. Augu-
stinien.

Nora.

Collector.

29

30

N Mino-

Pro Fratribus Minoribus, ac Eremitanis S. Augustini; velut si prædicto Ordini Carmelitarum nominatim concessa fuissent, aut concederentur in futurum. Et circa huiusmodi communicatione, facit copiosam specificationem de concessis, respectu Prælatorum prædictorum Ordinū. B. fo. 105. Et ffo. 188. conc. 483.

¶ Pro Fratribus Minimis specialiter.

31 **I**ULIVS Secundus concessit, ac indulxit Cultricibus, ac Fundatricibus Ordinis Minimorum, & earum utriusq; sexus liberis procreatis, & procreandis, vt omnibus, & singulis eiusdem Ordinis Minimorum Privilegijs, gratijs, immunitatibus, & libertatibus, exemptionibus, indultis, concessionibus, & indulgentijs, vti, potiri, & gaudere, liberè, ac licite valeant. B. ffo. 9. concess. 31.

32 **E**o 10. Motu proprio, & ex certa scientia approbavit, & innouauit, & confirmauit, ac plenū firmitatis robur obtainere, & firmiter obseruari voluit, ac de nouo concessit communicationem Privilegiorum omnium Ordinum Mendicantium, quam fecerat Iulius 2. Fratribus Min. obseruantando super hoc indices. B. ffo. 17. concess. 57.

33 **I**DEM Leo concessit, vt mulieres virginalem, seu vidualem, aut cælibem vitam solemniter vouentes, etiam in consanguineorum, vel affinium suorum, vel in proprijs Domibus, aut seorsum habitantes, Privilegijs, & immunitatibus, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitu gestant, in omnibus, & per omnia, frui, & gaudere debeant. B. fff. 28. conc.

¶ Ex Privilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

34 **V**GENIVS quartus concessit, quod omnia, & singula indulta, concessiones, exēptiones, & Indulgenciæ, ac quæcunq; alia, Monasterio Sancti Benedicti Vallis Oleti, sive illius Monachis, quomodolibet concessa; ad omnia, & singula Monasteria, reformata in Hispania per dictum Monasterium, ac alia, quæ in posterum reformabuntur, & de nouo construentur, eisque aggregabuntur, vel subijcentur Monasteria, & eorum membra, illorumque Prælatos, & personas, ac visitantes, integrè, & plenariè se extendant. Ipsaq; supra dicta Monasteria, Prælati, personæ, & visitantes, illis omnibus,

Anibus, & singulis, vti, frui, & gaudere possint, & debeant iuxta omnem eorū formam. Ac concessiones, exemptiones, indulta, & indulgentiē sint, & censeantur, & habeantur per indē in omnibus, & per omnia, ac si pro ipsis omnibus, & singulis, aut quolibet eorum specificè, singulariter, & indiuiduē concessa fuissent; & pro eis, aut pro quolibet ipsorum, originaliter emanassent. Voluit tamen, quod in confluentū ad ipsos, pro tempore, personarum Confessionibus audiendis, & Absolutionibus impendendis, licentia, seu consensus

B Ordiniorum locorum interueniat. Quodq; præsentes litteræ ad illa ex Monasterijs, Prioratibus, atq; locis præfatis se extendant, & de illis intelligantur, necnon extendi, & intelligi debeant; in quibus, pro tempore, fuerit numerus duodecim Monachorum, ad minus, & quandiu vixerint in obseruantia regulari. B.

C **V L I V S . 2.** vniuersis Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, & Conuentibus Monachorum, alijsq; Religiosarum personarum, Monasterijs Congregationis Hispania Ordinis S. Benedicti concessit, quod omnibus, & singulis Priuilegijs, immunitatibus, indulgentijs, prærogatiis, gratijs, exēptionibns, libertatibus, & indultis Congregationi Cassinēsi, seu Sanctæ Iustinæ, eorumq; Monasterijs, Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Conuentibus, Monachis, Oblatis, & alijs Religiosis personis, per Sedem Apostolicam, in genere concessis, quorum tenores, ac si de verbo ad verbū præsentibus insererentur, & exprimerentur, pro sufficienter expressis, & insertis habendo, vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, in omnibus, & per omnia, perindē, ac si omnia, & singula Priuilegia præfata, huiusmodi Congregationi Sancti Benedicti Hispaniæ, illiusq; Monasterijs, Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Monachis, & alijs personis Religiosis præfatis, specialiter, & expreſſe concessa fuissent. B.

¶ Ex Priuilegijs Cartusiensium.

GREGORIVS II. concessit Cartusiēsibus, vt omnia Priuilegia domui Cartusiæ Granopolitanæ, & alijs domibus Cartusiensis Ordinis concessa, ad omnes, & singulas domos dicti Ordinis, etiā in posterum edificandas se extendat, cū canonice fundata, & edificata extiterint. Et quod domus

ip̄e, ac personę, quę in i psis pro tempore, morabuntur, oībus,
& singulis Priuilegijs hujusmodi gaudeant, sicut gaudent do-
mus Cartusiæ, & alia domus, ac personæ in eis degentes B.

37

PIUS Secundus concessit præfatis Cartusiensibus, vt Pri-
uilegia, concessiones, Indulgientiæ, libertates, exéptio-
nes, immunitates, gratiæ, & indulcta prædicto Ordini, & do-
mibus, ac personis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia
quouis modo, respectu, singularitate, seu causa, communis-
ter, vel diuīsim concessa, quæ, quot, & qualia sint; etiam si
expressionem indigerent indiuiduam, siue alijs specialē eo-
rumq; omnium, & singulorū tenores, & effectus, ac si de ver-
bo ad verbum inserta forent, & specificè narrata, ad omnes,
& singulas eiusdem Ordinis Domos, etiam in posterum edi-
ficandas, nec non ad singulares earūndem domorum pro tē-
pore personas, pariformiter extendantur, tam in iudicio,
quam extra. Non obstantibus, &c. B.

¶ Ex Priuilegijs Fratrum Ordinis Sancte Trinitatis.

38

Particula-
ris pro exi-
stib⁹ in
regnis Ca-
stellæ Le-
gionis, &
Granatæ.

Interdictū

LE O 10, & Adrianus 6. concesserunt Ordini Sanctissime
Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, ac illiis Mo-
nasterijs, Ministris, Superioribus, Fratribus, ac alijs qui-
bulcunque in eisdem Monasterijs, pro tempore degentibus
personis, Prouinciæ Castellæ, Legionis, & Granatæ regnorū,
in obseruantia regulari degentibus, vt omnibus, & singulis
Priuilegijs, prærogatiis, concessionibus, antelationibus,
immunitatibus, exemptionibus, fauoribus, & indultis, ac
peccatorum remissionibus, & Indulgentijs, etiam Mare ma-
gnū nuncupatis, & alijs quibusuis litteris Apostolicis, & gra-
tijs quibuscunq; etiam viuæ vocis Oraculo, quatuor Ordin-
ibus Mendicantium, & eorum singulis, etiam quoad Inter-
dicti relaxationem, & Missarum, in eorum Festiuitatibus, cō-
memorationibus, & solemnitatibus celebrationem, & alijs
quouis modo, per quoscunq; Romanos Pontifices, ac Sedem
Apostolicam, in genere, vel in specie, tunc, & pro tēpore con-
cessis, & cōfirmatis, & innouatis; quorum omnium tenores
haberi voluerunt præfati Leo, & Adrianus, pro expressis, &
quibus Domus, Piores, & Fratres Ord. Mendicantiū huius-
modi, de iure, vel de cōsuetudine, & iuxta Priuilegia, & indul-
ta prædicta vtuntur, potiūt, & gaudent, ac vti, & potiri, &
gaude-

A gaudere possent quomodolibet in futurū, vti, potiri, & gaude re in omnibus, & per oīa, perindē ac si singula Priuilegia hu iusmodi Ordini Sanctissimae Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, ac illius Monasterijs, Ministris Superioribus, Fratribus, & personis præfatis, specialiter concessa fuissent. B.

C IDEM Leo, & Adrianus concesserunt omnibus, & singulis Christi fidelibus verè pænitentibus, & confessis, qui dicti Ordinis Sanctissimae Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, tam virorum, quam mulierum, existentibus in regnis Castellæ, ac Legionis, & Granatæ Ecclesijs, illis anni diebus, quibus peccatorum remissiones, & indulgentiæ per eosdem Fratres consequebantur, visitauerint; ac qui deuotionis feruore duci, in habitu Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum huiusmodi decederent; aut eorum corpora, seu cadavera, dum ab hoc seculo migrauerint, in Ecclesijs Monasteriorum Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum huiusmodi sepelire ordinauerint, seu de proprijs eorum bonis, pro Redemptione Captiuorum aliquā pecuniæ quātitatem, per Ministrum Prouincialem dicti Ordinis pro tempore existentem, designādam erogauerint, aut etiam qui scapularium eiusdem Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum de manu alicuius illius Prælati, etiam absq; alicuius voti emissione, suscepturn detulerint; necnon vtriusq; sexus eiusdem Ordinis Sanctiss. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum Fratribus germanis nūcupatis, vt omnes, & singulas Indulgencias, & peccatorum remissiones Fratribus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis huiusmodi concessas, consequantur, ac suffragiorum ipsius Monasterij, pro tempore factorum, participes fiant. Nec nō Priuilegijs, indultis, prærogatiis, exemptionibus, concessiōnibus, antelationibus, & gratijs, Monasterijs, & Ordini Sanctissimæ Trinitatis huiusmodi, in genere, vel in specie concessis, & quibus Fratres Ordinis prædicti vtuntur, potiuntur, & gaudent, seu vti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurū, vti, potiri, & gaudere perindē possint, ac si illa eisdem fidelibus, Fratribus, seu Germanis nūcupatis, specialiter, & expresse concessa fuissent. B.

39
Particula-
ris pro re-
gnis Ca-
stellæ Le-
gionis, &
Granatæ.

Sepultura.
Eleemosi-
na.
Habitus.

Progerma-
nis Fratrū,
seu hospi-
tantibus
fratres pro
pter Deū.

ANNOTATIO CORDVBAE. A

QVODAD. §. 1. Notandum, quod idem Sixt. 4. fo. 64. & fff. 96. viuæ vocis Oraculo, concessit nobis Cismon. gaudere omnibus Gratij, Indulgentijs. & Priuilegijs quodocunq; cōcessis Fratribus Ultramontanis, & contra, ac si nobis specialiter cōcessa fuissent.

Excoīcātio contra admittentes ad Cōmunicatio nem Priuilej, quos- cunq; laicos. Item idem Sixt. 4. excommunicauit Fratres Min. & Prædicatores, admittentes ad Communicationem Priuilegiorum suorum, & Immunitatū sui Ordinis quoscunq; laicos vtriusq; sexus, nisi eo modo, quo infra tit. excommunicatio. §. 14. habetur, ibi vide annotationem factam super hoc.

¶ Quodad. §. 13. rbi ponitur Communicatio Iulij 2. fff. 74. ff. 228. cōcess. 533. de Vicarijs Conuentuum Ordinis Prædicatorum, ad Vicarios Conuentuum nostri Ordinis. Notandum, quod nomine Vicarij, debet intelligi illi, quos nos vocamus Præsidentes Cōuentuum, ut sup. tit. Absol. ordinaria quodad Fratres. §. 7. ait idē Collector in Comp. & tit. Vicar. §. 5.

Vicarij cōuentuum qui dicantur. ¶ Quodad. §. 14. rbi ponitur Concessio Leo 10. notand. quod idē Leo. 10. fff. 41. 42. extendit omnes nostras Indulgentias, Indulta, &c. ad Moniales Sanctæ Claræ nostræ curæ subiectas, & ad Ancillas B. Marie, nostræ curæ commissas.

¶ Quodad. §. 39. rbi ponitur Cōcessio Leo. 10. & Adriani 6. facta Germanis Ordinis S. Trinitatis, vide in eodem Compendio, tit. Indulgentiae, quodad seculares 4. post. §. 16. de quibus Germanis id intelligatur; & in eodem tit. §. 23. de quibus Indulgentijs hoc intelligatur; quia non intelligitur de plenarijs, ut ibi ait Collector.

Nota. D
Participantes Priuilej, possunt illis vti contra illos quorū contemplatione partici- pant. ¶ Tandem quodad hanc materiam Cōicationis Priuilegiorum, Notandum, quod illi, quibus cōicantur Priuileg. aliorum Ord. ac si ipsis specialiter concessa fuissent, quales sunt oēs Mendicantes, & etiā alijs Religiosi supradicti in hoc tit. Cōicatio Priuilegior. possent æqualiter, & ex æquo gaudere prædictis oībus Priuileg. sibi cōicatis, etiam contra illos, quibus concessa fuerant, per quorum cōicationem ipsi gaudent prædictis Priuilegijs: ratio est, quia iam facta sunt sibi propria, & non habent ea dependenter ab alijs, sed in independenter, ac si ipsis specialiter cōcessa fuissent, quodocunq; illi se habeant circa illa Priuilegia, vtendo, vel non vtendo eis. Sicq; in tali cōicatione independenti, oēs qui dictis Priuilegijs possunt vti, adæquantur ex æquo. Secus dicendum est de illis, quibus non sic specialiter, & independenter cōicantur, vt sunt familiares, & donati fratru, & alijs eiusmodi, quia non possent vti Priuilegijs Fratrum, cōtra ipsos Fratres, quorum Priuilegia illis cōicantur, quia quod in fauorem ipsorū Fratrum principaliter concessum est (quod, scilicet, eorum familiares vtan- sur ipsorum Priuilegijs) non debent contra ipsos Fratres, seu eorum di-

Aspendium rectorqueri, de reg.iur.lib. 6.de verb.sig. quid per nouale, uncta gloss. quia non ex aequo gaudet sicut Fratres prædicti. Similiter si Fratres perdiderint tale Priuilegium, seu si eo non videntur: similiter perderunt, & non possent eo vti prædicti familiares eorundem Fratrum, quia tales familiares, &c. habent prædictum Priuilegium cōmunicatum sibi dependenter a prædictis suis Fratribus, & minus principaliter. Ideo ceseante principali, & Fratrum fauore, quorum intuitu, principaliter tale Priuilegium valebat, cessat, & minus principale, & accessorium, & ad

Bhoc sunt multa iura pariter cum ratione supradicti, ut paret per Bart. l.

1. delegatis primo, per oīa ex aequata, &c. & l. anticissimis. §. Lucius, & P. anor. in cap. ex parte, de foro compe. ad finem, & B. l. omni. l. C. de Episcopis, & Clericis. Et notandum quia vident ad multa, & ad hoc, quod secundum Priuilegia nostra, & nobis cōniciata ab alijs Religiosis, vt dictum est, possimus non seruire interdictum in nostris festiuitatibus, etiam si sit interdictum positum ab illis alijs Religiosis, licet talis non obseruatio interdicti sit in eorum præiudicium, quia ex aequo, ac si nobis

Cspecialiter concessa fuissent, communicata sunt, & facta nostra indepen- denter talia Pr. uileg. vt dictum est, pro concordantia Priuileg. vide etiē supra Absol. quo ad seculares. §. 19 & super tit. ingredi. §. 34.

CAPVCCINI ANN OTATIO.

D**E**st notandum quod concessi vni Ordini etiam in specie, intel- liguntur concessa alijs Ordinibus, ac si nominatim eis cōcede- rentur, sicut expressè declarauit Leo. 10. inter non Mendicā- tes, tam actiū quād passiū sicut declarauit Pius V. etiā inter Sorores, et Moniales eiusdem Ordinis, etiam de Tertio Ordine sicut declarauit idē Pius V. & ante eū idem Leo, & Iulius 2. & 3. & Paulus 4. que Bullæ habentur in Collectione Priuilegiorum Ord. Prædicatorum facta a Reuerendiss. P. Stephanus Vsus maris. fol. 156. & in alijs folijs, ut reperies in Tabula, in verbo, Priuilegia communia. Ideo in Mari Migno Ord. Minim. dicitur, vt posint trāsumptare quæcunq; Priuilegia. & Bullas concessas alijs Ordinibus, ac si illa, mutatis in eis nominibus, sub nomine

EMinimorū specialiter, & principaliter, pro eo Ordinc emanassent. Vnde ex Priuilegiis non Mendicis, multa ex rīx-rūt q̄ ix eis i cōmo- da sentiēbatur Reuerendiss. PP. Stephanus Vsus maris supra dictus & G. Spar Passar. Ord. Minim. Generales, & in Collectionibus Priuilegiis ab ipsis factis, inferuerunt, vt ibi est videre. Pro cuius cōlonis intellecta, vt quis cognoscere valeat, quonā modo, et forma sit intendi prefata cōmuniō, vi- de quæ propter discordiā inter Fratres Prædic. & Minorēs de obseruāt. exortā in Hispania, occasione præmissorū, declarauit Iulius 2. ann. 1509.

Et habent
etiam sup.
§. 20. 21.
22. &c.

Cōcatio
Minimor.

Nunc Ar-
chiepilco-
pus bene-
meritus.

Adducitur
a l'assaré.
fol. 49.

Pater Tu-
signanus.

Et sic, licet nobis Capuccinis eodem supradicto modo sint talium Priuilegia communicata; in specie tamen, per Const. Pij 4. edita ann. 1560. ut in Historia Franciscana, registrata a Reuerendiss. P. Tusignano, Ord. Conuentualium S. Francisci, & nunc Episcopo benemerito, sunt communicata omnia Priuilegia, & gratiae, quae reperiuntur concessa, vel in futurum concedentur Fratribus Minoribus, & Camaldulensibus, & alijs.

Pro Crucifigeris, & pro Clericis ministrantibus infirmis.

Comuni-
catio Priuileg. societ. Iesu.

Tandem, Congregationi Fratrum Crucigerorum. Ac Religioni Clericorum ministrantium infirmis a Greg. 14. ann. 1591. fuerunt communicata omnia Priuilegia, exemptiones, immunitates, indulgentiae, facultates, libertates, indulti, concessiones, & gratiae, quorumuis, etiam Clericen. Cluniacens. ac Sancti Benedicti Monachis, Clericis Regularibus, & Presbyteris Collegialibus Societatis Iesu, & Canonicis, Congregationis Lateranensis, ac quibuscumq; alijs Clericis Regularibus, & aliorum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinum, & Congregationum, Fratribus, & personis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, in specie, vel in genere, etiam communicatiæ, per quoscumque Romanos Pontifices quomodolibet concessis. Quæ tantu sunt in r̄su, nec sub illis reuocationibus cōprehensa, neq; Decretis dicti Concilij cōtraria: Ac illorum omnium participes esse possint, & debeat pari formiter, & aequè principaliter, absque illa prorsus differentia, perinde, ac se Congregationi, Ecclesijs, & Domibus ipsorum, nominatim, & specialiter, ac generaliter concessa fuissent: ut latissimè habetur in Const. ipsius Greg. 14. quæ incipit, Illius qui pro gregis, etc. & est confirmatio a bivis Religionis, ibique, innumera ei alia tribuuntur Priuilegia, de qua etiam mentionem fecimus supra in verbo Absolutio. Quo ad fratres primi.

Ex Priuilegijs Societatis I E S V.

OMNIA Priuilegia, etiam speciali nota digna, immunitates, exceptiones, facultates, concessiones, indulta, Indulgentiae, peccatorum remissiones, gratiae, tam spirituales, quam temporales, litter. eq; Apostolice, etiam per modum extensionis, aut communicationis, aut alias concessa, seu concedenda, quibusvis Ordinibus, Fratrum, & Sororum Mendicantium, illorumq; Congregationibus, Conuentibus, Ecclesijs, Hospitalibus, & alijs pijs locis, Cōceduntur Praeposito, ac omnibus Societatis Iesu, Personis, Domibus, ac Collegijs, non solum ad instar illorum; sed pariformiter, & aequè principaliter a Pio Quinto.

Et Greg. 13. declarauit, omnia eis concessa, siue communicata, vt supra, seu in posterum concedenda, Praeposito Generali concessa intelligantur; qui illa per seipsum, vel alium, seu alios, de eius commissione electos,

A seu eligendos, quibuscumq; personis de eadem societate, sub eiusdem obedientia degentibus, communicare liberè poterit: Nec aliter, exstere personæ Societatis, prædictis Priuilegijs, facultatibus, & alijs præmissis, vti, aut gaudere possunt, illorumq; vñus iuxta Societatis rsum & institutum, Constitutiones, & morem esse debet, vt habetur in eius Compend. Priuileg. Verbo Communicatio. §. 1. ¶ 5.

Sed Greg. 14. concessit Clericis Ministris infirmorum, posse illorum Priuilegia participare, vt supra est iam dictum.

B Communicatio Confraternitatibus Charitatis, &
Sancti Spiritus hospitali.

C **O**MNIVM iejuniorum, & aliorum quorumcumque Spiritualium bonorum, & piorum operum, quæ in omnibus Religionibus, ac vbi cumquæ in toto Orbe, pro tempore fiunt, participes sunt personæ Confraternitatis Charitatis de Vrbe, & personæ Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia, vt in Priuilegijs, impressis, fol. 135. & 140. legitur.

Item, omnibus gratijs, & Priuilegijs Archiconfraternitati Charitatis de Vrbe, direcchè, vel per communicationem concessis, ab anno 3. Leon. 10. 4. Calend. Augusti, ann. Dom. 1516. usque ad annum primum Pij 4. anni 1560. 4. Idus Decembris, vti potest prædicta Confraternitas, etiam, si illa tunc non esset in vnu; aut si Priuilegia communicata, reuocari contigerit. Ita Pius 4. in Priuileg. eius manuscript. fol. 81. Et recensetur in Compend. prædicto Priuileg. Soc. Iesu. Verbo Communicatio. §. 7. ¶ 8.

D Notandum autem hic est, quod cum omnes Ordines Mendicantium, simul communicent, in omnibus Priuilegijs, perinde, ac si de verbo ad verbum cuilibet eorum dicta Priuilegia concessa forent, prout supradictis clarè patet; Iccircò posset occurtere dubium, si etiam in paenit., & censuris, ipsis Ordinibus concessis; adhuc necnè communicatio? & ad hoc breuiter responderi potest, quod in illis paenit., & Censuris latis contra aliquem Ordinem ipsorum Mendicantium, nullo pacto inter eos fieri comunicatio, cum secundum Regulam Iuris, Odia restringi, & fauores conuenient ampliari. de reguli iuris in 6. Et præterea, quia infinita inde absurdæ sequerentur, prout facillimè posset demonstrari; sed in illis, quæ in fauorem eorum sunt latæ, quamuis in paenam laicorum ex altera parte redundant, dicerem, per eandem Regulam Iuris prænotatam, quod fieret inter eos Communicatio: & hoc bene notandum: & quando succederet casum, saltem, periti essent consulendi.

An autem in Communicatione Priuilegiorum censeatur commun-
carū

202 Communic. Priuileg. Communicare:

cari r̄sus, vel non r̄sus illorum, & quid de clausula illa, quæ nunc solet apponi in confirmatione, & communicatione Priuilegiorum. Dummodo sint in r̄su &c. Vide p.p. fol. 73. & fol. 52. A. Et vide etiam in fr. ap. 2. in verbo Priuilegia Fratrum, in fine nostræ Annotationis.

Et an Priuilegium possit perdi per non r̄sum, vel per unam, vel per plures contraventiones? Vide ibidem. fol. 52. B.

Et an Statuentes possint recedere à Statuto confirmato per Sedem Apostolicam? in p. 2. Verbo Priuilegia in nostra Annotatione in fine.

Tandem, pro fine huius materiæ communicationum Priuilegiorum est notandum, quod possunt omnes Mendicantes, & participantes eorum Priuilegiorum, in foro conscientiæ, r̄ti omnibus gratijs, & Priuilegijs per Pontifices antecessores Pij. 5. concessis, etiam illis, ex eis quæ sunt restristi, seu derogati per Conc. Trid. Ita Minoribus concessit Pius. 5. Viuæ vocis Oraculo die 13. Mart. Anno Domini 1566. vt refertur in compend. Priuileg. Societatis Iesu. Verbo, conc. §. 3.

C O M M V N I C A R E.

¶ Distinctio materiæ Communicationis corporis Christi.

Collector.

SCIENDVM, quod circa communionem Eucharistia, seu Corporis Christi, inueniuntur complura in Priuilegijs Fratrum.

¶ Et iltorum, quædam tangunt præcisè personas Fratrum, & Monialium eorum curæ subiectarum. Hæc autem habentur infra. in §. 7. & remissionibus ibi additis, ac etiam infra in §. 12.

¶ Alia vero concernunt personas secularium. Et ista continentur infra in omnibus. §. exceptis supra nominatis.

1
Pro oib⁹ christianis
Vc. ait etiā
Nauar. in
Manual. c.
21. nu. 45.

EUGENIUS 3. declaravit, optimè turi satisfactum esse, & Canonis, seu Decretali Omnis vtriusq; sexus, si in hebdomada sancta, vel infra Octauas Paschæ Resurrectionis Dominicæ (secundum meliorem dispositionem) Fideles sacrosanctum sacramentum Eucharistia accipiant. B. fo. 114. conce. 248. Et idem concessit oraculo viuæ vocis. o. fo. 61. Et fo. 64. conce. 81. Et fo. 95. conce. 316.

2
Pro foren-
tibus.

¶ IDEM Eugenius concessit, quod quando quis, tempore paschali, se repererit in aliena diœcesi, semper ibi intelligitur adeptus incolatum, ut ibi confiteri, & communicare valeat,

A leat, quantumcumque ibi paruo tempore steterit. o. fo. 61. Et ffo. 64 conce. 80. Et ffo. 95, conce. 315.

¶ Aduerte, quod quoad Rectorem parochialem, vbi consistit hospitium, intelligitur hoc. Nam sine licentia ipsius, non poterit recurrere ad alium. Verumtamen, per concessionem Minimorum potest recurrere ad Fratres, prout habetur infra. §. 13,

I D E M Eugenius declarauit, quod quando Sacerdos Parochialis dat licentiam suo subdito, ut a quocunq; possit recipere Eucharistiam, eo casu, possit recipere eam a Religiosis. o. ffo. 101. conce. 401.

¶ Aduerte, quod dubitatum fuit hoc, quia ultra prohibitio nem communem, est particulariter prohibitum Religiosis. per Clementinam Religiosi, de Priuilegijs.

N ICOLAVS 5. concessit Generalibus, & Provincialibus Ministris, & omnibus Confessoribus Ordinis Minorum. Deputatis ad audiendas confessiones secularium, ut possint omnibus quarumcumque diocesim, quorum Confessiones audierint, sacratissimi Corporis Domini communionem dare, omni tempore, praeterquam in die Resurrectionis dominicae. B. fo. 30. Et ffo. 114. conce. 249. Et ffo. 58. conc. 159.

¶ Aduerte ad ampliationem, & declarationem huius Concessioneis infra positam. §. 9.

S IXTVS 4. fecit consimilem Cōcessionem ad litteram, si cut Nicolaus 5. immediatē supra positam. B. fo. 30. Et ffo. 114. conce. 250. Et ffo. 58. conc. 159.

I D E M Sixtus concessit Fratribus Mi. ut possint administrare sacramēta Eucharistie, & Extreme vunctionis, illis, quorum Confessiones audierint, quando Rectores, seu Curati eorum maliciosè, aut sine rationabili causa denegauerint, seu distulerint illa administrare. Et voluit, quod super hoc stetur assertionē eorumdem Confessorum, vel p̄oentientium. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce. 348.

¶ Huiusmodi Concessio fuit modificata per Leonem. 10. Collector. prout habetur infra. §. 10. Vide ibi cum sua declaratione.

I NOCENTIVS 8. ac etiam Leo. 10. concesserunt Fratribus Mino. ac Monialibus eorum curæ subiectis, communicantibus in multis Festiuitatibus, & diebus Dominicis, Indulgentiam plenariam prout habetur infra in dictione, Indulgentiæ plenariæ quod ad Fratres. §. 6. & 7. & 11. & 18.

Pro oībus
christianis
Collector.

Pro cībus
et forētū.

Collector.

6
Sacramen-
ta.

7
Indulgen-
tia plena-
ria.

8

Particula-
ris pro Re-
gnis Ca-
stellæ.
Interdic*tū*

IULIVS 2. concēdit, quod absq; aliquo conscientiæ scrupulo, possint Fratres Mi. obser. Prouinciarum Regnorum Castellæ, & Legionis, sacramentum Eucharistia tempore Interdicti, coram quibusvis personis secularibus, vel regularibus (facultatem audiendi diuina officia habentibus) recipere. Quodq; personæ prædictæ facultatem audiendi diuina officia huiusmodi habentes, dicto tempore Interdicti, sacramētum huiusmodi recipere possint, & valeant, licentiam concescit: Ita tamen, quod hæc communicatio secularium, intelligatur iuxta facultates concessas illis secularibus, de interessendo diuinis. O. ffo. 71. conce. 179. Et ffo. 101. conce. 391.

9
Pro oībus
Fratribus
Sacerdo-
tibus.

LEO 10. concescit de nouo idem, quod Nicolaus 5. & Sixtus 4. concesserant, ut patet supra §. 4. & 5. Ac declarauit, quod licet audire confessiones secularium non possint, nisi in supradictis Breuibus nominati; ministrare tamen, sacramentum Eucharistie, tempore concessio, possit quilibet, sacerdos Religionis. Et in eo quod dicitur (vbi supra) de die Resurrectionis, declarauit, quod non possint ministrare sacramentum Eucharistie in die, quo celebratur Fesum Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi duntaxat, sine Rectoris Parochialis, aut Diocesani licentia. O. ffo. 58. conc. 160.

Echar-
tia.

10
Conciliis.

Sacra-
men-
ta.

Collector.

ProMonia
libus.
Dispen-
satio.

12

¶ IDEM Leo, postea in Concilio Lateranensi statuit, quod Eucharistie, Extremæ unctionis, aliaq; Ecclesiastica sacra-menta, nequeant dare Fratres, illis, quorum (etiam infirmorum) confessiones audierint, dicentibus, proprium sacerdotem illa sibi dare denegasse; nisi denegatio sine legitima cau- sa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio co-rām Notario publico facta, doceretur. B. ffo. 25. conce. 73.

¶ Non obstante hoc Statuto immediatè anteposito, posunt Fratres ut in foro conscientiæ, omnibus Concessionibus superius positis, quia idem Leo viuæ vocis Oraculo reualidauit, & de nouo concescit, omnia que per huiusmodi Cōciliū fuerant de nostris Privilegijs reuocata, seu restricta, ut poni tur infra in dictione, Concilium, §. 7.

¶ IDEM Leo dispensauit cum Monialibus sanctæ Clare, & conceptionis Beatae Mariæ, atq; Tertiij Ordinis; ut præcepto Regulæ de percipiendo sanctissimum Sacramentum, satisfa-ciant, per aliquos dies anteponendo, vel postponendo; dum tamen illud in fraudem non faciant. O. ffo. 61. conce. 191.

¶ IDEM Leo concescit plures Indulgentias Fratribus. &

A

B

C

D

E

M. 102

A Monialibus, communionem Corporis Christi sumentibus; Indul. pl. prout habetur infra in dictione, Indulgentia plenaria quoad Fratres. §. 5. & 6. & 12. ac. 18.

¶ Ex Privilegijs Fratrum Minimorum.

IVLIVS 2. concessit Fratribus Ordinis Minimorum, vt in Ecclesijs suis, quoties opus fuerit, possint ministrare, & ministrari facere sacramentum Eucharistiae, curialibus, mercatoribus, peregrinis, & transiuntibus, ac alijs quibuscunq; personis. B fffo. 11. conce. 43. 13
Pro foren-
sibus: & et
alijs.

¶ Aduerte circa huiusmodi Cöcessionem pro foro exterio-ri, qualiter modificata est per Leonem decimum in Conciilio Lateraneñ, prout habetur supra. §. 10. Collector.

ANNOTATIO CORDVBAE.

C ¶ Q VÖAD §. 8. rbi Iul. 2. concessit nobis, quod tempore Interdicti, possint seculares habentes facultatem audiendi diuinam, recipere sacramentum Eucharistiae, iuxta facultates illis concessas, &c. intellige sic, scilicet, si habuerint alias facultates etiam ad hoc. scilicet, ad recipiendum, tali tempore Interdicti, sacramentum Eucharistiae, &c. non autem illis hoc conceditur per hanc Concessionem nobis factam, quamvis per hanc Concessionem, nos coram ipsis secularibus habentibus alias tantum facultatem audiendi diuinam tempore Interdicti, bene possimus recipere sacramentum Eucharistiae, & ipsi seculares possint esse praesentes (ut ait præfata Concessio) & hoc clarius sic declaratum babetur. fff. 101.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

NO TANDVM, quod hoc Idem obseruari nunc ait Nauar. in In §. 1. Manual. c. 21. num. 45. Addens injuper, quod rbi adest consuetudo legitima, & prescripta satisfaciendi huic precepto, communicando quolibet die quadragesimæ (vt est in multis locis Hispaniae) sufficeret se illi conformare; Pro quo est sciendum quod Clemens 7. (vt testatur. Laurentius Episcopus prenestinus Cardinalis quatuor coronatorum) declarauit, Ut, In quolibet die quadragesimæ possint fideles in Hispanie partibus communicari, vt precepto Ecclesiæ satisfaciant; & ideo, in multis partibus talis consuetudo ita præualuit, vt iam veluti lex obseruetur,

Hec Bulla
ponitur in
fra in fine
compen.
fo. 11.

uetur, & ideo sic, ut supra dixisse Naua. puto.

A Et an aliquis possit in die Pascha communicari extra parochiam pro sua deuotione, postquam compleuerit præceptum Ecclesiae, in aliqua die ex suprascriptis, etiam in Ecclesiis Fratrum Minorum?

B Respondetur, quod non, nam sua Sanctitas vult, ut quilibet volens in die Resurrectionis communicari, siue pro deuotione sua, siue ut satisficeret Ecclesiae præcepto, communicetur in propria Parochia, nisi tamen licentiam haberet a suo Parochio. Et hoc obseruandum ait Nauar. non solum pro die Pascha, sed etiam in omnibus alijs diebus, etiam extra quadragesimam, & etiam in articulo mortis; verum Leo 1. o. concessit cuilibet sacerdoti Fratrum Minorum, ut quoquis anni die, sacro sanctum Domini Corpus secularibus ministrare possit, excepto solo die Paschatis, & est communicatum alijs Mendicantibus, & particulariter est etiam concessum Patribus Societatis Iesu; ut refert & tenet Nauar. in loco suprascripto.

C In 9.4. & 9. Notandum, quod Papa Pius V. in const. 38. in prima parte nu. 4. & 8. Idem confirmat dicens, Ipsiq; Christi fideles sacramentum Eucharistiae (Resurrectionis Dominicæ festiuitate diutaxat excepta) sumere, eq; illud per Fratres huiusmodi, scilicet, Mendicantes, administrare valeant: nec ad illud faciendum per locorum Ordinarios, aut Ecclesiарum Rectores, seu alios quoscunque illorum, licentia minime requisita, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & alijs penitentiis cogi vel compelli possint, seu debeant, etiam decernimus, & declaramus. & licet. Papa Greg. 13. in const. sua 15. reduxit illam Pij 5. ad ius commune in quantum Sacro Concilio Trid. obstat; in hoc tamen particulari non obstat Concilio, cum nullib; in hac materia contrarium iubere reperiatur, nam tantum in sess. 13. c. 8. exortat frequenter eos communicari, & non precipit, ut in hac potius, quam in illa Ecclesia communicari habeant, & idem decreuit Papa Paulus 4. in const. 4. ut in Bullario, ut posint, videlicet, Fratres suprascripti Mendicantes quotidie sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ministrare (Dominica tantum Resurrectionis excepta) etiam concordat Nauar. in suo Manuali c. 2. 1. num. 52. & si Episcopus facta admonitione (ut in cap. Sac. de sent. excom.) vellet omnes illos, qui in Pascha non fuerint confessati, vel communicati denuntiare, tunc illi qui a suprascriptis Fratribus recipiissent communionem, vel confessionem, ab eis opus esset habere fidem, & Episcopo presentare; itaque si aliquis secularis confessus fuerit, vel communionem receperit in aliqua Mendicantium Ecclesia, cum anno satisfaciendi Ecclesiae præcepto, in uno dierum predicatorum, otto ante, & post Pascha, satisfacit, & non oportet, ut iterum in die Paschatis, communicetur in Ecclesia parochiali.

D **E** **F** **G** **H** **I** **J** **K** **L** **M** **N** **O** **P** **Idem**

Communicare. Commutare. 207

A Idem tenent summistæ, quod satisfaciat Ecclesiæ præcepto de audienda missa in festiis diebus, si in illis, vel in alijs Ecclesiis audierint, & non in propria parochia, vt Nauar. in Manu. tit. de quinque præceptis Ecclesiæ. nu. 5.

Vide etiam supra in tit. absolutio quod ad seculares. §. 37. in fine confessionem factam Fratribus Dominicanis à Sixto 4.

C O M M U T A R E.

- B** **S** IXTVS 4. concescit, quod Prælati Ordinis Minorum possint commutare legata facta locis nostris ad vnum vsum, in alium; sine scandalo tamen illorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet. o. fo. 62. Et ff. 66. conce. 95. Et ff. 95. conce. 317.
- L** EO 10. ampliando dictam gratiam Sixti, concessit, quod simili modo possint dicti Prælati facere in rebus donatis per viuentes; si tamen (vt dictum est) non sequatur scandalum. o. ff. 93. conc. 293.
- D** IDEM Leo concessit, quod Fratres Mino. possint recipere triticum, ac alias res superabundantes (scilicet, quibus in propria specie Fratres non habent necesse uti, aut non in tanta quantitate) vt pro vino, carnibus, ac alijs rebus viætui necessarijs, per Sindicum Romanæ Ecclesiæ eisdem Fratribus datum, commutentur, & permutentur; seu vt triticum, & alia huiusmodi vendantur; & ex pecunia inde proueniente, vinum, & carnes, ac aliæ res necessariae emantur. B. ff. 23. conc. 66.
- E** CAUENDUM EST OMNINO ab ista Cössessione, quia est expressè contra declarationem Nicolai 3. & sic relaxatiua, & destruētiva nostræ strictæ paupertatis, quā in Regula promisimus; cùm talia sic recepta sint manifestè pecunia, cuius receptio, quam prohibita sit in Regula nostra, notorium est. Nec sufficit dicere, quod Papa dispensat in hoc; nam per similes dispensationes, vel potius disipationes, dissiparetur Religio nostra, in altissima paupertate fundata, vt patet euidenter in nostris Conuentualibus.
- ADUERTENDUM EST ETIAM CIRCA PRÆdicta, quod in Capitulo Generali Meclinensi, vbi tertio fuit electus Reuerendus Pater, claræ memorij, Oliuerius Mallardi, facta est sequens Ordinatio.
- CAPITULUM GENERALE DECLARAVIT, quod si aliqui Conuen-

Prælati.
Legata.

Prælati.
Eleemosynæ.

Vendere.

Collector.

Statuum
Generale.

Statutum uentus aliquarum Prouinciarum habeant copiam alicuius A
Generale. rei (ut potè vini, vel olei) & deficiunt carnibus, vel piscibus,
Prouincialis talium Prouinciarum , vel Custos talis Custodiæ, potest prouidere, & commutationem in talibus facere,
mandando, quod vnum alteri det de ijs, in quibus abundat, &
econuerlo. 227. tracta. 3. Et ffo. 246. tracta. 2.

ANNOTATIO CORDVBAE.

Vò AD §. 3. ubi Collector dicit, cauendum esse ab illa dispensatione Leo 10. quia est relaxatiua Ordinis, concedens, quod Fratres accipiant pecuniam, &c. Notandum, quod Papa id concedit cum duabus limitationibus, scilicet, pro rebus necessariis, quæ alias sine pecunia commodè baberi non possunt. Posit peti & accipi triticum, &c. ad commutandum. Secunda limitatio, quod per Syndicum tales res distrahabantur pro aliis necessariis: hijs ergo suppositis, constat, quod ibi non est maior dispensatio, neque conceditur alia relaxatio maior, quam quod per Syndicum procurentur, seu accipiantur pecunie, sicut habent Patres ultramontani. secundum const. Mart. 5. quæ Dispensatio, an sit nobis licita, & secura? An nos cism. possumus ea pti latius babetur in expositione nostra, regulæ. cap. 4. q. 16.

CAPUCCINI ANNOTATIO.

In §. 1.

Coc. Trid.
Sess. 22. c.
§. de refor-
matione.

Hoc etiam possunt de lege comun. ut in cap. exijt. quæ tamen D
commutatio, Concil. Trid. Ordinat, ut tunc fiat, quando erit
necessaria, dicens, In commutationibus ultimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta, & necessaria causa fieri debent, Epi-
scopi, tamquam delegati Sedis Apostolicæ, summarie, & extra iudiciale
cognoscant, nihil in precibus tacita veritate, vel sugesta falsitate
fuisse narratum, priusquam commutationes prædictæ exequitioni de-
mandentur. Vide etiam pro hac materia, supra quæ dixi in verbo Alienatio honorum.

CONCEPTIO VIRGINIS.

I
ACROSANCTA Generalis Basiliensis Synodus, in
spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ec-
clesiam repræsentans, diligenter inspectis auctoritatibus, & rationibus, quæ à diuersis partibus coram eadem
Sancta

- A** sancta Synodo fuerunt allegatae, alijsque etiam plurimis super eadem materia visis, & matura consideratione pensatis, determinauit, doctrinam illam differentem, gloriosam Dei genitricem Mariam (præueniente, & cooperante diuini munera gratia singulari) numquam actualiter subiacuisse peccato originali, sed immunem semper fuisse ab omni originali, & actuali culpa, sanctamq; & immaculatam, tanquam piæ, & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ rectæ rationi, & sacræ Scripturæ, ab omnibus Catholicis approbandam,
- B** fore tenendam, & amplectandam, diffinuit, & declarauit. Ac Prædicare decreuit, nulli de cœtero licitum esse in contrarium prædicare, seu docere. b. fo. 42. Et ffo. 40. conce. 45.
- ¶ EADEM sacro sancta Synodus statuit, quādo, & qualiter sit huiusmodi festivitas celebranda, prout habetur infra in dictione Festivitas. §. 6. Attamen modo debemus sequi ordinatum per Sextum.
- C** ¶ EADEM sancta Synodus concescit, nonnullas Indulgencias, intercessentibus diuinis in præfata Festivitate Conceptio nis, sicut ponitur infra in dictione, Indulgenciarum quodad seculares. 7. in. §. 1.
- N** ICOLAVS 5. fecit copiosissimam confirmationem Ordinatarum in prædicto Concilio Basiliensi. Ac per cō sequens confirmauit determinationem ibidem factam in favorem immaculatæ Conceptionis Virginis Dei paræ. b. ffo. 44. conce. 49.
- S** IXTRVS 4. statuit, quod fiat Octaua solemnis de Festo Conceptio nis Virginis Mariæ, & quod de Festivitatibus, quæ venerint infra Octauam, nihil tunc agatur; sed post Octauam celebrentur. Quodq; si festum Conceptionis in Dominica venerit, fiat de Festo, quia specialis effectus Dei fuit in illa die, & ideo Dominica transferatur in sequentem diem. Et voluit, quod tunc in secunda feria dicatur Psalms nocturnorum de Dominica, cum nouem lectionibus, & responsorijs, sine precibus, & Missâ, sine Gloria in Excelsis Deo: quia Te Deum laudamus non dicitur. Sed in prædicto casu, in Octaua fiet de Dominica, & Festum Octauæ transferetur ad diem sequentem. Si vero venerit infra Octauam, fiet de Dominica cum commemoratione Festi. o. fo. 64. Et ffo. 68. concef-
tio. 133.
- E**

Determi-
natio veri-
tatis con-
ceptionis
Virg. Ma-

3

Indulg.

4
Confirma-
tiones Cō-
cilij.

5
Officiū di-
uinum.

Hodie ta-
men sunt
obseruādē
Rubricæ
Breuiarij
Nouipij.

Collector. ¶ Aduerte, quod postea concessum est, quod fiat Festum sanctæ Luciæ infra Octauam.

6

¶ IDEM Sixtus motu proprio, auctoritate Apostolica reprobavit, & damnauit assertiones Prædicatorum, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, sanctam Romanam Ecclesiam, de spirituali dumtaxat Conceptione, & sanctificatione Virginis gloriose, Festum celebrare; ac illorum, qui crederent, & tenerent, quod afferentes eandem genitricem Dei, ab originalis peccati macula, in sua Conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labi pollutos fore. Istas namque assertiones, ut potè falsas, & erroneas, ac à veritate alienas; editosque libros id continentes, similiter reprobauit, & damnauit. Ac motu, & auctoritate prædictis statuit, & ordinauit, quod Prædicatores verbi Dei, & quicunq; alij cuiuscunque gradus, ordinis, & conditionis fuerint, qui de cætro ausu temerario præsumperint, in eorum Prædicationibus ad populum, seu alijs quomodolibet affirmare huiusmodi sic reprobatas, & damnatas assertiones, & opiniones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere; post-

**Prohibi-
tio.**

**Excommu-
nicatio.**

**Officiū di-
tinum.**

**Reproba-
tio.**

namque assertiones, ut potè falsas, & erroneas, ac à veritate alienas; editosque libros id continentes, similiter reprobauit, & damnauit. Ac motu, & auctoritate prædictis statuit, & ordinauit, quod Prædicatores verbi Dei, & quicunq; alij cuiuscunque gradus, ordinis, & conditionis fuerint, qui de cætro ausu temerario præsumperint, in eorum Prædicationibus ad populum, seu alijs quomodolibet affirmare huiusmodi sic reprobatas, & damnatas assertiones, & opiniones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere; postquam de præsentibus litteris scientiam habuerint, excommunicationis sententiam, & æternæ maledictionis pœnam, eo ipso incurvant; à qua, ab alio, quam à Romano Pontifice, & illius proprio ore expressa causa huiusmodi, propter quam censuras prædictas incurrerint (nisi in articulo mortis constituti) nequeunt absolutionis beneficium obtinere; non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Item pari damnationi, & Censuræ sobiecit illos, qui prædicare, docere, aut alijs verbo, vel scriptura affirmare præsumerent, hæreticum fore, credere eandem Virginem gloriosam à peccati originalis macula præseruatam non fuisse. B.fo. 34. Et ffo. 117. concessione. 257.

¶ IDEM Sixtus concessit, ut omnes, qui officium Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis compilatum, & ordinatum per Fratrem Bernardinum de Busto, pro sua deuotione dicere, & recitare voluerint, liberè, & licite hoc possint, & valeant. B.fo. 40. Et ffo. 124. conc. 272.

¶ IDEM Sixtus Motu proprio, & ex certa scientia reprobat, & damnauit assertiones Fratrum Prædicatorum, & quorumlibet aliorum, qui affirmare præsumerent, eos, qui crederent, aut tenerent, Dei genitricem, ab originalis peccati macula

A

B

C

D

E

F

Acula, in sua Conceptione præseruatam fuisse; propterea alicuius hæresis labi pollutos fore, vel mortaliter peccare: aut huiusmodi officium Conceptionis celebrantes, seu sermones audentes, alicuius peccati reatum incurrere, ut potè falsas, & erroneas, & à veritate pœnitutis alienas. Editosque desuper libros id continentes, similiter reprobauit, & damnauit.

¶ Statuit etiam, & ordinavit, ne Prædicatores verbi Dei, & quicunque alij, cuiuscunque status, gradus, aut ordinis, & con-

Prohibi.
tio.

Bditionis fuerint, qui ausu temerario præsumperint in sermonibus ad populum, seu alijs quomodolibet approbare superius improbatas, & damnatas assertiones, asserendo veras esse, aut dictos libros pro veris legendo, tenendo, vel habendo; postquam de præsentibus noticiam habuerint, excommunicationis sententiam, & æternæ maledictionis pœnam, eo ipso incurvant: à qua ab alio, quam à Romano Pontifice, & illius proprio ore, expressa causa huiusmodi, propter quam Censuras prædictas incurrerint (nisi in mortis articulo constituti) nequeant absolutionis beneficium obtinere.

Excommu
nicatio.

¶ Item motu, scientia, & auctoritate similibus, simili pœna, ac Censuræ subiecit eos, qui ausu fuerint asserere contrariam opinionem, tenentes, videlicet, gloriosam Virginem Mariam, cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurgere mortale; cùm nondum sit à Romana Ecclesia, vel Apostolica Sede decissum. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. B. fo. 74. Et ff. 158. concessione. 376.

ALEXANDER 6. confirmauit Bullam supradictam Sixti in. §. 8. inserendo illam de verbo ad verbum; ac dando desuper judices: cum magnis clausulis, & non obstantijs. B. fo. 74. Et ff. 158. conce. 336.

9

EIVLIVS secundus concessit plures Indulgencias in fauorem Conceptionis Beatae Virginis, prout habentur in dictione, Indulgenciarum quoad seculares. 7. s. 3.

10

Indulg.

¶ IDEM Iulius edidit Regulam Monialium Conceptionis Beatae Virginis, prout latè in fine libris huius ponitur; quia nullibi reperi eam impressam.

LEO 10. concessit, quod tempore interdicti, quavis auctoritate, & ex quibusvis causis, pro tempore appositi, in

O 2 qui-

12



Conceptio Virginis.

Particula quibusvis Hispaniae Ecclesijs, ac locis, à primis vesperis diei ris pro Hī Festi Conceptionis, vsque ad illius totalem Octauam inclusi- Spainia. A

Interdictū panis, atque alta voce (excommunicatis duntaxat, & nominatim interdictis expulsis) celebrare possint. Et quod singuli Christi fideles non excommunicati, nec nominatim interdicti, ad Missas, & alia diuina officia audienda, præfato tempore admitti liberè, & licet possint. B. ffo. 24. conc. 67.

12

Indulg.

¶ IDEM Leo concescit multas, & magnas Indulgentias, intuitu immaculatae Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ, tam Fratribus, quam secularibus; quas reperies vna cum multis alijs Indulgentijs, infra in dictione, Indulgētiæ plenariæ quod ad Fratres. §. 18. & 19. Et in dictione, Indulgētiæ quod ad seculares. §. in omnibus. §. B

C A P V C C I N I A N N O T A T I O.

Cōc. Trid.



N Concil. Trid. Sess. 5. Decreto de peccato originali in fine, postquam tractauit materiam peccati originalis, concludit dicens. Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc Decreto, etiam rbi de peccato originali agitur, Beatam, & immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem; sed obseruandas esse Constitutiones Felicis recordationis Sixti Papæ 4. sub pœnis in eis Constitutionibus contentis, quas in nouat.

Not. ratio nes pro cō

ptione. Nota verba Concilij, quomodo videtur inclinari ad tenendam Conceptionem: ait. n. Non esse intentionis suæ comprehendere in hoc Decreto, &c. etiam illud verbum (Immaculatam) & Ecclesia facit de ea officium, & iam Festum, in Calendario Romano sanctorum, apponitur mensa Decembri die Octava. Innumerabilesq; Indulgētias eius confraternitati concedit. &c.

Const. 119

Bulla Pij V. pro Co
cept.

Et Pius V. in Const. Speculum Domini, anno Domini. 1570. emanata, statuit dicens. Motu proprio, Statutum Felicis recordationis Sixti 4. prædecessoris nostri, super ea re à præfata Synodo innouatum, Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, atquæ ut deinceps efficacius à cunctis obseruetur; perpetuò Statuimus, & Ordinamus, quatenus nemo cuiuscunque Ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, vel rbi cuncte promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huic controversie alterutra parte disputatione rationibus, vel Docto-

rūm

E

B

C

D

E

Arum auctoritate , afferendo propriam sententiam , & contrariam refellendo , aut impugnando , vel de hac ipsa quæstione cuiusvis pietatis , aut necessitatis prætextu , vulgari sermone scribere , vel dictare præsumat . Qui contrafecerit , suspensionis pœnam à diuinis , absq; noua declaratione ipso factō incurrat , si modo fuerit in sacris cōstitutus , & quoctūq; præterēd gradu , siue dignitate , vel administratione fungatur , illis omnibus sit ipso Iure priuatus , & ad eadem , vel similia munera obtinenda , vel obeunda , perpetuae inhabilitatis cēsuræ etiam ipso factō sit obnoxius , super quibus , nisi à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari , siue absolui non posse .

Cæterum , quamdiu per Apostolicam Sedem altera pars diffinita non fuerit , Oppositaque sententia condemnata , liceat viris doctis in publicis accademæ disputationibus , siue Generalium , aut Provincialium Capitulorum , vel rbi alias intersunt , qui rem capere possunt , nec scandali rbi subest occasio , de illa quæstione differere , argumentis , utramlibet partem , vel afferere , vel impugnare ; dum tamen , ne citrā , veluti erronea præiudicetur seruenturquæ illa omnia , quæ à prædicto Sixto Prædecessore nostro statuta sunt , &c.

D *Sixtus V. omnibus , & singulis Monialibus Conceptionis B.M. Virginis , ac omnibus , & singulis alijs viriisque sexus Christi fidelibus , verè pœnitentibus , & confessis , qui singulas , seu quamlibet Ecclesiarum Monasteriorum Monialium buiusmodi , in festo Conceptionis eiusdem Beatae Mariæ à primis vesperris , usque ad occasum solis eiusdem festi , annis singulis deuotè visitauerint , & ibi pro pace inter Christianos Principes conferuanda , ac Sanctæ Matris Ecclesiae exaltatione , Hæresumque extirpatione , piis ad Deum præces fuderint , si eo die sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint , Indulgentiam plenariam , & omnium peccatorum suorum remissionem , quoad eos omnes perpetuò illis omnibus concedimus , & largimur , ut in Constat. 42. Expositum nobis . ann. 1586. edita .*

Indul. ple.
pro Moni-
al. s.m. Cō
cep. & secu-
laribus.

¶ C O N C I L I V M .

E  *O N C I L I I Constantieñ.decretum , circa obseruatiā Fratrum Min. quo tempore , & quomodo emanauit , consultè , salubriterq; separans Fratres Observantes à Conventualibus , habetur sub autenti- co . B . fo . 25. Et ff . 109. conce . 236.*

M A R T I N V S 5. approbavit Decretum prædicti Concilij Constantiensis , quoad separationem Fratrum

O 3 Mino-

Minorum Observantiae. B.fo. 36. Et ffo. 120. conce. 260.

SACROSANTA Generalis Synodus Basiliensis confir-
mauit decretum Concilij Constantiensis, super obseruan-
tia Fratrum Minorum. B.fo. 39. Et ffo. 123. conce. 270.

Cōceptio
Virginis.
N⁹ Prædicta Synodus, seu Concilium Basilieñ. determina-
uit veritatem immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis, ut
habetur suprà in dictione, Conceptio. 9. 1. Et ffo. 40. concef-
sione, 45.

NICOLAVS 5. fecit confirmationem copiosissimam Cō-
ciliij Basiliensis; vt habetur latissimè. b. ffo. 44. conces-
sione. 49.

LEo 10. in Concilio Lateranensi, edidit quandam Bullā
magnam, super moderationem Priuilegiorum, per Se-
dem Apostolicam Fratribus Mendicantibus, & alijs Religio-
sis concessorum.

Collector. **S**ed quia huiusmodi modificationes, seu restrictiones, aut
reuocationes, ponuntur sparsim in hoc Compēdio, sub diuer-
sis dictiōnibus, iuxta diuersitatem materiarum, quas præ-
fatæ modificationes tangunt; ideo non ponuntur hic insimul.
Attamen qui voluerit dictam Bullam ad longum videre, repe-
riet eam in supplemento. ffo. 25.

Priuilegia **I**DEM Leo posteā revalidauit, & in pristinum statum
restituit, omnia Priuilegia Fratrum Minorum Obseru. quod-
ad forum conscientiæ tantum, & hoc solūm Oraculo viuæ
vocis.

Collector. **S**ed quia huiusmodi Oraculum non potuit haberi tempo-
re impressionis supplementi Priuilegiorum; ideo hic ad litteram ponetur, prout continetur in registro Ordinis, facto
tempore Reuerendissimi Patris, Fratris Francisci Licheti
Ministri Generalis, ex cuius persona, sic ibidem habetur.

¶ Anno Domini 1519. in Vigilia Visitationis Beatæ Ma-
riæ Virginis, dum essem in præsentia, & conspectu Sanctissi-
mi Domini nostri, domini Leonis Papæ decimi, ipse Pontifex
liberaliter confirmauit omnia Priuilegia Ordinis, in foro cō-
scientiæ tantum: ita quod in foro conscientiæ eisdē vti pos-
sumus; sicut ante Concilium Lateranense ultimatè celebra-
tum. Non obstantibus quibuscumque in dicto Concilio Or-
dinatis, vel determinatis, aliter, vel in contrarium disponen-
tibus. Hæc in Registro Ordinis habentur, in actis præfati Re-
uerendiss. P. Fr. Francisci Licheti Geñ. Ministri, ad litteram.

¶ Ad

A ¶ Ad ampliorem etiam certitudinem præfatae reualidationis Priuilegiorum nostrorum, facit, quod prædictus Reverendissimus Pater Generalis Minister testatus est, alias suis litteris autenticis; se impetrasse à prædicto Sanctissimo Domino Leone. 10. viuæ vocis oraculo, quod Fratres vtantur omnibus Priuilegijs (etiam viuæ vocis oraculo Ordini concessis) in foro conscientiæ duntaxat, etiam non obstante vndeclima Sessione Concilij vltimi Lateranensis. Et in fine

B Litterarum testimonialium, vbi continebatur prædicta Concessio, erat positum. Datum in loco Araceli. 20. Iulij. 1519. Frater Franciscus Lichetus de Brixia, Generalis Minister totius Ordinis Sancti Francisci, manu propria subscripsi, & sigillo maiori officij mei corroborauit.

¶ Notandum est etiam, quod adhuc pro foro exteriori vi Collector. dentur reualidata nostra Priuilegia, prout determinauit quidam iuris Doctor insignis, super hoc consultus, & plenè informatus. Et hoc virtute cuiusdam Breuis per eiusdem Leonem

C decimum concessi Fratribus Ordinis Prædicatorum: post præfatum Concilium, vbi fecit eis amplissimam communicationem omnium Priuilegiorum concessorum, & concedendorum alijs Fratribus Mendicantibus; & Motu proprio illa de novo concessit, cum magnis non obstantijs, prout sequuntur. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis suspensibibus, reuocationibus, & restrictionibus, siue constitutionibus, ordinationibus, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus, &c. B. fffo. 69.conce.219.

¶ Circa quas derogationes est aduertendum, & notandum, quod cum secundum iura, verba posita in litteris Apostolicis debeant aliquid operari, sequitur, quod per præfata verba est derogatum Concilio Lateranensi, quoad ea quæ tangunt reuocationem Priuilegiorum dictorum Fratrum. Alter

E ter enim nihil pœnitus operarentur dicta verba. Vide etiam ad idem, in principio summarij Bullæ Aureæ. fffo. 135. Ad hoc etiam facit, quod infra ponitur in dictione, Interdictum, in fine. Et in dictione Priuilegia, in quæstionibus propè finem positis.

¶ Insuper, ad ampliorem certitudinem præmissæ reualidationis, confert Cōfirmatio, & noua Concessio Priuilegiorum. per Clementem. 7. nuper facta cum derogatione quoru-

cunque reuocationum, aut cassationum, in quibusuis litteris Apostolicis contentarum, prout in dictione Communicatio Priuilegiorum. s. 19 positum est. A

ANNOTATIO CORDVBAE.

Q VÒ AD 6.7. circa ea quæ ibi Collector notat, vide ea quæ habentur notata infra tit. Priuilegia, s. 15. & s. 32. &c.

CONCORDIA. B

Exiure cōi

Sepultura.

BONIFACIUS 8. statuit, quòd pactum cum Rectore Parochialis Ecclesiaz, sic factum à Monachis, seu Fratribus, ne aliquos, vel certos ipsius Ecclesiaz Parochianos recipient ad Ecclesiasticam sepulturā, omnino seruare debeant; quamquam sepultura libera in Monasterijs huiusmodi, ab Apostolica Sede indulta sit, & illi apud Monachos, seu Fratres elegerint sepeliri; cùm per dictū pactum, Indulto huiusmodi derogetur. Habetur in iure communi. c. pactum. lib. 6. C

IDEM Bonifacius statuit, compositiones, & facta cum Prälatis, Capitulis, Rectoribus, & personis Ecclesiarum, Ciuitatum, Castrorum, vel Villarum, & locorum, in quibus domus, seu habitationes eorum existunt; super iuribus Parochialibus, vel alijs quibuscunq; articulis, à Prioribus Conuentualibus, seu Guardianis Fratrum Prædicatorum, & Minorum, aliorumq; Mendicantium facta, vel approbata, de suorum Conuentuum consilio, & assensu (dum tamen alijs sint licita, & honesta) debere ab ipsis Fratribus, in locis, in quibus fuerint facta, inuiolabiliter obseruare; non obstante, q; Magistri, vel Ministri, aut Prioris Generalium, seu Prouincialium prædictorum non interuenerit in eisdem assensu. Nec ab ipsorum Generalibus, vel Prouincialibus Capitulis extiterint approbata, seu quòd Sedes Apostolica, in his, quæ per prædictos Fratres facta fuerint, auctoritatem suam non præstiterit, vel assensum. Habetur hoc in. c. Quia ex eo. de pais. lib. 6. E

LEo 10. fecit concordiam nouissimam inter Fratres Minores Obseruantes, & Conuentuales eiusdem Ordinis, in Capitulo Generalissimo, in Vrbe Roma celebrato, quādā strictē

A strictè præcepit obseruari, dando super hoc Conseruatores, omnes Ecclesiarum Prælatos, cum magnis clausulis, & non obstantijs fortissimis. B. ffo. 32. concess. 114.

¶ IDEM Leo præcepit cunctis Ecclesiarum Prælatis, ut cōpellant Fratres Minores Conuentuales, ad seruandum Bullā dictæ Concordiæ ultimæ, quoties à Fratribus regularis Obseruantia fuerint requisiti. Super quo ponit grauissimas Cēsuras, & pœnas, tam Prælatis Ecclesiarū, quam Fratribus Cōuentualibus. B. ffo. 39. concess. 127.

B ¶ Aduerte, quod contenta in huiusmodi Concordia, quia sunt multa, & varia, ponuntur sparsim in varijs dictionibus, iuxta materias, quibus pertinent, & ideò hic nō ponitur aliquid in particulari de ipsa Cōcordia. Ponuntur autem complura ex ibidem contentis, in dictione, Conuentuales Fratres, in multis. §.

C ¶ De alijs Concordijs, & Conuentionibus antiquis, inter præfatos Fratres, diuersis temporibus, à dñiis Pontificibus factis, nullam hic facimus mentionem, quia iam nullius sunt momenti. Aliquis tamen videtur dubium, vtrum pœnæ circa receptionem Fratrum nostrorum à Cōuentualibus, & econtra, maneant, quia sunt formidabiles. Sed circa reformationem Conuentuum, benè videtur quod non maneant.

D ¶ Reliqua circa materiam Concordiæ, vide infra in dictio- ne, Conuentiones, & in dictione Paæta, quia sub ijs nominibus loquuntur Concessiones, quæ ad hunc propositum attinent.

A N N O T A T I O C O R D V B A E.

Q V ò A.D. §. 3. & 4. Notandū, quod Leo 10. statuit sub cen- suris, quod nulli Fratres nostri Ordinis Obseruantes, seu Cō- uentuale, squali, appellebant bulliam, &c. vel alio no- mine irrisorio, seu irrisoriæ, vt babetur in Cōpendio tit. obseruantes. §. 7. &c.

E C O N F E S S I O N E S , E T C O N F E S S O R E S .

¶ Distinctio materiae Confessionum, & Confessorum.



T TENDAT prudens lector, quod circa materiam Confessionum, & Fratrum Confessorū, reperiuntur complura, & diuersa in Priuilegijs Fratru M̄norum, & aliorum mendicantiū, quæ in duas par- tes

tes principales diuidi possunt. Nam quædam pertinent præcisè ad personas prædictorum Fratrum; & alia tangunt personas secularium. ¶ Et primò illa, quæ spectant præcisè ad personas Fratrum, sub diuiduntur. Quædam enim concernunt personas, quibus præfati Fratres possunt, & debent cōfiteri ordinariè. Et hæc habentur supra in dictione, Absolutio ordinaria quò ad Fratres, in omnibus. Et hic infra. §. 1. & 5. & 7. Alia respiciunt eorumdem Fratrum Confessiones, & Absolutiones extraordinarias, quæ, scilicet, solùm in aliquibus Festiuitatibus, & nonnullis alijs diebus fieri possunt. Et ista continentur supra, in dictione, Absolutio quòad Fratres extraordinaria.

¶ Secundò, illa quæ tangunt personas secularium, etiā sub distinguntur. Quædam namq; istorum attinent ad institutionem Fratrum, qui Confessiones secularium audire debent. Hec autem ponuntur infra. §. 4. & 6. Et supra in dictione, Absolutio quòad seculares primò, habentur aliqua, quæ ad prefatam institutionem pertinēt in. §. 6. & in sequentibus usq; ad. §. 12. & in 17. ac. 19. Alia autem pertinet ad huiusmodi Fratrum Confessorum præsentationem, Episcopis, seu Ordinarijs faciendam; & ad auctoritatem, quam sic instituti, & præsentati habent ad absoluendum, etiam à casibus reseruatis. Et de ijs habetur latè supra, in dictione, Absolutio quòad seculares. 1. & 2. in multis. §. imò ferè in omnibus. Ac similiter habetur circa hoc, infra. §. 2. ¶ Nonnulla insuper attinent ad huiusmodi Fratres Confessores, existentes in terris infidelium, prout ponitur infra. §. 9. & 10.

¹
Prohibitio
pro Fratri
bus Mend.

CLEMENS Quartus inhibuit vniuersis Ecclesiarū Prælatis, & alijs quibuscūq;, ne confessiones Fratrum Mi- præsumant, eorū Prælatis inuitis, audire. B. fo. 58. Et ffo. 142. concess. 338. Et idem habetur quòad Carmelitas. B. ffo. 186. concessio. 475. Et quò ad Fratres Prædicatores. B. ffo. 238. concessione 563.

²
Ex iure co-
muni.

BONIFACIUS octauus, & Clemens 5. circa Fratres Cōfessores, fecerunt sequentem Cōstitutionem. Statuimus, & ordinamus, ut in singulis Ciuitatibus, & Diœcesibus, in quibus loca Fratrum Prædicatorum, & Minorum consistere dignoscuntur; vel in Ciuitatibus, & Diœcesum locis, ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur: Magistri, Priors, Prouinciales Prædicatorum, aut eorum Vicarij, &

Gene-

A

B

C

D

E

- A Generales, & Prouinciales Ministri, & Custodes Minorum Ordinum prædictorum, ad præsentiam Prælatorum Ecclesiæ eorundem locorum se conferant, per se, vel Fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint; humiliter petituri, vt Fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorum Ciuitatibus, & Dicæcibus, confessiones subditorum suorum, confiteri sibi volentium, audire liberè valeant, & huiusmodi confitentibus (prout secundum Deum expedire cognouerint) pœnitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium Absolutionis impendere, de licentia, gratia, & beneplacito eorundem. Ac deinde præfati Magistri, Priors, Prouinciales, & Ministri Ordinum prædictorum, eligere studeat personas sufficietes, idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atq; peritas ad tam salubre ministerium, & officium exequendum. Quas sic ab ipsis electas, representent, vel faciant representari Prælati, vt de eorum licentia, gratia, & beneplacito, in Ciuitatibus, & Dicæcibus eorūdem, huiusmodi personæ sic electæ, confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant pœnitentias salutares, & beneficium absolutionis impendat, prout superius est expressum: extra Ciuitates, & Dicæces, in quibus fuerint deputati (per quas eos volumus, & non per Prouincias deputari) confessiones nullatenus audituri. Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum esse debet, prout vniuersitas Cleri, & Populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorundem. Et si ijde Prælati petitam licentiam confessionum huiusmodi audiendarum cōcesserint, illam, præfati Magistri, & Ministri, & alij cum gratiarum recipient actione. Dictæq; personæ sic electæ commissum sibi officium exequantur. Quod si fortè iam dicti Prælati, quemquam ex dictis Fratribus præsentatis eisdem, ad huiusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum, eo amoto, vel subtracto, loco ipsius, similiter eisdem præsentandis Prælati, possit, & debeat aliis subrogari. Si verò ijdem Prælati, præfatis Fratribus ad confessiones (vt præmittitur) audiendas electis, huiusmodi exhibere licetia recusauerit, Nos ex nunc, ipsis, vt confessiones sibi confiteri volentium liberè, licetèq; audire valeant, & eisdem pœnitentias imponere salutares, atq; eisdem beneficium absolutionis impartiri, gratiosè cōcedimus, de plenitudine Apostolicæ potestatis. Per huiusmodi autem Concessionē, nequaquam

quam intendimus, personis, seu Fratribus ipsiis, ad id taliter A
deputatis, potestatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo, Curatis, vel Parochialibus Sacerdotibus est à iure con-
cessa, nisi forsitan eis Ecclesiarum Prælati, vberiorem in hac
parte gratiam specialem ducerent faciendā. Habetur in Cle-
mentina, Dudum. de sepulturis.

B E N D I C T V S 11. statuit, seu concessit sequentia cir-
ca confessiones, scilicet, quod Fideles confessi Fratribus
Prædicatoribus, & Minoribus, non teneantur eadem pecca- B
ta proprijs Sacerdotibus confiteri. Et quod Sacerdotes ipsi,
taliter confessi, & absoluti, astricti sint, ministrare Eucha-
ristiæ, & extremæunctionis sacramenta. Et quod super con-
fessione facta Fratribus memoratis (cùm hic de confitentis
solius præjudicio, si falsum dicat, agatur) in iudicio anime,
seu penitentiali foro, stetur simplici verbo illius, qui sacra-
menta prædicta petit, & dicit dictis Fratribus se confessum.
Sed hoc, duobus casibus exceptis, scilicet, si Sacerdos afferat
illum esse excommunicatum, aut notoriè peccatorem. B.fo. C

126. Et ffo. 203. conc. 502.

C o l l e c t o r. ¶ Aduertendum est, quod secundum quosdā, prædicta Bul-
la Benedicti 11. quæ incipit. Inter cunctas, in nullo fuit reuocata per Clementinā, Dudum, de sepulturis; nisi quod ad pre-
sentationem Confessorum Episcopis faciendam, & declara-
tionem casuum Episcopis reseruatorum. Primum istorū, scilicet, præsentatio seruari debet, prout in prædicta Clemen-
tina continetur, aut saltem forma per Innocentiu 8. conce-
sa. Secundum vero, scilicet, casuum determinatio, manet in
suo vigore, propter reualidationem Sixti 4. suprapositam, in
dictione Absolutio, quodad seculares. 2. 5. 7.

Alijs tamen, & fortè melius videtur, quod in totum fuit re-
uocata, vt clare patet, per Clementinā, Dudum; & ideo quod
ad casus, fecit nouam Concessionem Sixtus.

S I X T U S 4. concessit Ordini Carmelitarum, vt Genera- E
lis perse, & Prouinciales, in suis Capitulis Prouinciali-
bus, cum Diffinitoribus ipsorum Capitulorum, possint, au-
toritate Apostolica, Fratribus eiusdem Ordinis Sacerdoti-
bus, in sacra pagina eruditis, examinatis, & approbatis ab
eis, officium Prædicationis committere. Necnon tam ipsis,
quam alijs Fratribus dicti Ordinis, ad id idoneis, audiendi
confessiones, & absoluendi confitententes, ac iniugendi eis
pœz

**Ex Priuile-
Carliarū
Institutio
Confesso-
rum.**

A pœnitentias salutares, similiter officium committere. B. fo. 101. Et ffo. 185. concess. 463. Simili modo continetur in Mari magno Augustiniensium. B. fo. 244. concess. 589.

B Nota, quod in Priuilegijs aliorum Fratrum Mendicantiū, Collector. non reperitur similis concessio, quodad institutionem Cōfessorum, vt credo. Et ideò, virtute communicationis Priuilegiorum, solummodò poterunt Ministri prouinciales Fratrū Mino. & Piores prouinciales Fratrum Prædicatorū, in suis

B Capitulis prouincialibus, committere Fratribus suis officia prædicandi, & confessiones audiendi, nisi aliud Priuilegium habeant.

C Verum est tamen, quod de iure communi, Prouinciales possunt instituere Cōfessores, per Clementinam, Dudū. Quod autem non faciant nisi in Capitulis Prouincialibus, hoc est, propter prohibitionem Statutorum suorum.

C IDEM Sixtus fecit quandam concessionem pro Fratribus itinerantibus, vt possint cōfiteri quibuslibet Sacerdotibus, etiam secularibus, de licentia suorum Prælatorum, prout habetur supra in dictione, Absolutio ordinaria quodad Fra
tres in. §. 35.

D INNOCENTIVS 8. statuit, sub granibus Censuris, & pœnis, ne quisquam Fratum Min. Obseruatiæ, sine suorum Superiorum licentia, ac deputatione, & institutione, officiū Confessoris Monialiū, vel Sororum Tertij Ordinis, aut aliarum quarumlibet consimilium, seu temporalium dominorū, & aliarum personarum secularium, & regularium vtriusq; se-
xus assumere, & exercere præsumat, & si ad id Apostolica au-
toritate deputarentur. B. ffo. 157. conc. 375.

E IDEM Innocentius statuit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, quæcunq; persona Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, Congregationis regularis Obseruantiaæ, Prouincie Hispaniæ, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, prætextu Bullæ Cruciatæ, aut cuiusvis alterius facultatis, eis, & cūilibet earum, per Sedem Apostolicam, seu eius Legatos, sub quibusvis verborum formis cōcessę, & quæ forsan concedi contigerit in futurum, alium quam Priorem, vel Superiorem suum, aut aliquem ab eodem Priore, vel Superiore, ex eis deputatis, pro tempore, Confessoribus, in suum Confessorem eligere nequeant. b. ffo. 264. concess. 683.

F Aduerte, quod huiusmodi Concessio, est iam communica-

Prohibitio
pro Fratri-
bus subdi-
tis.

7
Pro Augu-
stiniensib.

cata

Collector 8 cata toti Ordini per Iulium. Vide supra, in dictione, Cōmu-
nicatio Priuilegiorum. §. 22. **A**

De Tertia- 8 **A**LEXANDER 6. concessit Generali, & Prouincialibus,
rijs. locis, in quibus Fratres Conuentuales, vel de Obseruantia
Sacramē- dicti Ordinis commodè haberi non possunt; Fratribus, & So-
ta. roribus Tertij Ordinis, vbiq; vltra montes commorāti-
bus (de consilio aliquorum Fratrum) Confessores prerbyte-
ros seculares, vel aliorum Ordinum regulares, honestos, de-
putare valeant; quibus confiteri, & ab eis quæcunq; ecclesia-
sticæ sacramenta recipere possint. **B**. fo. 29 Et ffo. 1 23. cōc. 269. **B**

Collector. ¶ Epilogatio materia Confessionum Fratrum Mi. est ista,
Resolutio quòd huiusmodi Fratres non possunt confiteri, nisi luis Præ-
latis, vel alijs Fratribus eiusdem Ordinis, de eorundem Præ-
latorum licentia, etiam si habeant aliqui licentiam genera-
lem audiendi confessiones. Sed dum itinerant, & non habent
socium Confessorem, possunt confiteri Fratri alterius Ordini-
nis, seu clericu seculari, habita licentia Prælatorū, aut pre-
sumpta rationabiliter; ita quòd non fiat in fraudem, & dicat
postea Prælato suo. **C**

Pro Conf- ¶ Aduerte, quòd in fauorem Confessorum simplicium, ha-
fess. simpli- betur quædam notabilis Cōcessio supra, in dictione Absolu-
cibus. tio ordinaria quòd ad Fratres. §. 28.

¶ Sequuntur aliqua spectantia ad Fratres confessores: in
terris infidelium existentes.

Excoicat. 9 **G**REGORIUS 9. cōcessit Fratribus Mi. euntibus ad par-
Absolutio. ges infidelium, seu ibidem existentibus, vt in terris illis,
sit eis licitum communicare cum excommunicatis, in ijs que
ad salutem animarum pertinent. Quibus etiam, dūmodò sint
latini, & Apostolica Sedi obediāt, Fratres prædicti, qui fue-
rint presbyteri valeant (congrua satisfactione præmissa) se-
cundūm formam Ecclesiæ, abolutionis beneficium imparti-
ri. b. fo. 20. Et ffo. 22. conc. 3. **D**

Absolutio. 10 ¶ IDEM Gregorius concessit prædictis Fratribus, ad ter-
ras infidelium proficiscentibus, vt eos, qui per apostasiā, aut
scisma, vel hæresim à fide recesserunt, & inter Saracenos habi-
tant, possint absoluere, ac reconciliare per gratiam pœni-
tentia salutaris, si ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ volue-
rint redire. b. fo. 20. Et ffo. 22. conc. 4. **E**

Collector. ¶ Circa præfatas Concessiones videtur dubium, vtrum
fue-

A fuerint temporales, vel perpetuae.

ANNOTATIO CORDVBAE.

B **Q** VÒ A.D. §. 4. Notandum, quòd per hoc Priuilegium Sixti 4. quod ibi ponitur, non eximuntur Fratres à præsentatione fa- cienda Ordinarijs, ut patet in eorum Mari magno, in lib. Or- dinis, in 2. tract. de qua præsentatione agitur in Compendio tit. Præsen- tatio Confessorum, ibi videatur, &c.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Q VANTVM ad Confessores, & Confessionum audientiam, sunt notanda aliqua, quæ hodie propter cap. 15 sess. 23. Co- cilij Tridentini, & alia Decreta obseruari debent.

Cōc. Trid.
declaratio

Prout ha-
beatur i Ca-
techesi Ne-
apolitana.

C Primo, enim dicit. Omnes Sacerdotes in sua ordinatione ac- cipere potestatem a soluendi a peccatis, quia in habitu potestatē ligandi, & soluendi, non autem in actu recipiunt; nam deest eis materia, in quam exercere possint talēm potestatē. Cum vero approbantur ab Or- dinario consequuntur potestatē iurisdictionis, aut saltem, si non acqui- rant nouam iurisdictionem, acquirunt materiam subiectam, secundum Medinam, quia Plebs eis subiicitur, secundum quod Superioribus pla- cuerit; & ita sentiunt omnes, tam Theologi, quā Canonistæ; est enim fo- rū pænitentiale, iudicium quoddam spirituale inter pænitentem, & Deū.

D Secundo, Decernit, Nullum Sacerdotem, tam secularem, quam re- gularē posse alicuius pænitentis, siue laici, siue Sacerdotis confessiones audire, nec ad id idoneum reputari, nisi haberit Ecclesiam Parochia- lem, aut per examen, seu alias idoneus ab Episcopo iudicetur, & appro- bationē in scriptis, quæ gratis detur obtineat; non obstantibus Priuileiis etc.

Scire debes quantum ad laicos, quod omnes Rectores animarum, an- te Concilium poterant omnes, & quo sumpq; simplices Sacerdotes (non interdictos tamen) etiam Regulares admittere, ad audientiam confessio-

E num. siue tamen Parochiæ per cap. omnis utriusq; sex. De pænit. & re- miss. & quamvis gloss. huius Decretalis, & gloss. Clem. 1. de Priuileg. & nonnulli alijs Iuristæ senserint, Parochianos licentiatos a suo Parocco, non potuisse confiteri, nisi habenti curam animarum, tamen Theologi, cū praxi in usu recepta, opositum semper afferuerunt. Nam alias sequere- tur, quod Episcopi, qui habent a iure licentia, nt possint eligere sibi con- fessarium, non possent eligere quemcunq; simplicem Sacerdotem. Item sequeretur, quod nec concessio Episcopi, alicui subditio facta de eligendo

In cap. ne
pro dilat.
de pænit.
lib. 6.

con-

confessarium, & gratia facta à Papa per Bullas cuiuscunq; accipienti, A
vt possit eligere confessarium quem voluerit, foret valida, quæ omnia
sunt absurdæ.

Hodie tamen (est nouū ac singulare) ridens Sancta Synodus Tri-
dentina, quod Parochi plurimi, suæ conscientiae prodigi, ad audientiam
confessionum animarum, & ouium sibi commissarum, multos ignaros ad-
mittebant, Idcirco tēperauit cap. omnis virisq; de penit. & decreuit,
Neminem Parochorum, posse quempiam ad audientiam confessionis sua-
rum animarum eligere posse; nisi talis Sacerdos, siue secularis fuerit ab B
Ordinario approbatus, nemp; aut per Collationem Ecclesiæ Parochialis,
aut alias per examen idoneus indicetur.

Et quidem hodie unus Parochus, non potest confessiones Parochiano-
rū, alterius Parochie audire; nisi aut ab ipso met Parochio proprio, aut
ab Episcopo licentiam obtinuerit, alias absolutio nihil valet.

Alij vero simplices Sacerdotes, siue Seculares siue Regulares ab Epi-
scopo duntaxat approbati, possunt indifferenter ad se confuentes pénitē-
tes, subiectos tamen illi Episcopo (hoc est quantū ad Confessores secula- C
res, secus de Regularibus, qui etiam non subditos possunt absoluere, vt di-
xi supra in verbo Absolutio) sine alia licentia Parochorum absoluere;
nisi aliud Episcopo ordinare visum fuerit.

Secundo, Notandum, quod omnes Religiosi præsumentes absoluere
excommunicatos à Canone, nisi in casibus à iure expressis, aut gratia Se-
dis Apostolicæ concessis, vel excommunicatos à sententijs per Statuta
Prouincialia, vel Synodalia, sunt ipso facto excommunicati, & abso-
luto referuatur Papæ, vt habetur in Clement. de Priuileg. cap. Religiosi D

Presbyte-
ri in hæc
non incur-
runt.

C. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 54. declarat, & Caiet. in Sumula tit. ex-
communicatio. cap. 64. Et aduerte, quod si Presbyteri seculares absolu-
erent à prædictis excommunicationibus præter eas quæ continentur in
Bulla Cœnæ Domini, non essent excommunicati, quia in dicta Clement.
non comprehenduntur (vt ibi aiunt Doctores) nisi ipsi Religiosi, siue Re-
gulares. Veruntamen Absolutio esset nulla, & ipsi peccarent mortaliter,
& tenerentur penitenti hoc notum facere. At verò, si Presbyte-
ri seculares absoluere præsumerent de facto à casibus Bullæ Cœnæ Domi-

ni, incidenter etiam ipsi in excommunicationem: Religiosi tamen, absolu-
entes ab excommunicatione lata ab homine, non incurrint in excom-
municationem, sed peccant mortaliter tantum.

Tertiò, Cauere debent Confessores, ne quempiam absoluant à pecca-
to, & postea ab excōicatione; imò semper ad cautelam debet præcedere
Absolutio ab excōicatione minori, & ab alia, si & in quātum possunt. pro
quo vide Doctores in locis suis, & præcipue Nauar. in Sum. c. 9. nu. 3.

Et

A Et caueant etiā ne in absolutionibus dicant Absoluo te à peccatis contritis, &c. Quia cum sēpē de attrito quis fiat contritus virtute clavium, contingere p̄nitentem remitti in absolutum si diceretur Absoluo te à contritis, ut ait Medina, & alij Doctores, qui reprehendunt hanc particularum, ut rādē periculosa.

B Quarto, Aduertant Confessores, quod quamvis aliquādo, nonnulli facultates habeant à Papa, ut semel in vita, & semel in articulo mortis relant ab omnibus casibus absolui, etiam Sedi Apostolicā reseruatis, non tamen poterūt earum rigore à casibus contentis in Bulla Cœnæ absolui, nisi de ea specialis, & expressa mentio habeatur, q̄rariissimæ facere consuevit Papa, nisi in Iubileis sollemnibus: per Indulgentias autem septēnes, aut huiusmodi, sēpē dari solitas, nunquam ferè à casibus reseruatis Absolutio concedi solet, quia in re plurimi labuntur.

C Quinto, Aduertant præterea, q̄ per Iubilea quæcunq; nunquā aliquis consequitur auctoritatem, ut possit dispensari super aliqua quomocunq; contratta irregularitate. Et ratio est, quia Bulla Iubilei, concedit auctoritatem tantummodo super censuris; Irregularitas autem nō dicitur censura: Neq; si habeat clausulam dispensandi in quibuslibet rotis, & absoluendi à quibuslibet censuris, & fœnis, nisi fiat de ea expressa mentio: Concordat Nauar. & Stylus Romanae Curie cum communi doctrina.

D Sexto, Sciant, quod si quando ex concessa sibi facultate, aliquē ab excōmunicatione absolverūt, aut super irregularitate contracta secum dispensauerint, debeant eum admonere, nē propter hoc retineat officiū, aut beneficium, si ipsi excōmunicationi, annexa sit pena priuationis ipso facto, aut etiam inhabilitationis; quia bodie pluribus censuris superadditur prædicta pena. Quo circa, ei opus erit Apostolica dispensatione super tali rehabilitatione; imo, nec ipsi Superiores Regularium poterunt tales inhabilitatos à Papa, vigore suorum Priuilegiorum rehabilitare, etiā in foro conscientiae, quia per potestatem dispensandi, nō consequitur quis auctoritatē rehabilitandi, cum sint actus differentes, ut tenet Nauar. & Felin. Bene verum est, quod nunc aliquibus Religionibus, hoc est concessum, ut nouissimè à Greg. 14. Ministris infirmorū, & per consequens, eo gaudient Priuilegio omnes Mendicantes, & participantes: de quo dixi supra in verbo Absolutio ordinaria quoad fratres.

Ex Priuilegijs Societatis I E S V,

S Ciendum, quod Confessores Ordinis, debitiè expositi ad audiendas seculiarum confessiones, licet nullo litterarū gradu sint insigniti, Posse sunt aperire litteras sacrae P̄nitentiarie, Magistris in Theologia, vel in Iure Canonico Doctoribus, destinatas; & auditis confessionibus ad eos

Cōtra hoc plurimi de linquunt.

Med. tract.

2. de p̄n.

Gab. bie. i

4. d. 54. q.

2. art. 31.

Nauar. in

Man. c 26

nu. 15. & c

p̄gn. d. 6. c.

1. nu. 27. &

31.

Hic ruunt infiniti.

Nauar. in

Man. c. 27.

nu. 254.

Fel. i cap.

vlt. de. off.

Iud. ord.

Ministro.

rum infir-

morū pri-

leg.

recurrentium, impositaq; pænitentia in litteris expressa, vel de iure imponenda, ac in foro conscientiae, quascunque, sive verbo, vel scripto, Missas absolutiones, Dispensationes, & pænitentiarum iniunctiones excipere, & exequi: Ita concessit Greg. 13. Societati Iesu. ut habetur in eius Compendio Priuileg. verbo Confess. §.3.

¶ CONFIRMATIO PRAELATORVM.

I
Generalis
Minister.



LEMENS 4. statuit, quod generales Ministri Fratrum Mi. statim, postquam electi fuerint, secundum Regulam, & Constitutiones Ordinis, eo ipso veri Ministri generales eiusdem Ordinis sint effetti, hoc est, quod pro confirmatis habeantur. B. fol. 56. Et fflo. 139. concess. 307.

Collector. ¶ Circa confirmationem Vicariorum, tam Generalium, quam Provincialium, fuerunt nonnulla ordinata per aliquos Summos Pontifices, quae, quia iam nobis non deseruiunt, omisfa sunt. Attamen Conuentualibus videtur, quod possent deseruire.

2
Minister
Prouinc.

CLEMENS 5. in declaratione Regulæ Fratrum Min. statuit, quod confirmatio electionis Ministri Provincialis prædictorum Fratrum, pertineat ad Ministrum generalem, prout habetur latius infra in dictione. Electio. §.7.

3
Magister
generalis.
Nota, quod
ista confir
mationes
nunquam
fuerunt in
uso.

LEo 10. statuit, quod generales Magistri Fratrum Min. Conuentualium, teneantur petere confirmationem à Ministro generali eiusdem totius Ordinis, quemadmodum Vicarij generales olim de Familia, vel de Obseruantia petere tenebatur antea à Ministro generali Conuentualium. B. fflo. 32. concess. 105.

¶ IDEM Leo statuit, quod Magistri Pouinciales prædicti Ordinis in singulis Prouincijs petere confirmationem à Ministris Prouincialibus Regularis Obseruantiae: eo modo, quo Vicarij Prouinciales, olim de familia nuncupati, antea petere tenebantur à Ministris Conuentual. B. fflo. 32. couc. 106.

4

Collector.



IRCA consecrationem Altarium, quid concessum sit à Sede Apostolica, dictum est supra, in dictione, Altare. Et similiter ea quae pertinent ad consecrationem Ecclesiarum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum, ha-

ben-

CONSECRARE RES ECCLESIASTICAS.



IRCA consecrationem Altarium, quid concessum sit à Sede Apostolica, dictum est supra, in dictione, Altare. Et similiter ea quae pertinent ad consecrationem Ecclesiarum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum, ha-

ben-

A bentur supra in dictione, Benedicere, quia commixtim cum attinentibus ad benedictionem concessa sunt, ideo require ibi. §. 3. ac. 5. & 6. & 13. & 14. ac. 15. Vide etiam in dictione, Ecclesiæ Fratrum. §. 6.

CONSERVATORES ORDINIS.

SIXTUS 4. mandauit quibuslibet in dignitate ecclesiastica constitutis, & Metropolitanæ, vel alterius

B Cathedralis Ecclesiæ Canonicis, per vniuersum ordinem, qui per Guardianos, & Fratres Ordinis Mi. seu Sindicos Romanæ Ecclesiæ, prædicto Ordini deputatos, requisiti fuerint, quatenus per se; vel alium, seu alios, vbi, & quando opus fuerit, solemniter publicent eorum Priuilegia, & eisdem, ac illorū domibus, & professoribus efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant eos pacifica possessione Priuilegiorum, & Concessionum huiusmodi gaudere, non permittentes per quoscunq; indebitè molestari, &c. B. fo. 67. Et ff. 145.

C concess. 356. vbi ad longum ponitur potestas Cōseruatorum, & modus, quem obseruare debent. Et similiter habetur quod ad Fratres Carmelitas. fo. 189. concess. 484. Et quod ad Prædicatores. fo. 242. concess. 588. Et quod ad Augustinienses. fo. 251. concess. 640.

D **I**VLIVS 2. statuit, vt quæcūq; persona, seu personæ, alias de iure capaces, pro parte Fratrum Mi. requisitæ, nisi legitimo impedimento detentæ fuerint, iurisdictionem, & cōseruationem corundem Fratrum, vigore Priuilegiorum suorum, sub excommunicationis poena suscipere teneantur. B. fo. 43. Et ff. 126. concess. 280.

E **V**irtute huius concessionis Iulij, & alterius antepositæ, Collector. Sixti, iam Fratres nō sunt astricti ad certos, & determinatos Conseruatores; sicut olim, quando quælibet natio, seu Provincia habebat per Bullam particularē, duos, vel tres Cōseruatores determinatos, sub nomine dignitatis. Ita quod ille prouisiones possunt hodie läcerari, & comburi tanquam superflue, ex quo per præfatas Cōcessiones Sixti, & Iulij possunt illos Conseruatores, seu quoslibet alios assumere. Et id est de Conseruatoribus particularibus, quos aliqui Fratres minus docti procurant sœpe pro negotijs superuenientibus, quia, scilicet, est superflua huiusmodi procuratio, cum Cōseruatoria Maris magni sit perpetua, & vniuersalis.

Vide in
Cōc. Trid.
fess. 14.c. 5

Priuilegia
Pro oibus
Fratribus
Mendic.

2
Excoicat.

Nota.

³ **L**e 10. in Concilio Lateranensi statuit, ut Conseruato- A
 Cœciliū. **L**ores Fratrum, pro tempore, à Sede Apostolica deputan-
 Restrictio. di, doctrina. & probitate sint præstantes, & in ecclesiastica
 dignitate constituti esse debeant. Et voluit, ut coram eis per
 eisdem Fratres, quibus dati fuerint, ultra duas dietas, à lo-
 co suæ solita habitationis, nullus trahi possit, Priuilegijs su-
 per hoc aliás eis concessis, nullatenus suffragantibus. B. ffo.
 26. concess. 83.

⁴ **¶** **I**DE M Leo habita informatione, quod in aliquibus par- B
 Confessio. tibus multa grauamina inferebātur Fratribus Mendicanti-
 bus, ab ecclesiasticis personis, specialiter asserendo, q̄ con-
 fessi Fratribus debitè præsentatis, tenebātur iterum eadem
 peccata confiteri suis Curatīs, & quod Sacraenta Euchari-
 Sacramē- stia, & Extremæ uunctionis non poterāt à Fratribus ministra-
 tis. ri illis, quibus, sine causa, dicti Curati recusabant huiusmo-
 di sacramenta administrare, ac quod Christi fideles audien-
 Missas. tes Missas diebus Dominicis, & Festiuis in Ecclesijs Fratrū, C
 non satisfaciebant præcepto Ecclesiæ, & alia multa consimi-
 lia, dedit Conseruatores omnes Ecclesiarū Prælatos, districte
 eis præcipiendo, vt quandocunq; requisiti fuerint à Fratri-
 bus prædictis, non permittat eos molestari, aut grauari; sed
 contra tales molestatores procedant per Censuras ecclesia-
 sticas, & alia iuris remedia. B. ffo. 47. concess. 142.

CAPVCCINI ANNOTATIO. D

Cōc. Trid. **P**ro huiusmodi Conseruatorū materia videatur dispositio Cōc. Trid. sess. 14. c. 5. de reformatione, à qua cum sine dubio ex- cludātur Regulares, (vt in fine illius c. 5. habetur & infra in fine dicemus) remanere in suo robore Priuilegia Mēdicantium pro hoc impetrata, clarissimè liquet. Ac proinde videnda est Cōcessio pro hoc sa- Etia à Pio V. Ordini Prædicatorum anno 1571. vt in Const. 140. Ad hoc nos Deus, &c. quæ licet postea à Greg. 13. fuerit reducta ad dispo- sitionem Iuris communis, & sacri Conc. Trid. remanet tamen, quod ad hoc in situ rigore, cum Conc. non contradicat. E

Et idē Greg. 13. omnibus Regularibus concessit, vt in Ciuitatibus Ita- lia sibi Conseruatores eligerent, coram quibus conuenirentur, semelq; elec̄tos non mutarent, evrundemq; nomina, intra mensem, Ep̄is locorum ordinarijs indicarent, Alioquin, coram ipsis Ordinarijs conueniri possint. Ita habetur in declarat. Sac. Cong. Card. supra Conc. in sess. 7. cap. 14.

sed

A Sed notandum, quod per Conseruatores consuevit Romana Curia, Religiosis, & alijs personis miserabilibus prouidere, circa quorum defensione, interdum Iudicices ordinarij inueniuntur negligentes, imo, & ipsos frequentius infestantes.

Sunt autem Conseruatores Indices dati ad defendendum aliquos a manifestis iniurijs sibi competentibus, & secundum gl. in cap. 1. de off. deleg. in v. i. Interdum dantur contra infringentes Priuilegia concessa aliquibus personis ex beneficio Sedi Apostolice, & isti dicuntur propriè Conseruatores. Aliquando datur, ut defendant aliquos contrainjurias, & offensas illatas, & isti dicuntur propriè Defensores, & de ipsis duobus propriè intelliguntur Iura loquentia de conseruatoribus in d. c. 1. & fin. de off. deleg. Aliquando dantur generaliter cum amplissima, & maiori potestate, quam iura loquuntur, sed que in scriptis, vel Priuilegijs continetur, quæ sunt diligenter inspicienda, & seruanda: quia Conseruatores secundum Priuilegia, multa possunt, quæ nō possunt. Conseruatores secundum iura allegata; P. a. n. potest illa remouere, ex plenitudine patefatis sue, sunt enim mere positiua, & quamvis Conseruator sit delegatus, (quod probatur ex eo, quia

materia eius ponitur in tit. de off. deleg. ut probat bona gl. in d. cap. 1. In verbo Conseruatores) sunt tamen multæ differentiae, ut probat Ioannes Andreas in dicto cap. fin. ex ipso textu, quas ibi vide.

Itē Conseruator secundū iura, ut habetur in dicto c. fin. non potest esse, nisi, qui dignitatē, aut personatum habeat in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, puta, Episcopus, Abbas, Archipresbyter, & similes: & quamvis secundū iura videatur, quod Canonici Cathedralium Ecclesiarū, & officiales, ac Vicarij ipsorū non possint esse Conseruatores, quia eget declaratio, ut probat gl. in Clem. 2. de rescrip. in verbo Delegatus; tamē per Priuileg. Iul. 2. & Clementis 7. Fratribus Minimis concessum, prefatae personæ, si eliguntur in Conseruatores per Fratres ipsos, esse possunt. Item Prior, siue Prælatus in Ordine Minororum, vel aliorum Ordinum potest esse Conseruator, ut probat Tabie. in verbo Conseruator. §. 2. & in verbo Dignitas, & non videtur dubium per dictum Priuilegium Clemētis septimi, quod, dirigit etiam Prioribus.

E Tamē Conseruator secundū iura, quamvis ex off. suo non possit se intromittere, nisi de manifestis iniurijs, & violentijs, ac de illis, quæ requirūt iudiciale idaginem, ut habetur in d. cap. 1. alias, per unum annum est suspensus ab officio, ut habetur in d. cap. fin. & consequenter a beneficio, quod est sequela ut ibi probat gloss.

Item Conseruator Fratrum secundum Priuilegia, pro defensione iuriū, & honorū ipsius Ordinis, potest se intromittere super quibusuis molestijs, iniurijs, atq; damnis praesentibus, & futuris, Mendicantium Ordinibus, a

Conseruatores quis dicantur.
Conseruatores genera tria sunt.

Conseruator secun dum Priuilegia plura potest q; secundum iura.

Conseruator est de legatus.
Io. Andr.

Conseruatores qui esse posse.

Iul. 2.
Cle. 7.

Conseruator secundū iura ex off. suo de quibus cognoscere possit.

Conseruator Fratru secundum Priu.

Clem. sæ-
pè d. verb.
tign.

quibusuis molestioribus illatis, in illis, videlicet, quæ iudiciale, requirunt
indaginem summari, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij: (quid
autem per ista verba importatur, vide Clem. sæpè de verb. sig.) in alijs re-
rō, prout qualitas eorum exegerit, quia omnia, sine quibus eius iurisdictio
non posset explicari, intelliguntur esse ei cōmissa ff de iur. omn. iud. l. I.

Conserua-
tor secun-
dum iura
non habet
potestatē
extra.

Conserua-
tor Fratrū
sīm Priuīl.

Conserua-
tor secun-
dū Priuīl.

Conserua-
tor sīm iu-
ra non pōt
alteri com
mittere vi-
ces suas.

Conserua-
tor Fratrū
sīm Priuīl.

Conserua-
tor sīm iu-
ra quantū
durat.

Conserua-
tor secun-
dum Priuīl.

Priuīl. Cle-
men. 7. cō-
cessum Mi-
nimis.

Nota.

Item Conseruator secundum iura, quāvis nōn permittatur extra Ciuitatem, aut Diocesim, in qua fuerit deputatus contra aliquem procedere, aut aliquem extra locum itinere vnius diei remotiorem protrahere, ut in d.c.f. habetur. S. Cōseruatores, tamen conseruator Fratrum habent B

poteſtatem (secundum Priuileg.) id posſe facere nam per dictum Fratrum, Priuileg. Clementis, conseruatores Fratrum habent potestatē etiam extra loca, in quibus fuerint deputati, procedēdi, & conceditur ei facultas citandi, & inhibendi, etiam per edictum ad se trahendo citatos, & monitos, non obstantibus Bonif. Papae 8. de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres dietas aliquis trahatur.

Item Cōseruator secundum iura, quāvis debet procedere per se ipsum, nec posset committere vices suas alijs (exceptis citationibus, & sententiārum denunciationibus) nisi aliter eis committeretur per litteras, & tunc non, nisi infra Ciuitatē, & Diocesim, in qua deputatus fuerit, hoc ei face-re licet, ut habetur in d.c. fin. S. vices quoq.: Tamen Conseruator Fratrū secundum Priuīl. poterit committere vices suas alijs, etiam si sint extra loca, in quibus deputatur Conseruator, ut patet in dicto Priuīl. Clementis. C

Officiū conseruatoris secundum iura, durat usq; ad obitum concedentis tanū, quād negotia non cōpta, ut habet, in d.c.f. S. officium, Tamē Cōseruatoris Fratrū secundum Priuīl. nunquam expirat, etiam per mortē con- D

cedentis: & hoc est iuri cōsonum, nam secundū gloss. ut patet ex c. cōplures de off. deleg. in 6. quando sunt plures Conseruatores deputati pro uno Prælato, vel Monast. seu Ecclesia, vel Relig. quād negotiū cōptum per vni illorū, perpetuatur iurisdictio in alijs, non obstante morte concedētis.

Clemens 7. in prædicto Priuileg. mandauit quibuslibet in dignitate Ecclesiastica cōstitutis, & Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Ecclesiae Canonicis, per vniuersum orbem ribiliter constitutis, inter alia. Ut per Fratres in Cōseruatores requisiti, possint si opus fuerit inuocare bra- E
chium seculare, & quoscunq; inobedientes, cuiuscunq; dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existint, per Censuras Ecclesiasticas, appellatio-ne postposita compellere. Vbi est sciendum, quod virtute huius Conces-sionis Clementis, & alterius antepesite Iulij 2. Iam Fratres nō sunt ho-die astrikti, ad certos, & determinatos Cōseruatores, sicut olim, ut audiui, quād quālibet natio, seu Provincia habebat per Bullam particularē, duos, vel tres Cōseruatores determinatos, sub nomine dignitatis, ita quod illæ

A illæ prouisiones nihil possunt bodie tanquam superflua; Ex quo per præfatas cōcessiones Iulij, & Clementis, possunt illos cōseruatores, seu quoslibet alios assumere ad beneplacitum. Et idem est de conseruatoribus particularibus, quos aliqui Fratres minus docti per eorum Provincias procurant, sœpè pro negotijs superuenientibus, quia est superflua huiusmodi procuratio, cum cōseruatoria Maris magni, & dictarum litterarum Iulij 2. & Clem. 7. sit perpetua, & vniuersalis, vt ibi appetat. Demum duo sunt valde notanda, alterum, quod conseruatores Minimorum sunt participes suffragiorū totius Ordinis, & possunt omnia quæ possunt cōseruatores aliorum Ordinum secundum Priuilegia illis concessa, & capitulariter electi gaudent Priuilegijs ipsius Ordinis. Alterum, quod ea quæ Sancta Synodus limitauit circa Iudices conseruatores, non comprehendunt personas Regularium locorum, quæ sumus nos, vt in finalibus verbis supradicti cap. 5. sess. 14. habetur.

Nota.

Seſſ. 14. de
Refor. c. 5.

B suffragiorū totius Ordinis, & possunt omnia quæ possunt cōseruatores aliorum Ordinum secundum Priuilegia illis concessa, & capitulariter electi gaudent Priuilegijs ipsius Ordinis. Alterum, quod ea quæ Sancta Synodus limitauit circa Iudices conseruatores, non comprehendunt personas Regularium locorum, quæ sumus nos, vt in finalibus verbis supradicti cap. 5. sess. 14. habetur.

C O N V E N I R I I N I V D I C I O .

C  **I**NNOCENTIVS 4. concessit, vt Fratres Mino. nequeant conueniri in iudicio, etiā per litteras Apostolicas, quæ de huiusmodi Indulto, & prædicto Ordoine mentionem non fecerint. B. fo. 26. & fflo. 109. concess. 235.

CLEMENS 4. cōcessit, & statuit, quod per litteras Apostolicæ Sedis, aut Legatorum, seu Delegatorum ipsius, conueniri à quoquam prædicti Fratres Mino. minimè valeat. B. fo. 57. Et fo. 140. conc. 321. Vide circa hoc infra. §. 4.

Legati.

IDEM Clemens concessit, quod Fratres Min. nec ratione delicti, aut contractus, seu rei, de qua contra ipsos Fratres ageretur, possint coram locorum Ordinarijs conueniri, nec illi, quodad hoc, suam in ipsos iurisdictionem exercere; decernens irritum, & inane quicquid secus factum, vel attenuatum fuerit. B. fo. 59. Et fflo. 142. conc. 342.

3

EIXTVS 4. statuit, ne locorum Diocesanij, aut alij Ordinarij, seu alij quicunq; in personas, aut loca Fratrū prædictorum, contra præfati Clemētis ordinationem supraposita, sibi quācunq; iurisdictionem, aut superioritatem vendicare presumat. Ac districte inhibuit, ne quispiam absq; Sedis Apostolice speciali cōmissione, aut auctoritate, in personas, domos, & loca dicti Ordinis (vt potè prorsus exēpta) aliquas Censuras, vel sententias specialiter, vel generaliter promul-

4

Diocesani

gare audeat, &c. B. fo. 60. Et ffo. 144. concess. 347.

Collector
Pro oībus
Mendic.

¶ De hoc habetur etiam latè in Mari magno Carmelitarū. A
ffo. 161. conc. 384. Et ffo. 187. conce. 479. Et in Mari magno
Prædicatorum. ffo. 239. conc. 570. Et in Mari magno Augusti
nienium. ffo. 248. conc. 620. Et in Mari magno Minimor.

ANNOTATIO CORDVBAE.

QUODAD hanc materiā, videantur etiam ea quæ in hoc Cöpendio habentur, tit. exemptio, tit. Priuilegia, & secundum suam
biectam materiam, quia multa alibi dicta faciunt ad hæc. B

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Pro Mini-
mis.

NOTANDVM, quod in Mari magno Fratrum Minimorum
habetur, non posse conueniri coram Ordinariis locorum à secul-
cularibus; Ac per Leonem 10. statutum fuit, ut nec à Fra-
tribus, nisi prius per ordinarios Prælatos Religiosos gradatim procedatur; C
imò omnes iudices Ecclesiastici, & seculares debet remittere causas Fra-
trum, & Sororum ad iudicium ipsius Ordinis.

Passarell.
in Collet.
Priu. S. 79

Sed est aduertendū, quod tam ista, quād omnes aliae supradictæ Con-
cessiones in §. 3. & 4. licet, fuerint à Pio V. in 38. Constitut. confirma-
tæ, verum, quia illa fuit reducta per Greg. 13. ad ius commune, & ad di-
positionem Conc. Trid. & præcipue circa hanc exemptionem; Ideò sunt

Conc. Tr.

limitanda iuxta Decretum ipsius Conc. Trid. sess. vlt. cap. 14. de Regula-
ribus, rbi dicitur, Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra Mo-
nasterij degit, & extra ea ita notariè deliquerit, ut populo scandalosus sit,
Episcopo instante, a suo Superiore, intra tempus ab Episcopo presigendū
seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus
a suo Superiore officio priuetur, & deiñquens ab Episcopo puniri possit.
Et vide etiam, quæ dicam infra in verbo exemptio, in principio.

Notab. do-
ctrina Pau-
li Fuschi
Episc. Sar.

Et hoc adeo est verū, ut dicat, & teneat Paulus Fuscus Episcopus Sar-
nensis lib. 2. de Visitatione c. 20. nu. 20. q. Ipsi Mēdicatēs, alijsq; Monaci
exempti delinquētes, nec capi per Episcopū, nec in carcere possint, alias E
incideret ipse Episc. in excōicationem: iuxta notata per Paul. de Leaz. in
cap. si Cler. de sent. excom. lib. 6. & Doctores in Clem. frequens de excess.

Ep̄saliquē
Regularē
exemptū
incarcerās,
est excō-
catus.

Prælat. Ibiq; ipse Sarnensis Episcopus ait, quod tu delinqunt scribendū
est Superioribus cū affixione termini, iuxta supradicti Conc. Trid. sess. vlt.
ca. 14. decretū. Habuit. n. Conc. respectum ad Superiores Religionum, ne
ex publica punitione unius ab alio iudice, tota Religio nominetur, & sic
bonestè procedendo, iustitia etiam ministretur, pro purgatione excessuum
in

A in Diœcesi; Hæc ibi: Quæ doctrina est valde notanda, & memoria tenenda, quia alia similis, ita expressa, forsitan non reperietur.

Imò Abbas in dicta Clement. frequens. Expressè dicit, quod Prælati facientes capere Clericos, seu Religiosos exēptos, in casibus eis à lute nō concessis, & sic iniuriosè sunt Excommunicati. argum.c. Vniuersitatis de sent. excommunicationis: Et hoc voluisse ait glossam in dicta Clemen. frequens. in Verbo capiunt, benè intellectam.

B C O N V E N T I O N E S.



LEXANDER 4. irritauit, ac nullius existere firmatatis decreuit, omnes conuentiones, obligationes, compositiones, & pacta, quæ Fratres Mino. etiam si sint Guardiani, vel Custodes, ficerint cōtra prædicti Ordinis Statuta, vel Consuetudines, abf^tq; Generalis, vel Ministrorum Prouincialium licentia, & assensu. b. fo. 27. Et ff. 26. conce. 17.

Custodes.
Guardia-
ni.

HONORIVS 4. decreuit irrita, & inania pacta quæcumque, quæ Fratres Minores, & domorum eiusdem Ordinis, cūm Prælatis, Rectoribus, & Clericis Ecclesiarum, in quarum territorio, domus, & loca prædicta consistunt (si absque licentia Generalis Ministri, vel Capituli etiam Generalis) inire præsumperint, in præiudicium dicti Ordinis. B. fo 48. Et ff. 132. conce. 297.

Ministri
Prouincia-
les.

Ministri
Generales

D ¶ Supra scriptæ duæ prouisiones fuerunt reuocatae per Capitulum si. de pactis. lib. 6. tamen per reualidationem Generalem omnium reuocatorum per Sextum factam, sunt in pristino statu. Vide in dictione, Priuilegia, propè finem.

Collector.

LE 10. in Concilio Lateranensi statuit, quod pacta, & cōventiones inter Fratres, & Prælatos, ac Curatos (protēpore inita) valeant, nisi per subsecutum Capitulum proximum Generale, vel Prouinciale refutata, & per eos, refutatio huiusmodi, intimata debito tempore fuerit. B. fffo. 26. concessione. 75.

Capitulū
Generale,
vel Prouin-
ciāle.

A N N O T A T I O C O R D V B A E.

QVÖ AD §. 2. rbi Collector allegat. c. si. de pactis. lib. 6. qui roquerit illud videre quantum attinet ad conuentiones, habetur in hoc Compendio, titulo Concordia. §. 2.

CONVENTVALES FRATRES.

Collector.

MISSIS quām plurimis, quæ de Fratribus Minoribus Conuentualibus fuerunt statuta, & Ordinata per multos Summos Pontifices, præsertim, postquā per Concilium Constantiense fuerunt segregati ab eis Fratres eiusdem Ordinis Regularis Obseruantia, vsq; ad ultimum Capitulum Generalissimum, Romæ celebratum, tempore Leonis decimi, vbi translatum fuit officium Ministeriatus, & omnis præminentia Ordinis ad Fratres Mino. Obseruantia, solum ponentur in hoc Compendio, ea, quæ in prædicto Capitulo Generalissimo, per prefatum Leonem decimum fuerunt, quod ad huiusmodi Conuentuales Ordinata. Nam ferè omnia alia antiquitus circa illos statuta, iam sunt superuacua, exceptis dualibus Concessionibus, quæ habentur supra, in dictione Apostata. §. 16. & 20. De quibus tamen est dubium, utrum maneant in suo vigore, vel sint reuocatae per Ordinata à Leone. 10. quæ habentur infra.

1

ALEXANDER 6. Decreuit, nullum professorem Obseruantiae Ordinis Minorum, si illam egrediatur, parentibus, propinquis, vel affinibus suis, quovis modo succedere, aut aliquo Indulso Fratribus Conuentualibus dicti Ordinis, ad hoc concesso, gaudere posse. Nec etiam Conuentus, occasione professoris huiusmodi, ius aliquod in hereditate, vel quavis alia successione propinquorum, quomodolibet acquirere, & consequi posse. B. ff. 3. conc. 3.

2

Licetiare
Fratres.Capitulu
Prouinc.Excommu
nicatio.

LEO 10. statuit in Bulla unionis, quod de cætero nullus Frater reformatus, possit per quemcunq; Prælatum Ordinis (etiam Ministrum Generalem) mitti ad morandum ad aliquem Conuentum non reformatum, aut pro reformato non habitum, scilicet, Conuentualium. Excepto quod si Capitulis Provincialibus videbitur minus malum, aliquem Fratrem licentiare ad nondum reformatos, quām ipsum cum reformatis retinere; tali casu possint Prælati mittere Fratrem, seu Fratres reformatos ad nondum reformatos. Et inhibuit sub pena excommunicationis latæ sententiæ, omnibus, & singulis Conuentualium, secundum Privilegia viuentium, Prælatis, ac subditis, ne aliquem ex præfatis reformatis, nisi modo prædicto recipere audeant. Similiter, & dictis reformatis Fratribus,

A

B

C

D

E

A bus, sub eadē pœna prohibuit, ne ab obediētia suorū Ministro rū vllatenus, quām modo prædicto, recedant. B. fff. 30. cōc. 100.

¶ Aduerte circa prædicta, de licentiandis, seu mittendis ali quibus Fratribus de Obseruantia ad Conuentuales, quod licet hic concedatur, vel potius permittatur; non tamen est tuum sic facere. prout in Capitulo Generali Meclinensi (vbi fuit electus Reuerendus Pater, clarę memorię, Oliuerius Mardi) determinatum est sub sequentibus verbis.

B ¶ Declaratur, quod Fratres Familiae Obseruantia, non possunt, salua conscientia, quantumcumq; discoli fuerint, licentia ri, vt Conuentualibus se subjiciant, etiam si in obseruantia stare noluerint: sed à suis insolentijs coercentur pénis debit is, usque ad carceres. Professi autem sub Conuentualibus, & postea nobis adiuncti, cum à suis insolentijs resipiscere noluerint, & licentiam postulauerint, licentiari possunt, dummodo in Obseruantia sub Conuentualibus prædictis stare voluerint, alias non. Habetur hoc statutum. fo. 228. tractatu. 3. Et sfo. 247. tractatu. 2.

¶ Hoc idem dicendum, & tenendum esse videtur, de expulsione incorrigibilium ab Ordine. Circa quod, videatur. c. fin. de regularibus, cum alia deliberatione statutum quām breue Alexandri. 6. concedens eorum expulsionem.

D ¶ IDEM Leo in Bulla Concordiae statuit, quod tam Generalis, quām Prouinciales Ministri, tām, ante, quām post Generalis, & aliorum Magistrorum confirmationem, tām de Generali, & Prouincialibus, quām alijs Fratribus Conuentualibus huiusmodi, & eorum, ac aliorum Tertiij Ordinis Fratrum, & sororum nuncupatorum, qui antea sub Ministro Generali Conuentualium fuerant regimine, nullatenus se intromittere, aut eos per se, vel suos Commissarios visitare, seu corrigere possint; nec aliquam iurisdictionem, seu superioritatem in ipsis exercere valeant; præterquām cum ipsum Ministrum Generalem pro tempore existentem, ad ipsorum Fratrum Conuentualium domos, & loca declinare contigerit. Quo casu ipse Minister Generalis, eosdem Fratres Conuentuales paternē visitare, ipsiq; Fratres Conuentuales eundem Ministru m Generalem, tanquam totius dicti Ordinis Superiorum, omni cū charitate, & dilectione recipere debeant, dummodo, idem Minister Generalis nihil judicialiter, circa ipsis Fratres Conuentuales, & Domos eorum, & loca, ac etiam Monasteria Monialū,

Statutum
Capituli
Generalis
Nota.

3

Visitatio.
Correctio.

E sub.

sub eorum cura degentium exerceat; nisi eo modo, quo Minister Generalis, anteà Fratrum Conuentualium, super Fratres de Familia, & eorum domos, & loca, & Monasteria Monialium, ante Capitulum Generalissimum exercebat, & exercere posit. B. fffo. 32. conce. 107.

4 ¶ IDEM Leo præcepit Generali, & Prouincialibus Ministris, sub excommunicationis latæ sententiæ pena, ne directè, vel indirectè procurent maliciose, quòd domus, & loca Fratrum Conuentualium, seu Monasteria Monialium, curæ Magistrorum Generalis Conuentualium huiusmodi subiecta, eis quomodo auferantur; decernens, quòd quicquid in contrarium attentatum fuerit, sit eo ipso irritum, & inane. B. fffo. 32. conce. 108.

Collector. ¶ Aduerte, quòd subditi prædicta facientes, non incurrit, sicut per concordias antiquas. Nec etiam Prælati, si non faciant maliciose.

5 ¶ IDEM Leo statuit, quòd nulla Domus, seu Cōuentus Fratrum Minorum Conuentualium, possit transferri ad obedientiam Fratrum Observantie, in qua fuerint minus, quam decem Fratres, sed si fuerint plures, scilicet, à decem, usq; ad viginti, non possit etiam transferri, nisi tres partes Fratrum talis domus consenserint. Si autem fuerint à viginti, & supra, usque ad quemcunque numerum, nequeat etiam reformari, nisi duæ partes prædictorum Fratrum consentiant. Et voluit, quòd in quocunque præfectorum duorum casuum, Minister Generalis, & Prouinciales possint (quacunque contradictione non obstante) domos Fratrum Conuentualium, & illarum Fratres huiusmodi, liberè, & licet recipere. B. fffo. 32. confessio. 110.

6 ¶ IDEM Leo concescit singulis Fratribus Conuentualibus ad Generalem, & Prouinciales Ministros transire volētibus, ut ab eorum Superiori prius petita, licet non obtenta, licentia, liberam transeundi licentiam, & facultatem. B. fffo. 32. confessio. 111.

7 ¶ IDEM Leo statuit, quòd illi ex Fratribus Conuentualibus, qui vitam reformatam sub Generali, seu Prouincialium Magistrorum cura ducere voluerint, sub eorum regimine permanere possint; dummodo aliquo signo notabili distinctione distinguantur, & discernantur ab Observantibus, qui vitam Regularem sub Generali, seu Prouincialibus Ministris ducunt,

A ducunt, prout Generalis Minister, & Magister inter se con-
nenerint B. fffo. 32. conc. 112.

¶ IDEM Leo statuit, qualiter Fratres Mino. Conuentua-
les se debeant habere cum Fratribus Obseruantibus eiusdem
Ordinis, in processionibus, & alijs locis publicis, prout habe-
tur infra, in dictione, Procesiones. § 3. & 4.

¶ IDEM Leo Motu proprio madauit, in virtute sanctæ obe-
dientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ, & priua-
tionis officiorum pœnis, ipso facto incurrendis, Generali, &
B Prouincialibus Magistris prædicatorum Fratrum Conuētua-
lium quatenus dictos subditos suos moneant, & compellant,
ne prædicent, aut disputent, vel maledica verba iactare præ-
sumant, contra decreta, & ordinata per ipsummet Leonem,
in Capitulo Generalissimo Romæ vltimò celebrato, scilicet,
in Bullis Unionis, & Concordiæ. B. fffo. 35. conc. 120.

¶ IDEM Leo præcepit vniuersis, & singulis Patriarchis, Ar-
chiepiscopis, & Episcopis, in virtute sanctæ Obedientiæ, ac
C sub pœna Interdicti ingressus Ecclesiæ, ac suspensionis à diui-
nis: inferioribus verò Prælatis, sub excommunicationis latæ
sententiæ pœnis, ipso facto, incurrendis, à quibus, nō, nisi per
Romanum Pontificem (præterquā in mortis articulo) pos-
sit abolui, vt quoties à Fratribus Mi. Regularis. Obseruantæ
requisiti fuerint, moneant per eorum litteras patentes, prædi-
tos Fratres Conuentuales, sub pœna amisionis Privilegio-
rum, eis, per dictam Bullam Concordiæ concessorum, vt præ-
dictam Bullam Concordiæ, ac omnia, & singula in ea contenta,
cum effectu obseruent. Et vt in euentum, in quem eis consilie-
rit eos contrauenisse, declarent, eos pœnam priuationis hu-
iusmodi incurrisse. Ac ex tunc Fratres ipsos Conuentuales,
omnimodè subiectioni, correctioni, & obedientiæ Generalis,
& Prouincialium Ministrorum, in suis Prouincijs respectiue
perpetuo (iuxta formam litterarum Capituli Generalissimi)
subiectos esse. Inhibendo tam Generali, quam Prouincialibus

E Magistris, ne de dictis Fratribus Conuentualibus, vel eorum
Domibus, & locis vllatenus (nisi quantum à Ministris Gene-
rali, & Prouincialibus illis fuerit concessum) se intromittant
vllomodo. Qui quidem Ministri, Generalis, & Prouinciales,
ad omnimodam dictorum Conuentualium reformationem,
etiam per fauores Regum, & Principum, & Communitatum,
infudare teneantur: bonis tamen immobilibus dictorum Cō-
uen-

§
Proces-
siones.

¶
Prohibi-
tio.

¶
Excōmu-
nicatio.

Cōcordia.

Reforma-
tio.

Bona im-
mobi.

uentum, per Generalem, & Prouinciales Ministros refor-
mandorum, pro vna quarta, Ecclesiae Cathedrali seu Dicēsi,
in qua dicti Conuentus siti fuerint; pro duabus verò, in expe-
ditionem Cruciatæ contra infideles; pro reliqua autem quar-
ta parte, in reparationem dictorum Conuentuum (ipso facto,
quoad obedientiam dictorum Ministrorum reducti fuerint)
per eos applicata. B. ffo. 39.conc. 127.

Collector.

¶ Vide aliquid tangens Conuentuales Fratres, infra in di-
ctione Eleemosinas. §. 5. & 6. scilicet, qualiter eis prohibitum
fit, ne petant eleemosinas sub nomine obseruantium.

¶ Vide etiam, qualiter Fratres Conuentuales possint puni-
ri a Fratribus Obseruantibus, infra in dictione, Correctio. §.
11. Et melius in dictione Eleemosina. §. 5.

¶ Item qualiter Fratres Conuentuales, qui prius fuerunt de
Obseruantia, nequeant succedere suis propinquis, vide infra
in dictione, Hæredes. §. 5. & 6.

C
A N N O T A T I O C O R D V B A E.

V Ò A D §. 2. ibi Collector videtur reprehendere expulsio-
nem incorrigibilium secundum priuilegiū Alexandri 6.dic,
quod si fiat cum debitis circumstantijs, que in eo Priuilegio
Alexan. 6. immuntur, tunc debitè fit talis expulsio: ut de hoc
habetur infra tit. Eiçere ob ordine. §. 4. Ibi Collector concordat cū ijs.
Et in tit. Habitus Fratrum. §. 9.

Quoad. §. 10. Notandum, An bona Fratrum Conuentualium nostri Or-
dinis, particulariter venientium ad nostram Obseruantiam, possint distri-
bui, Et quomodo? vide in eodem Compendio tit. Bona, post. §. 13. quia à
paucis circa id aduerititur, quod ibi notat Collector. Item quod nullus in-
juriet Conuentuales, vel Obseruantes, vocando Bullistam, sèu alio nomine
irrisoriè, videatur infra in Compendio tit. Obseruantes. §. 7.

E
C A P V C C I N I A N N O T A T I O.

F ST sciendum, quod ultra suprapositas Dispositiones circa Pa-
tres Conuentuales factas, Pius. 5. in Const. sua. 61. Ad extir-
pandos, que in Capitulo Generali, tunc Romæ celebrato rece-
pta fuit. anno Domini 1568. Et in Const. 67. Illa nos cura.
Eodem

A Eodem anno edita. Nonnulla alia pro reformatione illorum ordinavit, ut præcipue, ut nihil proprium habere possint, sed omnia bona in Communes suarum cuiuscunq; Domorum, & Religionis vsus conuertenda: Et dispensationes quascunque desuper concessas reuocauit, & annullavit: & sic, quoad hoc fuit correcta Concessio eis facta a Paulo. 3. anno 1540.

Bona, que priuatim alicui donata, vel reliqua fuerint, Superioribus consignari præcepit,

Bonorum administrationis, ac dispensationis, & rationis reddendæ formam dedit.

B Officiorumque ambitum strictissime prohibet, sub pena eius priuatis, & ad futura inhabiles.

Nouitij ante 18. annum suæ etatis non recipiantur, & recepti dimittantur, nisi compleuerint annum 15. Laici, qui 25. annum non attigerunt, ad seruendum ne recipiantur, & recepti dimittantur.

De hac zitate, videlicet in Verbo Nouitij.

Nouitij edacentur in Conuentibus insignibus, in quibus Dormitorii, & Capitulum habeant seorsum ab alijs Fratribus.

C Prouinciales elegantur ex aliena Prouincia.

Sed hoc non obseruatur, immo est ordinalum, ut non eligatur, nisi ex eadem Prouincia.

Guardianatus insigniores, & Priviligiati, Triennio, non Priviligiati biennio, diuturniores non sint.

Paternitatis titulo non gaudeant, nisi qui Prouincialatus officium obtinent, vel obtinuerint, vel 40. annum agant, vel alias eo, digni existant.

Fratres in eodem Conventu, ultra biennium manere non possint, exceptis sexagenario maioribus.

D In quolibet Conventu maneant 12. Fratres ad minus, exceptis Conuentibus retinendis pro commoditate Fratrum iterfacentium.

In studijs maioribus, duæ lectiones Theologicæ legantur, practica una, altera vero speculativa, ut ibi.

Fratres omnes in tinello comedat, exceptis infirmis. & camisis laneis videntur, ac Superiores omnes, rurica cella, & lecto sint contenti.

E Nonnulla alia ad bonum eius regimen spectantia fuerunt ordinata, ut ibidem est ridere; sed nunc, quædam supradictorū Obseruantur, quædam autem non, prout melius Superibus expedire videtur, vel ex consuetudine in contrarium obseruata.

C O R R E C T I O F R A T R V M .

I N N O C E N T I V S 4. statuit, seu concessit, vniuersos Fratres Minores, qui morantur in obsequijs aliquorum (illis dumtaxat exceptis, qui fuerint ad legatorum

Generalis Minister.

torum Sedis Apostolicæ seruitia Deputati) possit , & valeat A
Generalis dicti Ordinis liberè visitare, corrigeret, & amo-
nere ; ac alios pro eis substituere, prout secundum Deum vi-
derit expedire ; non obstantibus litteris, seu indultis Sedis
Apostolicæ quibuscumque. B.fo.29. Et ffo.113. conc.245.

²
Ministri
Prouincia-
les.

ALEXANDER 4.concessit, quod si aliqui Fratres Min.
assignati fuerint à Sede Apostolica Archiepiscopis, vel
Episcopis, possint Ministri, & eorum Vicarij eos corrigeret, &
ad Ordinem reuocare. Et quod non teneantur Prælati Ordini- B
nis aliquos Fratres assignare prædictis Episcopis, seu Archi-
episcopis, virtute quarumcunq; litterarum Apostolicarum,
non facientium expræssam mentionem de ipsis. b.fo.24.

³
Generalis
& Prouin-
cialis Mi-
nistri.

CLEMENS 4.statuit, quod Generalis, & Prouinciales Mi-
nistri, & eorum Vicarij, illos ex Fratribus Minoribus,
de quibus, auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel Lega-
torum ipsius, Archiepiscopis, vel Episcopis, & alijs quibuscum-
que prouisum fuerit, corrigeret possint, ac etiam (non obstan- C
te contradictione aliqua) eos ad Ordinem suum reuocare. Et
quod nec per litteras eiusdem Sedis, aut Legatorum ipsius,
aliqus de Fratribus prædictis teneantur Prælati Ordinis, Ar-
chiepiscopis, & Episcopis, aut alijs personis, in socios deputa-
re, nisi dictæ litteræ de Indulto huiusmodi, & ordinatione, ex-
præssam facerent mentionem ; ac alias id honestati Ordinis,
& saluti illorum viderint expedire. B.fo.57. Et ffo.141.conces-
sione. 324.

Collector.

¶ IDEM habetur in Mari Magno Carmelitarum. ffo. 185.
concess. 467. Et in Mari Magno Prædicatorum. ffo. 237. con-
cessione. 552.

⁴
De Aposto-
tis.

¶ IDEM Clemens statuit, qualiter Generalis, & Prouincia-
les Ministri possint, & debeant corrigeret Fratres Apostatas,
vt habetur supra, in dictione, Apostatae. §.8. & 9.

⁵

REGORIVS 11.statuit, qualiter omnes, & singuli Fra-
tres Ordinum Mendicantium, qui fuerint Capellani Sè- E
dis Apostolicæ, possint corrigi per Superiores dictorum Ordi-
num, prout habetur in dictione, Exempti Fratres. §.2.

⁶
Prælati.

Vidde su-
pra in Ver-
bo Appel-
lare in no-
stra addi-
tione.

BONIFACIVS 8.concessit, vt Prælati Ordinis Minorū,
ad correctiones, & punitiones Fratrum eiusdem Ordinis
delinquentium infligendas, ad quos eadem spectare noscum-
tur (rimulis, & apicibus iuris postpositis) liberè procedere
valeant, secundum Cösuétudines approbatas, & Generalia sta-
tuta

Atuta ipsius Ordinis facta, & fienda. At insuper voluit, non licere prædictis Fratribus, ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare; prævia tamen in hoc delibera-
ratione, ac maturitate debita obseruatis. B.fo.125. Et ffo.202.
conce.499.

¶ IDEM Bonifacius statuit, qualiter Fratres Minores Apo-
statantes debeant corrigi, ut habetur in dictione, Apostatae.
§.14.

BONIFACIVS 9.concessit Magistro Generali Ordinis
Prædicatorum, ut ipse, & alij Præsidentes dicti Ordinis,
in Correctionibus Fratru eiusdem Ordinis, iuris ordine post-
posito, secundum consuetudines approbatas, & instituta Or-
dinis antedicti, procedere liberè, & licite possint, & valeant,
b. ffo.120.conc.545.

¶ IDEM Bonifacius statuit, ne à correctione quacunque,
seu alijs ab aliquo Prælato, seu Fratre dicti Ordinis Prædica-
torum, quauis occasione appellare, aut contra eos querelam
proponere audeat, nisi prius coram Conuentuali, seu Prouinci-
ali Prioribus, seu Magistro Generali Ordinis, & successivè
in Generali Capitulo dicti Ordinis, causam, & querelam suā
proposuerit, verbo, vel in scriptis, b. ffo.120.conc.550.

¶ IDEM Bonifacius statuit, quod omnes, & singuli Reli-
giosi, quorumcunq; etiam Mendicantium Ordinū, Sedis Apo-
stolicæ Capellani, perinde suis Superioribus, & correctioni
ipsorum, in omnibus, & per omnia sint subiecti, ac si prædictæ
Sedis Capellani non essent. b. ffo.126.conc.564.

EVGENIVS 4. & Pius 2. Ordinauerunt aliqua circa Cor-
rectiones Fratrum Minorum, tam Conuentualium, quam
Obseruantium, prout positum est in dictione, Apostatae. §.16.
Et quoad Carmelitanos. §.18. & 19. vbi supra. Et in dictione,
Eleemosyna. §.5.

NICOLAVS 5.concessit Ministro Generali, pro tempo-
re existēti, quod omnes, & singulos Fratres, siue in Mo-
nasterijs Monialium, siue in alijs Domibus, Conuentibus, Ere-
mitorijs, & locis dicti Ordinis commorantes, etiam ab obe-
dientia, visitatione, & correctione dicti Ministri, per specia-
lia Sedis indulta, se exemptos esse (præter Regulæ, & Statu-
torum dicti Ordinis formam) prætendentes, non obstantibus
quibuscumque Priviliegij, exemptionibus, indultis, & literis
Apostolicis, eis, corumque Monasterijs, siue Domibus, Con-

Appellare

Appellare

10

Generalis
Minister.Exempti
Frates.

Q uenti-

uentibus, locis præfatis, & Eremitor ijs, per Sedem Apostoli-
tam, in genere, vel in specie concessis; de quibus in ijs litteris A

Torquere
Fratres.

Vide infra

Annotatio

Capucini

in Verbo

eijcere in

principio.

Collector.

habenda esset mentio specialis, possit iuxta Constitutiones,
& regularia instituta antiqua dicti Ordinis corrigere, visita-
re, punire, & emendare, ac in criminibus grauioribus, si res ip-
sa exegerit (cum moderamine tamen) torturæ subiçere pos-
sit, & valeat dictus Minister Generalis. b. ffo. 47. conce. 500. Et
ffo. 87. conce. 250.

S Semper est aduertéendum, quod tales exemptiones possent
habere aliqui Fratres, per quas derogentista facultas. Et
hoc oportet semper redicere ad memoriam, ne minus docti
erent. Et idem in sequenti Sixti; & quibusconque alijs si-
milibus.

13
Inquisito-
res hære-
sis.

Pro Fratri-
bus Predi-
& Mino.

SIXTUS 4. statuit in Bulla Aurea, quod Magister Genera-
lis Prædicatorum, & Minister Generalis Fratrum Min-
possint gesta per Fratres suorum Ordinū respectuè, qui sunt
Inquisitores hæreticæ prauitatis examinare, & querelas con-
tra illos propositas audire, ac super illis, quantum eis iustum,
& equum videbitur, statuere, & ordinare. Et si eos in aliquo
deliquisse inuenient, illos, iuxta excessuum exigentiam, etiā
per eorum ab officio amotionem, ac alias corrigeret, & puni-
re. b. ffo. 66. Et ffo. 149. conce. 366.

14
Particula-
ris pro Hi-
spania.

INNOCENTIUS 8. concescit Vicario Generali Fratrum
Ordinis Prædicatorum de Obseruantia, congregationis
Prouinciae Hispaniae, quod Correctio Fratrum dictæ congre-
gationis, vnde cuncti ad terminos Præsidentium Conuentuum
reformatorum venientium, iuxta Constitutiones dicti Ordini-
nis fieri debeant, & ad eosdem Præsidentes pertineat. Non ob-
stantibus quibusconque Priuilegijs, Indultis, & litteris Apo-
stolicis, Scolastico, ac vniuersitati Salmantinæ, ac quibuscon-
que Vniuersitatibus, per Sedem Apostolicam concessis, que
aduersus præsentes noluit in aliquo suffragari posse; dummo-
do propter Correctiones huiusmodi faciendas, studium Fra-
trum corrigerendorum non impediatur. b. ffo. 76. concescio-
ne. 194.

Collector.
Nota.

Hæc concescio deseruit etiam Fratribus Mino. partium
Hispaniarum, ut virtute communicationis Priuilegorum, de
qua supra, in dictione Communicatio Priuile. §. 10. possint si-
militer corrigerre Fratres eiusdem Ordinis, & Obseruantia.
Nam Fratres Congregationis, de quibus supra fit metio, Ob-
seruan-

A seruantes, seu de Obseruantibus erant. Et ideo per istam con-
cessionem, non posset procedi contra Conuentuales.

ALEXANDER 6.concessit, quod non obstante Capitu-
lo Vniuersitatis, de sententia excommunicationis, Pre-
lati nostri possint percutere per alium (cauta Correctionis)
& non cogantur cum propria persona; etiam si necessitas no-
rgeat. o.fo.70.conce.175. Et fffo.99.conce.359.

15

Excommu-
nicatio.

BI DEM Alexander fecit quandam concessionem, circa
Correctionem Fratrum, per expulsionem, seu ejectionem ab
ordine, quæ velut in magis proprio loco ponitur infra, in di-
ctione, Ei scere, seu expellere ab Ordine. §.4. Sed circa hæc ad-
uerte bene ad illa, quæ ibidem adduntur.

16

CE O 10. concessit idem, quod Alexander præfatus. §.15.
L & adhuc clarius, scilicet, ut quando aliquem Fratrem, cau-
sa Correctionis, vel absolutionis, oportet verberare, possint
Prælati Ordinis Mino. de Obseruantia, & eorum Commissa-
rij, manu Vicarij, vel cuiusvis alterius Fratris subditi, eum ver-
berare, seu disciplinare. Non obstante Capitulo Vniuersita-
tis, de sententia excommunicationis. o. fffo.93. concessio-
ne. 292.

17

ANNOTATIO CORDVBAE.

DQ UOD §.11. Notandum, quod Pius 2 fff.8.6. declarat, &
concedit quod Min. Generalis habeat liberam auctoritatem,
& iurisdictionem super Fratres existentes in quibuscumque
Vniuersitatibus, & Priuilegiis illarum gaudentes auctoritate
Apostolica, & de licentia ipsorum habita ad morandum in talibus studijs,
committens ei plenissimam Correctionem illorum, cum graibus censuris
in contrafaciens, aut resistentes quomodolibet; vide infra §.14.

EQuoad §.13. Notandum, quod Six. 4.fo.6.6. & ff.14.9. concessit etiam
quod Min. Gen. & Provinciales possint in suis administrationibus corri-
gere, & reuocare Fratres deputatos ad predicandum Crucem, vel contra
hereticam prauitatem, vel ad huiusmodi negotia assumptos à Sede. Apo-
stolica, & alios ad id substituere.

FQuoad §.14. & quoad Correctiones quorumcunque Fratrum etiam
exemptorum, etiam in Vniuersitatibus, & in Curia Romana existentium,
vide latius supra titulo, Apostola, Privilégia, Alexandri 6. Iulij 2. Leo-
nis 10. & infra titulo exempti Fratres.

¶ C O R P O R A L I A.

A

Collector. **A**LEXTVS 3.concessit,quod Fratres Minores Laci, posint tangere,& lauare corporalia.o.fff.101. conce.398.



¶ Vide aliam concessionem præfati Calixti, in dictione, Ornamenta Ecclesiastica. s.3.

SIXTVS 4.concessit,quod omnes Fratres Clerici,& Laci posint tangere,sine scrupulo conscientia, calices,& corporalia,& alia paramenta, cum reuerentia tamen .o.fff.97.conce.343.

3 Pro Monia libus. **C**IDEM Sixtus concessit omnibus Monialibus Sanctæ Claræ, ac sororibus Tertiij Ordinis, curæ Fratrum Mino.commissis, quod possint tangere,& lauare sacros panoes, exceptis corporalibus. Et postmodum idem Sixtus concessit, ut omnes Sorores suprascriptæ, sub Clausura, & Congregatione viuëtes, etiam Corporalia, & Purificatoria tangere possint, dummodo steterint loca à Fratribus.o.fo.62. Et ffo.66.concess. 97. Et ffo.95.conce.318.

Collector. ¶ Qualiter Prælati Ordinis Mi.& quandoq; aliqui alij Fratres possint Benedicere Corporalia, vide supra , in dictione Benedicere.s.1.& 7.& 8. & 11. & infra in Verb. Ecclesiæ Fratrum ibi Annotatio Capuccini.

¶ C R E D O.

D

1 Pro Sanctis Ordinib. **S**IXTVS 4.concessit, quod Fratres Mino. possint dicere,Credo,in Solemnitatibus sanctorum sui Ordinis, & sanctæ Claræ.o.fo.63. Et ffo.67.conce.118. Et ffo.96.conce.329.

2 **C**ollector. ¶ CIDEM Sixtus concessit, quod prædicti Fratres possint dicere,Credo,in Octaua Beati Francisci.o.fo.63. Et ffo.68.conce.133. Et ffo.100.conce.320.

¶ Vtrum hæc Concessio debeat intelligi tantum de die Octaua,vel de omnibus diebus infra Octauam,dubium videtur. Salvo tamen meliori iudicio, posset dici, quod de omnibus diebus infra Octauam intelligenda sit. Nam non reperitur, quod aliquando secundum usum Romanum dicatur, Credo, in die Octaua alicuius Festiuitatis,ratione eiusdem Festiuitatis, & quod

E

A quod non dicatur in alijs diebus infra Octauam? Nihilominus tamen cum concessiones petantur, & concedantur ad libitum, possibile est, quod solum fuerit petita, & concessa pro die Octauo, quia est duplex. Nunc est concessum, ut per Octauam sancti Patris nostri Francisci, & aliorum sanctorum nostri Ordinis quibus dedicata est Ecclesia dicatur, Credo, In alijs autem dicatur secundum in festo, Ut in Rubrica Missarum nostri Ordinis habetur.

B ANNOTATIO CORDVBAE.

V O A D §. 2. notandum, quod quamvis ibi dubitet Collector,
Q An per totam Oct. B. Patris nostri Francisci possit dici Credo?
C de hoc iam non est dubitandum, quia in cap. Generali Burgen. pro Francia anno domini 1484. ut habetur fo. 26. quod Six. 4. concessit posse dici Credo in die. B. Patris nostri Francisci, & per Octauam: & in cap. Generali Meclinen. anno dom. 1494. habetur quod in Octa. B. Patris Francisci, & omnium sanctorum debet dici, Credo, in Missa. Constat autem quod per totam Octauam, omnium sanctorum dicitur Credo, ergo similiter per Octauam. B. Patris Francisci. Item iam Consuetudo, qua est optima interpres legum, & valet pro lege, sic iam interpretatur, & habent. & ideo iam non est de hoc dubitandum.

Nunc non
est dubium
quod pos-
sit dici, sed
non per to-
tam Octauam
alio-
rum San-
ctorum no-
stri Ordin-
nis.

¶ C R V C I A T A.

D **C**LEMENS 4. statuit, quod Fratres Min. qui ad praedictum Crucem, seu Cruciatam, seu ad alia huiusmodi negotia fuerint a Sede Apostolica deputati, possit Generalis Minister remouere, seu reuocare, & penitus transferre, ipsisque, quod supersedeant, iniungere, aliosque substituere cum expedire viderit, & in eos si contra venerint, censuram Ecclesiasticam exercere. Ac quod quilibet Minister Provincialis, vel eius Vicarius eiusdem Ordinis, id ipsum possit in sua Provincia, circa Fratres suos, quibus ab eadem Sede similia contigerit committi. Non obstantibus aliquibus litteris, vel indultis Apostolicis, quae de hoc fecerint mentionem. B. fo. 57. Et fo. 141. conce. 326.

Ministri
Generales
& Provin-
ciales.

INNOCENTIVS 8. declarauit, Fratres Mino. non posse, 2
nec debere eligere Confessores, virtute Bullæ Cruciatae, &c. Absolutio

vt habetur latè supra, in dictione, Absolutio Ordinaria quòd ad Fratres. s. 16. A

3 **Absolutio** **L** E o 10. prohibuit, & declarauit, quòd nullus Fratrum Min. Regularis Observantiae, possit accipere Bullas Cruciatæ, &c. vt supra est positum in dictione, Absolutio Ordinaria quòd ad Fratres. s. 21. & 22. Vide ibi, & nota bene.

4 **Cótra Cō
misiarios
Cruciata
Excommu
nicatio.** **P**I DEM Leo, Motu proprio, & ex certa scientia præcepit vniuersis, & singulis, cuiuscunq; Cruciatæ Commissarijs, pro tempore, existentibus, & alijs quibusuis personis, quacunque etiam Archiepiscopali dignitate fulgentibus, in virtute sanctorum & obedientiæ, ac Episcopis, & Superioribus, sub probatione ingressus Ecclesiæ; alijs verò sub excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda poenit. (ipso facto absq; ulteriori declaratione) incurrendis; ne de cætero, perpetuis futuris temporibus, aliquos Fratres Ordinis Mino. de Observantia, extra eorum Conuentus seu Domos, sine suorum Superiorum, & Prælatorum expressa licentia extrahere, seu ad prædicandum Cruciatam, aut quascunq; alias Indulgencias, seu litteras Apostolicas destinare, aut alterius facultatis prætextu molestare, perturbare, aut inquietare, seu à prædictis Fratribus aliquid exigere, vel gratias, facultates, aut libertates, seu Indulgencias, & peccatorum remissiones eis, necnon Monialibus sanctæ Claræ, tam primæ, quam secundæ Regulæ, ac Tertiij Ordinis Beati Francisci Sororibus sub obedientia Prælatorum diæti Ordinis Mino. degentibus, sine illorum licentia concedere, aut impartiri. B. ffo. 48. conce. 144. C

5 **Prohibi
tio.** **P**I DEM Leo præcepit Fratribus, & Monialibus, ac Sororibus præfatis, ne gratijs, Indulgencijs, libertatibus, immunitatibus, quæ in Bullis Cruciatæ, aut alijs consimilibus continentur, quoouis quæsito colore, contra obedientiam Ordinis prædicti, sine speciali licentia suorum Prælatorum ullo modo vti (sub excommunicationis latæ sententiæ poena) præsumant. B. ffo. 48. conce. 144. E

Collector. **C**IRCA prædicta est notandum, quòd cum per Bullas Cruciatæ, vel alias similes concedatur omnibus Christi fidibus confessionale perpetuum, vt de non referatis Papæ possint, roties, quoties voluerunt absolui per confessorum quemcunque, ad libitum eligendum; meritò quærendum videtur; vtrum Religiosi sine licentia suorum Prælatorum possint predictas

A dictas Bullas accipere, & concessionibus, seu facultatibus in eis contentis vti?

¶ Adhoc autem Prælati Religiosorum, & omnes zelum Religionis habentes, dicunt quod non; & rationem assignant. Prima re-
sponsio.

Quia neque est, nec esse debet intentio Pontificis, aliquid cōcedere, vnde Ordinis disciplina collabi contingat: præsertim cum prohibitum sit per litteras Apostolicas, & per regulas, ac statuta Religionum, ne Fratres confiteri possint peccata

B sua personis extra suum ordinem, sine licentia suorum Prælatorum. Item quia si hoc liceret Fratribus, quodammodo eximerentur ab obedientia Prælatorum suorum, confitendo peccata sua cui vellent. Eximerentur etiam à voto paupertatis, procurando pecunias ad contribuendum pro huiusmodi Bullis sine licentia, immò contra obedientiā Prælatorum, & contra suum votum, in quo Papæ non licet dispensare, prout ad litteram dicit.c. Cum ad Monasterium, de statu Regu. Etiā C ex ijs daretur occasio fractionis tertij voti, scilicet, castitatis, prout experti dieere possunt.

¶ Attamen alij volunt contrariam partem, rationibus apparentibus munitam, defendere: præcipue quia aliquando in prædictis Bullis continetur, quod illas possint accipere Religiosi, etiam sine licentia suorum Prælatorum. Secunda re-
sponsio.

D Ad questionem respondetur ultimatè, quod etiam si huiusmodi Bullæ in hoc non essent subrepticiæ, sicut sunt, prout Pontifices postea declarant, dicentes, numquam talēm intentiōnem habuisse; cum non solum Generaliter, sed nec alicui in particulari vix talia concederentur; videlicet, quod aliquis spreta Regulari disciplina, & paupertatis voto, quereret pecunias ad contribuendum, & accipiendum prædictas Bullas absque particulari necessitate, pro qua non esset Ordini concessa facultas, adhuc non possent per ipsas absoluti, sine licentia suorum Prælatorum, cui non possint dicere, quod hoc sibi expressè Fratribus concedatur. Et propterea Prælati, ad obviandum malitijs, & proteruitatibus aliquorum, statim cum talis Cruciata, vel similes Bullæ publicantur, recurrent ad Pontificem, vt declaret, Religiosos vti prædictis non posse, sine licentia Prælatorum. Et ita factum fuit tempore Sixti 4. Innocentij. 8. Alexandri. 6. Iulij. 2. Et Leonis. 10. prout in libris Ordinis patet. Et adhuc aliqui prædicatorum Pontificum, dixerunt expressè, quod nunquam habuerunt intentionem, quod

Fratres sine licentia Prælatorum, accipere possent prædictas Bullas, & minus quod ipsi vteretur. Quinimmo imposuerunt Censuras Religiosis maribus, & foeminiis, ne talibus vterentur, sicut fecit Leo. 10. supra. §. 5.

**Confirmatio respon-
fionis su-
prascripte**

¶ Et in tantum est hoc verum, quod ad Fratres Mino. quod licet alij Religiosi, forte de licentia suorum Prælatorum possint prædictas Bullas accipere, & Eleemosynam pro ipsis accipiendis procurare; Fratres tamen Min. cum sit eis strictissime sub præcepto prohibitum, ne pecunias, vel denarios recipient, aut procurerent, nisi pro veris, & certis necessitatibus, nisi sibi occurreret aliqua talis necessitas, cui subleuandæ non sufficerent Priuilegia Ordinis, nullo modo valerent, nec licentia Prælatorum sufficeret, ut possent procurare pecuniam ad accipiendam Bullam. Et ita declarauit Leo. 10. O. fffo. 60. con cef. 178. Et supra, in dictione. A bsolutio ordinaria quoad Fratres. §. 21. dicens, quod in casu talis necessitatis, de licentia Prouincialium, & Custodum, possint Fratres accipere dictas Bullas. Qui quidem Prouincialis, & Custos debent examinare prædictam necessitatem, an sit talis, quod in ipsa possit dispensari. Nam licet solùm Regula concedat facultatem quaerendi pècuniam, pro Fratribus induendis, & infirmis curandis, &c. satis infirmus est, qui habet animæ ægritudinem, non possibilem aliter curari, quam per Bullam. Non tamen propteræ negatur, quin Pontifex possit benè informatus, concedere alicui Religioso, ut cōsideretur cui vellet. Sed dico, quod per Generalem concessionem, nunquam hoc intendit facere; cum vellit consecrare Religionis, & non destruere. Et si dubitas de hoc, dico tibi, quod hoc sufficit, ut accipias partem securiorem, prout dicit glo. in capitulo vnico. de scrutinio, & ordine faciendo: & in c. Iuuenis, de sponsalibus. Et ideo non committas te periculo; in his præsertim, quæ animam tangunt.

ANNOTATIO CORDVBAE.

QVÒ AD §. 1. vbi agitur de correctione, & potestate super Fratres Prædicatores Cruciatae, &c. vide sup. tit. Correctio; tit. Apostata; tit. Exempti Fratres, in Compendio in suis. §§.

Quod ad §. 5. notandum, quod Leo. 10. fff. 123. idem prohibuit, etiam Augustinien. quod ibidem. §. 5. nobis probibet.

Tandem

A Tandem notandum, quod anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio die 12. mensis Iulij, Reverendus Pater Frater Antonius Ortiz, impetravit a Domino Paulo 3. viua vocis Oraculo, praesente Fratre Ioanne de Aquila socio eius, & Doctore Ortiz Hispano, quod, ne Fratres Min. querent pecuniam pro Bullis lucrantis, possint lucrari omnes gratias spirituales, & corporales, seu temporales, que de cetero concedentur in omnibus Bullis Cruciatarum quarumcunque, dummodo loco pecuniarum, que debent dari pro ipsis Cruciatis lucrantis, dicat Sacerdotes duas missas. Clerici autem bis Psal. penitentiales. Laici vero ducenta Pater noster, & Ave Maria pro intentione, pro qua conceditur ipsa Bulla, & quod tunc Fratres predicti possint lucrari talem Bullam, seu Cruciatam & eo gaudere omnino, ac si darent summam pecuniarum, que in ipsa Bulla, seu Cruciatata taxatur.

B Sed ad predicta omnia queritur, utrum Fratres Minores possint accipere Bullas Cruciatarum Generaliter omnibus Christianis concessas, & ipsis uti ad omnia ibi concessa, maxime ut absolvantur ad libitum de referendis Ministris Provincialibus, & de alijs peccatis intra, seu extra ordinem.

C Respondeo per tria puncta: Quorum primum est, quod si constaret manifeste de voluntate Domini Papae, quod sic vellet concedere predictam facultatem nobis ad predicta, tunc nullum dubium esset super hoc. Constat enim, quod Papa potest hoc concedere specialiter, & Generaliter quibuscumque Christianis, etiam Religiosis, & quomodo ipse vellet. Ex quo totum hoc negotium, tangens iurisdictionem Prelatorum, aut iudicium Spiritualium, eius Ordinationi, & potestati subjiciatur secundum communiter Doct. & tunc secundum talem concessionem eius possent Religiosi, scilicet & alii Christiani uti prefatis Bullis quoad confessiones de reseruatis, & quoad cetera secundum quod Papa illis concederet, sed quia de tali intentione Papae non semper constat sufficienter, ideo est dubium super hoc, sicque videtur dubium super facto.

D Secundum punctum est, stando in foro conscientiae, & in Bullis Generaliter concessis omnibus Christianis, non intendit Papa quod nos Fratres Min. Observantes possimus eis uti, quoad confitendum, & absoluendum indifferenter, & ad libitum intra, seu extra Ordinem a peccatis reseruatis Min. Provincialibus, & forte neque a non reseruatis, sine licentia ipsorum Ministrorum; Similiter, neque quoad utendum ipsis Bullis, ad eas faciendum, que vergunt probabiliter in Religionis, & Observantiae, seu vita Religiosa deformitatem, dissipationem, aut de colorationem. Ratio est, quia non est credendum quod Papa vellet concedere Bullas in relaxationem, aut dissipationem, seu deformationem, aut de colorationem vita Religionis,

Amplissima Cœficio ad hoc ut Fratres non vranatur Bulla Cruciata.

An Fratres possint uti Bulla Cruciata.

Respondeatur per tria.

se, ex quo id facere non possent præfati Pontifices, cum bona conscientia, tanquam dissipatores ædificij Ecclesiastici, & vita religiose, si ipsi essent satis informati de relaxatione Religionis, que ex diebus Bullis sequitur.

Et hoc est fundamentum Theologorum, dicentiū quod Religiosus non potest contra formam suę Religionis exire pro lucrando Indulgentijs, & quod Papa non debet concedere eas sic, quod pro eis lucrando detur occasio dissolutionis Religionis, quodq; sic semper præsumitur de mente Papæ, ut potest videri in B. Tho. 3. par. Sum. q. 2. art. 2. & in 4. dist. 20. B communiter Doctores; ergo patet ista maior. Sed per prædictas Bullas, seu ex ipsis, si eas ad prædictas Confessiones, & alia huiusmodi supradicta, liceret Religiosis accipere, & eis indifferenter uti, sequitur, seu datur efficax, & propinqua occasio dissolutionis vita Religiose, & disciplinæ regularis, prauaq; libertas, incentiu[m], atq; fomentum peccatorum, pronitasq; ad liberius peccandum contra castitatem, & cōtratemperantiam, & contra alias virtutes plus in Religionis, quam in secularibus; quod patet, quia voluntas hominis, quæ naturaliter, ntititur in prohibitum quod magis astricta tenetur; eo liberius soluitur in prohibitum data occasione solutionis. Sic ergo contingit in Religionis, qui sunt præceteris magis religati per rotum Castitatis. Hoc etiam patet per experientiam, quam non nisi proterius negabit, aut qui non bene nouit mysteria abscondita huius negotij: quiq; non rident sensus hominis ad malum pronos, pronioresq; in dies magis fieri ad malum, maioremq; iacturam dissolutionem, infamiam, & decolorationem Religionis fieri coram Deo, & hominibus, vel ex paucis peccatis, aut casibus Religiosorum paucorum, quam fiat in statu Christianismi ex lapsu multorum Christianorū, aut Clericorum. Quòd enim candida vestis, seu pupilla oculi pulchrius fulget, eò fadius, vel ex paruula macula tota perditur, vel fœdatur. Patet idem, etiam, quia ideo in Religionibus facta est reseruatio casuum, religiosorumque religatio per cérimonias, & alias disciplinas Statutas eisdem, ut sic præceteris secundum eorum nomen sint ad virtutem magis religati. Igitur si per Bullas à prædictis vinculis soluerentur, certè iam eorum Religio dissolueretur, eorumq; vita à rigore suo soluta, secularem sibi vendicaret libertatem, eisetq; saltem in huiusmodi statutis, aut céremonijs vita pénitentium Religiosorum æquè ad peccatum libera, sicut, & secularium. Tandem hoc idem expressè testificantur Sixt. 4. fo. 54. Innoc. fol. 56. Leo 10. fff. 48. in suis Privilegijs dicunt clare, quod per tales Bullas, & libertates dissoluitur religio occasionaliter, & qui experientia didicerint, quod earū pretextū religiosi ad illicita probabuntur, quodq; ideo eas reuocant, & declarant, quod non possent eis uti sine licentia suorum

Daretur ex hoc occasio relationis. C

C

D

E

J

E

A suorum Prælatorum, ut proximè dicetur. Neque est credendum, tot Prælatos religiosorum relationem falsam prædictis Pontificibus fecisse, de dissolutione Religionis per tales Bullas, mēitosq; fuisse, dicentes per experientiam hoc compēsse. Nulla enim ratio suadet, tam male sufficiari de Prælatis, ergo patet ista minor, scilicet, quod per tales Bullas datur occasio dissolutionis Religionis, ut dictum est.

Igitur concludamus, quod Papa non constet hoc, quod est de facto, scilicet, quod per Bullas præfatas ad prædicta datur occasio dissolutionis Religionis: quod si constaret id, non est credendum, quod culpabiliter eas concederet in dissolutionem Religionis, quando ab eo tales Bullæ impetrantur. Sequitur ergo, quod, saliem quodad nos in foro conscientiae saltem quodad prædicta, sunt surrepticie, seu quod Papa pro nobis non intendit eas concedere, ut dictum est, quantumcunq; generaliter de omnibus sonarent Christianis, etiam Religiosis Mēdicantibus. Clausula enim generalis debet limitari, & interpretari secundum ius diuinum, & humanum, neque debet extendi ad ea, que quis non esset verisimiliter cōcessurus in particulari, si ei omnino de causa, & de alijs inconuenientibus, inde sequentibus constaret, maximè in mataria odiosa, quæ militat contra ius commune, vel diuinum, qualis alij quomodo videtur esse in proposito, ut est communis Regula, & practica Doctrorum.

Immò dato, sed nondum concessò, quod Papa intenderet expressè, nos Fratres Min. possemus accipere præfatas Bullas, & eis ut in omnibus ibi contentis, non tamen possemus abduc virtute earum absolui ad libitum per quemcunq; de reseruatis Min. Pro. sine eius licētia. Nisi hoc **D** Papa specialiter, aut aliter sic exprimeret, ita quod de hoc sufficienter constaret (quod vix in Bullis exprimitur.) Nam licet in præfatis Bullis concedatur accipientibus eas, quod possint absolui ab omnibus, etiam reseruatis Papæ, hoc non sufficit pro casibus secundum Regulam, & eius rotum reseruatis Min. Pro. in oporet enim, quod concederetur, ut possent absolui ab omnibus casibus reseruatis, etiam si per Regulam, aut per rotum, aut statutum tenerentur recurrere ad alium, etc. & facit ad hoc cap. cūm nos, de his quæ si. à ma. parte capit. & de Conflit. cap. 1. lib. 6.

& gloss. in ca. cūm non debeat de electio. lib. 6. & in Clementina; dudum. s. penult. de sepulturis, & Ludouicos Ro. in suis nota. volens, quod conuentio, vel pactum iuratum non tollatur per clausuram generalem (non obstantibus quibuscunq; pactis.) Sicq; patet, quod licet à casibus reseruatis etiam Papæ concedatur, quod possimus absolui, non tamen possimus à casibus prædictis reseruatis Min. Pro. secundum Regulam, &c. Quia, ut habetur in cap. translationem, de officio deleg. in istis exorbitantibus, & prohibitis non sit extensio de uno casu ad alium, etiam per maior-

maioritatē rationis.

AEt confirmatur hoc, quia omnes serè Pontifices, qui similes Bullas de-
derūt, postea informati de prædictis periculis, ad nos ex illis Bullis pro-
uenientibus, declarauerunt, quod licet sue Bullæ, quantumcunque
generaliter sonarent, quod omnes Christiani, etiam Religiosi quicunq;
et Mendicantes, possent eas accipere, et eis vti, non tamen poteramus
nos; sed neq; de nobis intenderunt præfati Pontifices loqui, ne per tales
Bullas daretur nobis occasio ad relaxationem disciplinæ regularis, et li-
bertas incentiuumq; ad peccatum, ut patet in Priuile. Sixt. 4. Innoc. 8.
Bet Leo 10. vbi sup. similiter nunc est credendum, scilicet, de recta, et
non culpabili voluntate cuiuscunq; Papæ, Nisi oppositum sufficienter
conset, ut dictum est.

CEt faciunt adhuc concessiones Leo. 10. quas hic refert Collector Com-
pendij in hoc titulo. §. 3. 4. 5. Faciunt etiam adhuc due aliae declaratio-
nes. Altera capituli gener. Burdegalen. que habetur in Compendio; tit.
Absolutio extraordinaria quodadfratres, post. §. x. fol. 9. et altera Reuer.
Min. G. Fratris Francisci de Ang. que supra posita est eo. tit. et §. 10. in
bis annotationibus. Quasdam alias rationes ad confirmationem prædicto-
rum ponit Collector in hoc. §. 5. utpote quod accipere tales Bullas est cō-
tra obedientiam, contra paupertatem, cōtra prohibitionem de pecunia,
que quidem rationes nihil, aut parum valent. Constat enim non esse cō-
tra obedientiam, quod sit de licentia, aut concessione Superioris, aut Pa-
pæ, quanto magis quod parum ibi conceditur, per quod eximantur ab
obedientia, ut patet. Neq; contra paupertatem, aut contra prohibicio-
nem de pecunia est, et ea procurare pro Indulgentijs, aut pro alijs gra-
tijis opportunis, et commodis habendis. Nam nō requiritur, quod si ne-
cessitas strictissima, pro qua sit procuranda pecunia: sufficit enim, quod
sit necessitas commoda, et opportuna corporalis, seu spiritualis talis, sci-
licet, ut sine illa, nisi ei prouideatur, non posset fieri aliquod magnū bo-
num, vel ritari aliquod malum, ut de hoc latius nos egimus supra in ex-
pos. Reg. Fratrum Minorum, cap. 4. q. 7. ibi videatur. Ergo nisi esset oc-
casio supradictorum malorum, nō esset contra articulum paupertatis, aut
pecuniae nobis prohibitum, procurare pecunias pro prædictis Bullis cō-
tinentibus alias non contrarias nobis, cōmodas, et oportunas, spiritu-
ales, seu corporales, ut dictum est: quamuis. fff. 60. in relatione facta do-
mino Leoni decimo, pro impetranda declaratione, que ibi habetur, sit
hæc causa inter alias, quod, scilicet, sit contra articulum de pecunia, ta-
les Bullas procurare. Dictum est enim, quod non est ita, et tamen ipse
cocessio, seu declaratio Leonis 10. est valida propter alias causas, ibi ex-
pressas, et propter rationes supradictas ut proximè in 3. punto dicemus.
D
E
Quod

Quod si quis dicat, quod Papa bene instructus de tyrannide Praelatorum in subditos, vult aliquando per tales Bullas misericorditer agere cum subditis, eos à ingo captitatis, & seruitutis releuando, ut vivatur in spiritu libertatis, habeantq; facile remedium, quoties, ut homines cederint in casus reservatos, &c. huiusmodi. Respondeo non est ita, immo satis facile se exhibent Praelati ad concedendum, & committendum suā auctoritatem, ad absoluendum de sibi reservatis, quoties ab eis petitur, nec infideles sunt contra sigillum confessionis. Nisi quod oportunè prouident de remedio talibus, quos sciunt fragiles esse, quia prout commo-

Responde
tur obie
ctioni de
tyrannide
Praelat.

B dè possunt, sine eorum infamia remouent ab eis omnes occasiones ruinæ (id planè, quod facere tenentur.) Ecce quos, & quare vocant tyrānos. Et esto quod rūus, & item alter durè, aut infideliter, & tyrannicè, ut ipsi dicunt, ageret, Siccine cōtinuò omnes in eadem damnatione, & appellatione sunt tyranni? Unde vox hac à discolis primum orta est, & ad probos vsq; viros sub colore misericordia nunc peruenit, quia tyraunos appellant discoli Praelatos illos, qui sunt vigilansissimi ad salutem subditorum, quiq; paterno affectu illorum salutis, & decori Religionis consuientes, stringunt lora, occasiones remouentes ab eis, ne laxis habenis ipsi effrānes, & indomiti ad vitiorum præcipitia cūrrentes, sese præcipites in infernum dent. Aliqui autem dicunt, quod de facto Papa vult, & intendit nos Fratres Min. accipere posse Bullas, & vt eis omnino, tū quia Papa, consultus super hoc, sic respondit, & similiter eius Commissarij Bullarum, tū quia expresse Bulla sic sonat, modò culpabiliter, modò non id vult Papa. Ad quod dico sī sic est, non est dubium super hoc.

Aliorum
opinio.

D Igitur quod ad 2. punctum tenendum videtur, vt dictum est, tanquam securus pro foro conscientie: nam de contentioso contendere nolumus, de sonitu, & rigore verborum coram hominibus, & in foro judiciali, ubi de exterioribus, & per exteriora iudicatur. Nunc autem, quia coram res agitur, ideo vniuersiisq; conscientia conueniat ad limites rationis, ædificationemq; Religionis, videatq; , quomodo se dubio exponat, cùm in duabus tūior pars eligenda sit,

Resolutio
2. puncti.

E nactio inveniatur, quae utrumque admodum difficultate videntur, ne quis temere pretextu Bullarum, exiliat gremium statutorum suæ Religionis, neq; trāsgrediatur terminos, quos patres sui posuerunt ad Religionis ædificationem, & conseruationem: nam, & Summus Pon-

Pontifex qui est ædificator sepium religionis, rationabiliter agens, mult religionem sibi constare, quam per huicmodi Bullas ab eo extortas dissipari. Tertium punctum, prædictis non obstante, dico, quod Papa, bene informatus de prædictis, concederet aliquam, seu talē Bullam religiosis specialiter, seu etiam generaliter, ita ut probabiliter constaret de tali voluntate Papæ pro ipsis religiosis, ut possint tali Bulla gaudere, tunc dico, quod fratres etiam sine licentia Prælatorum possunt eam accipere, & gaudere solum quoad ea, que non vergunt rullo modo in notabilem religionis, aut vita religiose, & disciplina deformatiōnem, aut dissipationem, rtpote pro lucrandis Indulgentijs, pro abolutionibus à censuris, & dispensationibus commodis, & opportunis ad serenitatem conscientiae habendis & confessoribus intra ordinem, & in foro conscientiae tantum, pro comedendo oua tempore ieuniorum, non quidem passim, & indifferenter ad libitum, & rbiq; in communitate fratrum, sine rulla alia causa, sed ex causa aliquali, rtpote quando non esset sufficiens cibus. Alias, & in particulari, vel quando comedunt cum aliquibus dominis, apponentibus eis talia cibaria, condita ex ouis, &c. huicmodi, ne sint illis singulares, si rident, se ex tali singularitate fore illis fastidiosos, aut dissilientes. Secus si potius ex hoc essent placentes, tanquam bonum exemplum abstinentia singulariter præbentes, & in alijs huicmodi casibus, non vergentibus in deformationem religionis, ad quos iudicandum, prudenter simplici, & sincera religione opus est. Et similiter quando Papa propter specialem necessitatem Ecclesie concedit Iubileū, & præcipit, seu statuit, ut omnes Christiani, etiam religiosi confiteantur, ieunient, & oreant, & recipiant sacram Euchar. infra tot dies, & ad hoc melius faciendum, concedit auctoritatē confitendi cuilibet, & absoluendi de omnibus etiam reseruatis quibuscumque, & quomodo cumque) ut in nostris temporibus sepe concessum est) quia in tali casu crederem piè, & probabiliter teneo, quod etiam nos Fratres Min. sine alia licentia Prælatorū possumus confiteri, & absolui intra ordinem tantum, & semel probac rice, quam rursum, & in Pscum & gaudere tali Concessione, in quantu eius rursum patiuntur, quia talis videtur intentio Papæ, & hoc nullo modo exigit in deformationem Religionis. hoc est ratio omnium dictorum in hunc scio puncto. Virtute auctoritatis tamen Buliarum non possumus exercere ad libitum, sed oportet ut Prædicatorum producatur Indulgence, quae & difficiuntur ad libitum, quibuscumque, sine alijs iusta, comedere oua tempore ieuniorum, quando rpus annum esset iam indifferens, & communis in tali religione, & eorum professione. Neque confiteri, & absolui ad libitum sine licentia Prælatorum intra, seu extra ordinem. Neque aliud facere, quod vergit in religionis deformationem, ut dictum est,

A Et latè probatum est supra in 2. puncto. Si contra prædicta omnia arguantur, quod Leo 10. fff. 60. ffff. 48. vt habetur in Compendio, tit. absolutio ordinaria quo ad fratres. § 21. § 22. declarauit, Et prohibuit, etiam sub Censuris, quod nos non possumus rillo modo accipere Bullam seu Cruciatam, neque ea rillo modo riti, nisi in casu, quo esset necessitas particula-ris, Et pro qua non esset remedium intra ordinem, Et de licentia expresa, Et in scriptis habita à nostris Min. Gen. vel Prou. vel Cust. ergo falsum est, quod dictum est, quod pro lucrando Indulgencij, Et pro alijs contentis in hoc tertio punto, quæ non vergunt in deformationem Religionis, possumus, etiam sine licentia Prælatorum, tales Bullas accipere; Et eis gaudere.

Item opposito modo secundò arguo sic contra omnia supradicta; quia, si de licentia Prælatorum possumus accipere Bullas, Et eis gaudere, quo ad omnia ibi contenta, quo ad absolutiones, etiam de reservatis, Et cetera, Et quando de licentia talium Prælatorum prædicta sunt, tunc non vergunt in deformationem religionis, Et sunt licita: quare ergo non potius licebit de licentia, Et concessione Papæ? Et quare potius tunc vergunt in deformationem religionis? Respondeo ad primum, negando consequentiam, nam illud Leonis 10. est verum, generaliter loquendo, dum scilicet, Papa non concedit, per quod derogetur prefata Prærogativa, seu prohibitiones Leo. 10. Nunc autem nos locuti sumus in hoc tertio punto, quando constat, Papam concedere in suis Bullis, quod etiam nos Fratres Min possumus eas accipere, Et uti ipsis per omnia, etiam sine licentia Prælatorum, quia tunc solum possumus eis vti, vt dictum est in hoc

D tertio punto. Constat enim, quod Papa potest sic concedere, non obstante probatione Leonis decimi, quia par in parem non habet imperium, Et supponitur, quod sic Papa vult concedere, ergo nulla est contradictione in supradictis, nam stante probatione, Et declaratione generali Leonis 10. stat simul, quod Concessio, Et Prærogativum particularē in casu concedatur tamquam exceptio particularis sub regula generali, quæ licet reuocetur in particulari, Et ad tempus manet salua generaliter, Et imperpetuum, quoque omnino reuocetur, aut tollatur.

E Ad secundum, quod opposito modo arguitur. Respondeo, quod, quæd sine licentia Prælatorum ad libitum subditi viueret, utentes Bullis indifferenter, constat esse discipline regularis dissolutionē, sine fræno obedientie Prælatorum, Et libertatem ad peccatum, Et ideo illicitum, vt patet, si passim, Et ad libitum religiosus posset sine licentia, quandocunque vellet, exire clausuram pro lucrando Indulgencij, Et confiteri cuique, Et comedere oua, Et c. ut secularis, Et ideo Papa id non concedit generaliter, vt sup. In secundo puncto probatum est. Et ideo licentia seu

concessio generalis Papæ , concessa in Bullis , ad prædicta se non exten-
dit , & similiter esset illicitū , si sic generaliter Prælatus concederet sub-
disco , ut faceret , quæcunq; vellet , sine alia licentia , & obedientia Su-
perioris , execundo claustrum , comedendo , &c. toties , quoties , ad libitum ,
ita quod non posset impediri per Prælatum suum , etiam inferiorē , ut pa-
ret , quia esset occasio propinqua dissipationis Religionis .

Quando vero sic conceditur licentia ad prædicta , quod non absolvit
generaliter , & ad libitum quotiescumque sine ullo fræno conceduntur ,
sed cum fræno Superiorum , sub eorum manu , seu in particulari , ut sic
examinata causa , seu necessitate , pro qua conceditur aliquod prædicto-
rum , tunc constat , quod timoratè , & ex causa legitima , & sine dissolutio-
ne Religionis rteretur quis præfata Concessione , seu Bulla , & ideo hoc
modo , sicut licet posset quis de licentia Prælatorum vii præfatis Bullis
ad prædicta , ita & hoc modo posset de tali licentia Papæ id facere , sita-
lis esset licentia , quam Papa concedit in Bullis .

Nunc autem quia licentia , quæ in Bullis immediate per Papam con-
ceditur , est generalis ad omnia , & ad libitum vivendum , & vivendum
concessis in Bulla , oportet quod ne cedat , aut negat in deformationem
Religionis , non immediate sed mediata per Prælatorum religiosorum mo-
dificetur , & particularizetur . Ita quod sine Prælatorum licentia debi-
ta non posset religiosus vti præfatis Bullis generaliter , & ad libitum , ut
dictum est in secundo puncto , quodque talis est intentio Papæ , rationa-
biliterque sic debet interpretari , dum de opposito non constat sufficien-
ter , ut latè probatum est per totam hanc annotationem .

Item , an per Bullas Cruciatæ reuocentur nostra Priuilegia , & Indul-
gentiae , & quomodo , videatur latius infrasit . Priu. §. 23. & post. §. 33.

C A P V C C I N I A N N O T A T I O .

In §. 5. **V**IA huic Collectoris determinationi , quoad. §. 5. amplam
Q. Q. facit Anton. de Corduba Annotationem ut supra , & ambe
tam , videlicet , ipsius Collectoris , quam Cordubæ , sunt satis
antique . Ideo ego , quid nunc secundum recentiores Doctores sit obser-
uandum , resolute dicam .

Et in primis dico , quod omnes Religiosi , etiam quod sint Ord. Men-
dicantium , possunt Bullam Cruciatæ , sicut reliqui fideles , accipere : ea-
que gaudere , pro ut sic constat ex verbis ipsiusmet Bullæ , iam publica-
cates pos-
sint accipe
re Bullas
Cruciatæ . que gaudere , pro ut sic constat ex verbis ipsiusmet Bullæ , iam publica-
tie . Dicitur enim in §. 3. (Quod si Religiosorum Monasteria , qui inuis
sint Mendicantium , pro quolibet numero denario personarum , quæ in
vnoquoque talium Monasteriorum reperiuntur , vnum militem miserint ,
lucras-

A lucrantur Indulgentiam plenariam.) Et statim subne^ctitur. (Item con-
cedit Sua Sanctitas omnibus supradictis, & illis, qui nec fuerunt, nec
misserunt, si de eorum bonis liberaliter contribuerint.) Vnde Reueren-
dus Pater Emanuel Rodrguez, in expositione huius Bullæ Cruciatæ.
§. 9. nu. 23. colligit, non solum Suam Sanctitatem supradictis Religiosis
facultatem dare mādādi Militem; sed etiam dādi duos carolenos in elec-
mosynam, vt Bullam accipiant. Bene uerum est, quod pro hoc debent
a suis Prælatis licentiam petere; cum non intendat Pontifex Règula-
rem obseruantiam dissipare. Et hoc apparet, quia cum in anno 1564.

B a Pio Quarto, in sua Bulla mandaretur, vt possent Religiosi, sine li-
cenciam suorum Prælatorum Bullam accipere; statim in anno sequenti,
(& etiam semper fuit in posterum obseruatum) fuit ista clausula subtra-
cta; ex quo eorum mens liquido apparet, talem libertatem illis nolle
dare. Bene uerum est, quod Prælati deberent illam, pro re tam sancta,
faciliter dare.

C Deinde dico, quod Fratres Minores, quibus ex Regula, recurre-
re ad pecuniam, absque presente, vel imminente necessitate, est prohibi-
bitum, possunt illam pecuniam, cum licentia Prælatorum procurare,
pro huius Bullæ acceptance; seruatis tamen reliquis alijs modificationi-
bus Summorū mPontificum, iuxta eorum professionem. Et licet Colle-
ctor suprain §. 5. dicat, quod hæc Bullæ acceptio, non sit causa ita ne-
cessaria, vt possit proinde ad pecuniam recurri; cum totum illud, quod
in ea conceditur, habeatur in nostris Priuilegijs: attamen Antonius de
Corduba, in expositione nostræ Regulæ. cap. 4. q. 7. fol. 13. tenet con-
D trarium, dicens, quod immo ista sit sufficiens necessitas, vt Prælati pos-
sint talem dare licentiam, cum sit negotium tantæ pietatis. Et licet pos-
sint, per virtutem Priuilegiorum, suas animas liberare; sanctum tamen
esset, pluribus alijs vijs id attentare; & eo magis, cum possint, virtu-
te huius Bullæ, d contentis in Bulla Cœne absolui, quod in Priuilegijs
non habent. Et dato, quod sine licentia Prælatorum hanc Bullam acci-
perent; quamvis contra Regulam facerent, adhuc tamen, omni eo, in
illa concessu poterunt gaudere, quod non sit contra regularem obser-
E uantiam; vt sunt, Indulgentie, quæ visitando Altaria, vel aliquid
aliud pium in Bulla mandatum faciendo, sumuntur. Et hoc probatur a
supradicto Auctore Emanuele, ex doctrina Diui Thomæ, quam, & se-
quitur Paludanus, quæ est talis, videlicet, quod subditi, non in omni-
nibus, sed in illis tantum sunt obligati suis Prælatis obedire, quæ ad re-
gularem obseruantiam spectant; & si in alijs obedierint, erit ex via
perfectionis. Sicut post Diuum Thomam. Dicit Nauar. in Manuali. cap
23. nu. 38.

An possit
pecunia p
curari pro
Bul. accep.

Dicitur etiam; quod tempore Sixti Quarti, Innocentij 8. & Alexā: A
dri 6. Iulij 2. Leon. 10. & Pij Quinti, Religiosi Mendicantes, mini-
mè poterant, absq; suorum Prælatorum licentia, huiusmodi Bulla Cru-
ciata gaudere, quantum ad Indultum eligendi sibi Confessorem, &
casibus reservatis absoluendi; presupposita tamen prædictarum Bulla-
rum nctitia, in quibus hoc prohibebant; alids si eam non haberent, non
essent obligati; sicut nec, & aliae Extravagantes ignorare obligarent, iu-
xta doctrinam Caiet. quam sequitur Medina, & Corduba.

Caiet. in
Sū. tit. ex-
com. post
c. 3. in fin.
Cord. in
Sū. 9. 144.
fo. 429.

B

Et est aduentum, quod licet Pius Quartus in Bullis suo tempore
publicatis, Mendicantibus concedebat, ut absq; suorum Prælatorum li-
centia possent Bullam accipere Cruciatae; tamen Pius V. eius successor,
in Bullis à se datis, banc libertatem omisit. Idemq; fuit à Gregorio xiiij.
obseruatum; ex quo videtur, quod adhuc in suo robore manent, summo-
rum Pontificum supranominatorum Concessiones.

Societatis
Iesu.

C

Idē Greg. 13. viuæ voc. Orac. Societati Iesu, vel eius Præposito gene-
rali declarauit, mentis sua nō esse, nec fuisse, per Bull. Cruc. aut Iubil. seu
alias similes Concessiones, sub quibuscumq; derogationibus, aut tenore, ēt
ētū clausula (quacunq; prohibitione sublata) vel etiā viuæ vocis Oraculo
Pænitentiarij S. Petri, aut quibusvis alijs personis factas, vel faciendas,
derogare velle Indultis, & Constitutionibus Ordinis, super eisdem Con-
cessarij editis. Ita refertur in Comp. Soc. Iesu, verbo, Absolutio. §. 1. E

Prædicat.

D

Et Pius V. eandem fecit declarationem Præparatoribus; Illamq; pro-
hibitionem Leo. 10. supraposita, in verbo, Absolutio ordinaria, quoad
Fratres. §. 22. confirmavit, & ibi etiam, in notula, in margine posita, di-
xi. Et videat tamen que ibidem dicit Collector. §. 16.

Tit. absol.
ord. quoad
Fratr. §. 16

E

Et quia, vt dicit Collector supra, cum ipse renocationes non sint per-
petuae; nec possint extendi ad futuras Bullas Cruciatae, ideo essent pro-
curande similes Concessiones; ac proinde de hoc supplicatum fuisse Leo.
10. quod illa Bulla Innocentij octaua, quæ est eadem cum alijs aliorum
Summorum Pontificum, ad Bullas etiam in posterum concedendas ex-
renderetur: & viuæ vocis Oraculo fuit obtentu, in foro tamen conscienc-
ia. Et postmodum Pius Quintus hoc idem in vitroq; foro pariter conces-
sit; vt videre est in Bulla, quæ incipit, Romani Pontificis circumspecta
benignitas, quam ponam infra, in fine huius Compendij. Et idem vide-
tur obseruatum à Gregorio 13. & Sixto V. cum in eorum Bullis (dum
tractant de suspensione Priuilegorum) dicatur, quod nō suspenduntur
Priuilegia concessa Prælatis Ordinum Mendicantium, quoad suos Fra-
tres tantum: & sic iam videtur supradictum Priuilegium in suo robore
remanere; cum ad instantiam talium Prælatorum fuerit cœsum, quo-
ad

A ad suos Fratres tantum.

Et ultra hoc, refert prædictus Expositor Bullæ Cruciatæ, in loco ci-
tato, ad suam notitiam peruenisse responsum quoddam, à Sacra Congrega-
tione Cardinalium Reformæ, tempore Gregorij 13. datum ad instantiam
Domini Ioannis de Ribera, Archiepiscopi Valentini, qui ab ea pete-
bat, ut definiri dignaretur. Si Moniales, sive iurisdictioni subiectæ, vir-
tute Bullæ Cruciatæ, confiteri possent cum alijs Confessoribus non a se af-
signatis? Cui petitioni fuit tali modo responsum: Congregatio concilij cē-

B suit, quatenus gratia ex Bulla Cruciatæ pertinet ad Moniales, non pos- Congreg.
se vigore facultatis in eadem Bulla concessæ, alios Confessarios, præter Cardin.
eos, qui ad audiendas ipsarum Monialium confessiones, ab Ordinario ap- Respon.

probati fuerint eligere: Et hanc vidisse in scriptis ipse Auctor testatur. Et sic multi viri docti tenent. Alijs autem videtur contrarium, pro eo quod sic dicunt practicari in concilio Cruciatæ.

Et ipse Pater Emanuel, in expositione supradicta huius Bullæ, iam suscitare aliquibus rationibus inititur, quod licet sit Fratribus supradi-

C ctitum prohibitum, Bulla huiusmodi ut absque suorum Prælatorum licen- & fo. 127.
tia, iuxta Priuilegia supra allegata; non auderet tamen illos condemna- in suo Gō.
re, qui sine tali licentia, ea vterentur; Et hoc, tum, quia multi Doctores
sic tenet, & in Conc. Cruciatæ practicatur; tum etiam, quia Prælati vi-
dentur tacite consentire, cum id non prohibeant; neq; illas prohibitiones
subditis notificant; alijsque rationibus, que, meo iudicio, valde frivola
videntur; Et maximè cum dicat, quod multi ignorent illas Concessiones
Sixti 4. Innocentij 8. etc. & si sciant, putant forsitan non valere. Et q

D possent proinde, bona fide, Bulla vti; que ratio, si sit nec ne sufficiës, cui
libet voti compoti iudicandum relinquo; cum talis ignorantia, nullo pa-
eto eis suffragari posse videatur, & cum sciant hinc inde esse opinones,
deberet securiorem partem sequi; que mihi rideretur esse illa prima, iu-
xta tantorum Pontificum, & Sacre Card. Congreg. Concessiones.

E Vnde concludendo dicerem, quod nos Fratres Minores nullo pacto, Conclusio
absq; nostrorum Prælatorum licetia, huiusmodi Bulla possumus vti, quo- refolut.
ad electionem Confessoris, & Casuum reseruatorum absolutionem; ra-
tionibus fultus adductis à Collectore, & Corduba supra, salvo tamen
semper sanitiori iudicio.

Quæritur etiam ab ipso Autore Expositionis Bullæ Cruciatæ; an No Nouitij an
uitij supradictorum Ordinum, possint absolui virtute huius Bullæ Cruci- possint ab-
tæ, à casibus, Prælatis reseruatis, à quocunq; Confessore, per ipsos Præ- solui à ca-
latos approbato? Et respondet, quod sic. Nam Concessiones Summorum fibus reser-
Pontificiū à Prælatis habite, vt Fratres non possint Bulla vti, quoad Con uatis virtu
fessorem eligendum, & à casibus reseruatis absolui, loquuntur de Fratri- te Bul. Cr.

bus professis secundum cōmunem intelligētiam, & cum facultates exorbitantes, quamvis habeant eandem, maioremq; rationem, & ex uno in alium easum non extendantur, quanto magis, vbi talis ratio non habetur? Et quamvis sub hoc nomine, Fratrum, comprehendantur, & Nouitij, hoc tamen intelligerem infavorabilibus, & non in odiosis, vel contrarijs, vt est in supradicto caſu.

An possint
absoluti iu-
re cōmuni

An ipsi Nouitij, iure communi, possint à casibus reseruatis, absque Prælatorum licentia, absoluti? tractatur à Corduba.lib. 1. qq. q. 3. f. 241.

B ipse Auctor Exposit. Bullæ Cruciatæ §. 9. nu. 26. vbi supra.
An per Bullā Cruciatæ suspendantur omnia Priuilegia, quibuscunq; personis concessa. Secundo, an suspendantur concessa Ord. Mendic.

C In c. non-
nullis de-
rescip. 1.
Bar. in ex-
trau. ad re-
prim. ver-
bo non ob-
stantibus.

Quoad primum respōdetur, quod non. Nam (vt colligitur ex eo quod Felynius tractat in hac materia) quamvis literæ aliquæ Apostolicæ habent clausulas revocatorias, valde tamen generales, nunquam huinmodi clausula omnibus Priuilegijs in particulari derogabunt; nisi illis solū, que, contentis in litteris Apostolicis, vbi tales clausulæ sunt positiæ, aduersabuntur. In tantū, quod in ista Bulla suspenduntur illa tantum Priuilegia, facultates, & Indulgentiae concessæ; siue sint in aliquo illi similes, siue dissimiles, vt iam ex verbis ipsius met Bullæ. §. 12. colligit Autor Exposit. illius.

D An suspen-
dantur co-
cessa Men-
dicant.
Quoad aliud. An suspendantur concessa Ord. Mendicantiū? Responde-
tur, quod in suspensiōne, quam ista Bulla, Priuilegiorum, & gratiarū facit, ait, exceptis concessis Ord. Mendicantium Prælati, quantum ad suos Fratres solū. In tantum, quod per illud verbum, solū, iam suspen-
duntur illa, quibus non possunt gaudere Fratres, quin etiam ipsi secula-
res non gaudeat, licet concessa quibuscunq; Ecclesijs, Monasterijs, ac pijs locis, & singularibus personis, vt ipsamet Bulla explicat.

E Seculares
nō possunt
indi ulg.ac-
cipere.
Ex quo primo inseritur, quod, tempore publicationis Bullæ, seculares non possunt indulgentias, Monasterijs, & Domibus Mendicantium co-
cessas, accipere, nisi Bullam accipient. Ipsi autem Religiosi absque Bul-
la bene poterunt.

Inferiur etiam, quod auctoritas, quam Religiosi Confessores Medica-
res habent, vt possint seculares à reseruatis absoluere, & vota commuta-
re, & dispensare, iam suspenditur in hac Bulla, non iam quantum ad ipsos Religiosos, quin possint ipsi absoluti; sed quantum ad seculares, qui si Bul-
lam acciperent, pro eis quidem revalidaretur: ride aliaplura, que dicit Collector infra, in verbo, Priuilegia Fratrum, in questionibus. q. 2. f. 3.

F Quibus sic declaratis, queritur plura ab ipso Auctore Exposit. Bullæ.
Et primò An huiusmodi supradictio Priuilegio, in hac Bulla concessa,
possint gaudere per viam extensio[n]is, & communicationis, alijs Religiosi

A non mendicantes? Et licet videatur dicendū, quod sicut participes sunt aliorum Privilegiorum Mendicantibus concessorum, participes et sint, & huic: Contrarium tamen videtur esse verum: nam cum in ipsa Bulla suspendantur facultates Monasterij Ordinum concessae, & excipientur ipsi Medicantes; si per viam communicationis, possent alij Ordines huiusmodi Privilegio gaudere, sequetur, quod suspensio illa, quantum ad Ordines non Mendicantes, facta esset sine dubio frustratoria.

An alijs nō
Medicantes
possint tali
Priu. gau-
dere.

Item queritur, si Nonitij, & Moniales, Superioribus supradictorum

2

B Mendicanum Ordinū subiecti, possint tali Priuilegio gaudere? Et concluditur a supradicto Auctore, quod sic; cum bene, in hac fauorabili materia, possint sub nomine Fratrum Mendicantium, comprehendendi, & non solum Moniales, sed etiam Tertiarie, qua Religionem, Obedientiam, & Castitatem ruerunt. & sunt supradictis Praelatis subiectae, licet in Congregatione non vivant; secus autem dicendum de illis Tertiariis, qui in suis domibus vxorati manent.

An Nouitij & Mo-
niales.

Item queritur. An Fratres ipsi, & Moniales possint Coronis, vel Grana bencadicis gaudere absque Bulla: Respondeatur, quod si supradictae Coronae, sive grana fuerint alicui Superiorum Mendicantium, pro suis Fratribus, ac secularibus concessae, poterunt ipsi Fratres, absq; alia Bulla, illeis gaudere, non autem seculares: Quia quantum ad illos sussense sunt in Bulla. Sed si illae Coronae, vel Grana fuerint benedicta, ad instatiam alicuius Principis, vel Domini, vel alicuius Religiosi particularis, tunc non solum ipsi seculares, sed nec etiam Fratres possint illis gaudere, quia in Bulla ea tantum conceduntur Fratribus, qua Superioribus eorum, pro eis, fuerunt concessa.

An fratres
& Monial.
possunt gra-
nis benedi-
cis gaude-
re.

D Item queritur. Si in Bulla ista suspendantur nec ne facultates a iure communi cōcessae, ac Privilegia in corpore iuris posita, & per usum sunt tolerata, & non reprobata. Et respondeatur, quod non; prout colligitur ex eo, quod tradit Bar. in addit. ad Extraug. ad reprimendum, verbo. Non obstantibus, in fine. Nam pro suspensione eorum, que in iure communi continentur, quamvis sit Privilegium, oportet tamen, ut sua Sanctitas illud exprimat; & in Bulla ista minimè exprimitur. Et sic etiam, quando vellet suspendere, easq; usu fuerint tolerata, oportet, ut dicat, non obstantibus consuetudinibus; sicut fieri solet in reuocatione Bullæ Cœnæ Dñi.

E Vnde infertur primo, quod habentes Ordines Minores, possent tempore Interdicti, Missam audire, ac diuinis officijs interesse, quia facultatem istam, ius commune eis concedit, ut dicit Nauar.

Secundo infertur, quod facultas illa, quam habent Religionum Prae-

In Sūm. c.

27. n. 173.

De idulg.

lati, dandi secularibus cartas filiationis, in quibus faciunt illos, bonorum

not. 31. nu

operum, suorum subditorum participes, in ipsa Bulla non suspenditur, &

21. & 22.

R 3 fine

sine ipsis, possunt seculares ipsi, eo, quod in illis cartis conceditur, potiri, quia facultas illa non est Privelegium, sed decretum commune, si-
cut aduertit Nauar.

5 *Vltimò queritur, si in Anno Iubilei plenissimi, qui, quolibet 5. an-*
Bulla Cru *no Romæ conceditur, suspendatur ista Bulla Cruciatae, adeo quod in an-*
ciatæ an su-
spendatur
tēpore Iu-
bilei pleni-
ssimi.

In Iubile
plenissimo
quinq; su-
spēdūtur.

Nauar.

Pro cuius quæsti explicatione, primò est videndum, quænam in dicto
Iubile o suspendantur.

Et dicimus, quod quinque tantum. Primum, Indulgentia plenaria. Secundum,
Potestas commutandi vota. Tertium, Potestas dispensandi super eis. Quartum,
Potestas dispensandi, vel cōponendi super male abla-
tis incertis, vel ea certo modo remittendi. Quintum, Potestas deputan-
di Confessores, cum potestate absoluendi etiam in casibus Appstolicæ Se-
direservatis. Secund. Nauar. de Indulg. notab. 28. nu. 1.

Et hinc primò inseritur, in suspensione ista non comprehendi Indul-
gentiæ, que non sunt plenarie. Secundò, nec facultas componendi, seu
dispensandi super rebus incertis restituendi, non male, neque illico
modo quæsita.

6 *Nec comprehenditur facultas deputandi confessarios, sine potestate*
absoluendi in casibus Sedi Apstolicæ reservatis, sed absoluendi à casi-
bus inferiorum à Papa.

4 *Nec facultates singularibus personis concessæ, quando solùm, eo tem-*
pose, suspenduntur concessæ Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Pjjs.
locis, & Vniuersitatibus, & Confraternitatibus, at nibil horum est sin-
gularis persona; si enim aliquid illorum esset singularis persona, maxi-
ime esset Vniuersitas, vel Fraternitas, quæ ex personis constat. At hoc est
falsum; quia aliud est vniuersitas, & Collegium, & aliud singuli Collegij,
vel Vniuersitatis, sicut ibidem Nauar. nu. 13. multipliciter probat.

Ex quibus colligitur, quod Bullæ illæ, appellatæ Confessionalia, sin-
gularibus personis concessæ, non sint suspensa, quad hæc quinque, neque
quoad aliud eorum, quo minus rti possint personæ in eis expressæ; Neq;
Bullæ Redemptoris Captiuorum, Misericordiæ, Cruciatiæ, vel alie si-
miles, ante illum annum acceptæ: Cum per Confessionalia, & Bullas præ-
dictas, hæc quinque, vel aliud eorum, singularibus personis concedan-
tur; sicut Nauar. ibi tenet, & sic secundum Extrauag. illam Sixti Quar-

Vide ea q dicit Col-
lector ifra
in verbo
Priuil. Fra-
trum q. 2.
quantum ad ea, quæ ibi non suspenduntur, sed etiam quantum ad suspen-
sa; quia ut supra est dictum, non suspenduntur in illo Iubileo facultates
singularibus personis concessæ. Secus autem videtur dicendum, secundū
aliam Bullam Iubilei, publicatam à Gregorio 13. anno 1575. Nam in
illa.

A

B

C

D

E

A illa suspenditur Bulla Cruciatae, quoad illa quinque iam dicta; licet sint & 3. vbi pulchra p
concessa singularibus personis, sicut aduertit Nauar. Quod quidem dice-
re, valde asperum, & rigorosum esse, ait Auctor, Expositor Bullæ Cruci-
atae, prout etiam mihi videtur. Nam, licet possit illud Summus Pon-
tis facere, non tamen est credendum, quod faciat; quia cum manda-
uerit, vt eodem anno, quo erat Iubileum publicaturus, publicaretur
& Bulla Cruciatae; quomodo est credendum, quod vellet postea, vt prin-
cipale in Bulla contentum, suspenderetur? Proinde dicerem, quod ali-
quæ aliae facultates, singularibus personis concessæ, suspendantur in di-
cto Iubile, non autem in ista Bulla contentæ, cum illas, pro tali anno,
concesserit, sciens in eodem anno esse Iubileum publicaturus: sed ma-
gis securum esset, si tali tempore, in quo Bulla Iubilei, cum similibus su-
spensionibus publicaretur, Summus Pontifex supplicaretur, vt de no-
uo, pro tali anno, Bulla ipsa Cruciatae confirmaretur; & sic iā videtur,
quod ipsi Domini de Concilio Cruciatae obseruant. Sic etiam erit dicen-
dum in publicatione Cœna Domini, quod nec intendit Sua Sanctitas,

Nau.de In
dulg. not.
33. n. 3.

B Bullam Cruciatae reuocare, cum eius auctoritate, in eodem anno,
fuerit publicata. Et ideo Pius Quintus, vt omnem abigeret ambiguitatem,
dictam reservationem faciens, ait. Nisi bi casus in eis presentibus lite-
ris expressi comprehendantur. Et hinc, nec auctoritas illa Episcopis, a
Conc. Trid. 24. sess. c. 6. concessa, vt possint in foro conscientiae, suos sub-
ditos, ab oibis casibus Sedi Apostolicae reseruatis absoluere, banc Bul-
lam Cœnae suspenditur; prout sic videtur inclinari. Nauar. in Sum. c. 27.
nu. 275 in fine, qui de Hæresia tantum, & Censura ei annexa, dicit, nō
posse alius, praeter Papam, absoluere; & sic tenet etiam Auctor Expo-
sitionis Bullæ Cruciatae. §. 9. nu. 70. vt supra dixi, in verbo, Absolutio.

An suspē-
datur i pu-
blicatione
Bullæ Cr-
ox.

C D E Notēc Pre
dati.

Notent autem Superiores Ordinum, etiam quod sint Mendicantium, quod eorum Priuilegia, quoad illa quinque, in predicto Iubileo suspen-
sa, in illo anno iam suspenduntur. Itaq; nec Fratres, nec seculares
possint illis gaudere, sicut loco supracitato aduertit Nauar. dicens, hanc
opiniōem habere ipse securiorē. Nam in Bulla Iubilei omnes facul-
tates, Monasterijs, Ecclesijs, & Ordinibus concessæ, suspenduntur,
qui muis essent concessæ cum clausulis derogatorijs derogatoriuarum. Et
ita ipsi Religiosi, in tali anno, non possunt accipere Indulgentiam ple-
nariam; nec nota comutare, & dispensare, nec a casibus Sedi Apostoli-
cae reseruatis absoluere; sicut extra tale tempus possent, vt supra late
est dictum, in verbo, Absolutio. Et propterea debent ipsi Prelati, si-
nita iam publicatione Bullæ ipsius Iubilei, suorum Priuilegiorum, sil-
tem quoad suos Fratres, procurare confirmationem; quia licet hoc idem
obtinuerint Fratres minores Regularis Observantie à Leone Decimo,

& Fratres Ordinis Prædicatorum ab Eugenio Quarto; nihil tamen pro- A
dest cum omnia illa in dicta publicatione suspendantur.

C V S T O D E S.

CLEMENS 4. statuit iur' Mari magno, quod Custodes,
& Guardiani, qui secundum statuta Ordinis Fra- B
trum Mino. aliter, quam per electionem instituun-
tur; post ipsam institutionem, seu prouisionem de ipsis facta,
curam animarum Fratrum sibi subditorum ipsius Ordinis ha-
beant, ipsisq; ligare, ac soluere possint, iuxta ipsius Ordi-
nis instituta. B. fo. 56. Et fflo. 139. conc. 309.

Collector. ¶ Aduertendum, quod hoc ideo fuit concessum, quia ex quo
non erant electi a communitate, videbatur, quod non essent
Curati Ordinarij.

¶ Circa præfatam Concessionem, vide supra in dictione,
Absolutio ordina. quo ad Fratres post. s. 3.

NICOLAVS 4. statuit, & declarauit, ut cum electio ge- C
neralis Ministri fuerit facienda, Custodes vniuersitatisq;
Prouinciarum, vnum ex seipsis constituant, ac ei suas vices co-
mittant, ipsumq; ad locum, in quo electio eadem fuerit ce-
lebranda, transmittant. Et quod is, qui sic ab ipsis Custo-
dibus constitutus extiterit, vnam vocem duntaxat pro se, &
eis omnibus habeat, & intelligatur habere, ac pro una voce
tantummodo ab alijs admittatur. Hoc autem voluit ita ob- D
seruari, etiam si Custodes alicuius Prouinciarum sint præsentes,
in huiusmodi generali Capitulo, vbi electio Generalis de-
beat celebrari. b. fo. 31. Et fflo. 32. concess. 33.

Collector. ¶ Aduerte, quod huiusmodi statutum, iam vacat propter
statutum Leo. 10. inferius annotatum. s. sequenti.

Leo. Decim. in Bulla vnionis statuit, quod electio Mi- E
nistri generalis, quæ secundum Regulam a Ministris Pro-
vincialibus, & Custodibus fieri debet, liberè, & absque ullo
scrupulo celebretur per Prouinciales, & discretos Fratrum
de Familia, seu de Obseruantia, quos veros Ministros esse,
ac discretos ipsorum similiter veros esse Custodes declara-
uit. B. fflo. 29. concess. 94.

A  CAPVCCINI ANNOTATIO.

GIRCABANC materiam Custodum tria sunt aduertenda, Vnum
ridelicet, quoad eorum nomen: Alterum quoad eorum officium, & numerum, & Tertium ad eorum auctoritatem, spe-
ciantia.

Vnde quoad primum est sciendum, quod in nostro Ordine Fratrum Minorum ante declarationem Nicolai. 3. nostrae Regulae, Nomen Custodis B etiam Guardianos comprehendere, quatuor Magistri. S. Bonaventura, & Vgo super Regul. aiunt: quia licet haec nomina (Ministri, & Custodes) diuersis personis approprientur; tamen hic modum Officij Praelatorum notabant, ita ut Ministerium, humilitatem: Custodia, vigilantiam pastoralem insinuaret: & sic nomine Custod. & Guardiani intelliguntur, ex quo immediatè habeat custodire gregem sibi commissum. Sed post Declarationem Nic. 3. tantum Ministri, & Custodiarum Custodes ex vi Regulae, nomine huiusmodi Custodum, intelliguntur, & maximè quoad id, quod in 4. cap. Reg. de prouisione ab ipsis facienda pro infirmis, & induendis Fratribus, disponitur, prout ex Corduba colligitur in expositione dicti 4. capit. Reg. q. 6.

Quoad vero eorum Officium, & numerum est sciendum, quod ex Regula, illa tantum exercere poterunt, que in ipsam Regula explicatur; ut puta, prouidere per amicos spirituales infirmorum necessitatibus, aliorum Fratrum indumentis. ut in cap. 4. Regule. Ac conuenire in Capitulo Generali cum Ministris, pro electione facienda Generalis Ministri, & ex testamento Patris nostri Francisci representare Fratrem non Janum in fide repertum, Illustrissimo Profectori Ordinis.

Ad quam electionem faciendam, licet ex Nic. 3. in cap. exiit. s. insuper fuerit statutum, ut unus tantum Custos pro qualibet Provincia, deberet accedere, qui in illa electione omnium aliorum Custodum suæ Provinciæ Vices, & voces gereret, unam vocem tantum dando, ut habetur supra, In verbo: Electio.

E Attamen ex Leone 10. ut ibidem habetur statutum fuit, quod in tali electione, omnes Provincialles, & Custodes, sive Vocales accedere tenentur; Ideo in nostra Congregatione obseruatur, ut omnes Provincialles, & Custodes seu vocales, qui in Provincialibus Capitulis electi fuerint, & hoc iuxta numerum cuicunque Provinciæ, à nostris Constatut. Taxatum, ad dilatam Gener. Minist. electionem accedant: & qua forma, & modo, sint ipsi Custodes eligendi in nostris Capitulis Capuccinorum, habetur iam in nostris Conf. c. 8.

Officium
Custodes.

Numerum
Custodū.

De officio, numero, ac modo, & forma eorum electionis, quæ ab alijs Ordinibus obseruantur, standum est eorum Constitutionibus, & laudabili consuetudini, cum in hoc aliquod rniuersale pro omnibus, non reperiatur statutum.

De potesta-
te Custo-
dium.

Quantum autem ad eorum auctoritatem, & potestatem dico, quod (ultra illam supradictam quam habent à Regula) tanta erit, quanta eis, Ministri Provinciales, vel Generalis, vel Constitutiones, vel Summi Pontifices conserre voluerint, unde standum est illorum dispositionibus, vel laudabili in hoc, consuetudini; & hinc est quod in aliquibus Provinciis, Custodes habent plus, & in aliis minus auctoritatis, in visitadis, & prouidendis eorum Custodiis; & hinc etiam est, quod Custodes Fratrum reformatorum, de obseruantia, & Conuentualium, habent tantam auctoritatem, quia eis à Summis Pontificibus, vel à Capit. Gen. est collata, vt est videre in Const. 41. Clem. 7. anno 1532. emanata quæ incipit. In suprema militantis, &c. & in Const. 36. Cum illius Greg. I 3. anno Domini 1579. vt in Bullario, & alibi in alijs Const. similibus.

¶ D E C I M A E.

C

I
Ex iure co-
muni.

GREGORIVS nonus mandauit districte Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ne talia, quæ audientes à Decimarum seu aliarum rerum Ecclesijs debitarum, solutione retrahant; vel alias animas corrumpant auditum in sermonibus suis, vel alibi proponere præsumant. Imò verbo, & opere informent eosdem, vt ad solutionem predicatorum, promptæ voluntatis animo sint intenti. Habetur, in c. Discretioni vestre. de decimis. lib. 6.

2
Collector.
Ex iure co-
muni.

CLEMENS 4. concessit Fratribus Mino. vt de hortis, & virgultis suis, nulli Decimam teneantur exhibere. Ac districte inhibuit, ne quis ab eis de præmissis aliquid exigeret, vel extorquere prælumat. B. fo. 58. Et fo. 141. concessione 334.

Vide infra. §. 9. declarationem Sixti 4. & ampliationem eiusdem.

E

3
Ex iure co-
muni.

BONIFACIUS 8. statuit, quod Moniales, aliæq; Regulares personæ, quarum redditus, & prouentus Ecclesiastici, adeò sunt tenues, & exiles, quod de illis sustentari non possunt; sed prohabenda vita sua sustentatione, necesse habent Mendicare, & eleemosynas publicè petere, decimam nō persoluant. Habetur in extrauaganti, quæ incipit Decimas.

¶ IDEM

B

D

E

A ¶ IDEM Bonifacius 8. concessit vniuersis, & singulis Abbatissis, & Conuentibus Monialium inclusarum Sanctæ Claræ, vt ad præstationem Decimorum, de quibuscumque possessionibus, & omnibus alijs bonis, quæ habuerint, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum; ac etiā Legatorum, & Nuntiorum Sedis Apostolice, & quibuslibet tallijs, & collectis; & ad exhibendum pedagia, telonea, & alias exactiones, quibusuis Regibus, & Principibus, seu alijs personis, minime teneantur, nec ad id compelli aliqualiter valent. b fo. 38. Et ffo. 122. conce. 267.

4
ProMonia
lib.S.Cla-
ræ.

B ¶ De hoc vide amplius infra. §. 12. & 13.

Collector.

C LEMENTS 5. in Concilio Vienensi statuit, quod Religiosi quicunq;, qui Noualium, aut alias Decimas, ad eos ex aliqua causa legitimè non spectantes, appropriare sibi præsumperint; aut exquisitis fraudibus, sine coloribus usurpare; seu qui de animalibus familiarium, & pastorum suorum, vel aliorum, etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscerentur; seu qui de animalibus, qui in fraudē Ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptaque venditoribus, vel alijs ab ipsis tenenda; seu qui de terris, quas tradunt alijs excolendas, Decimam solui Ecclesijs non permiserint, aut prohibuerint; nisi post requisitionem, per eos, quorum intererit, super hoc eis facta, à præmissis destiterint infra mensam; aut si de his, quæ contra præmissa usurpare, vel retinere præsumperint, infra duos meses damnificatis Ecclesijs emendam non fecerint competenter; sint, & tamdiu maneant ab officijs, administrationibus, & beneficijs suspensi, donec destiterint, & satisficerint, vt superius est expressum.

5
Ex iure cō-
muni.

D ¶ Quod si Religiosi huiusmodi administrationes, vel beneficia non habeant, eo casu, quo alij supradicti suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurvant, ante satisfactionem condignam nullatenus absoluendi, Priuilegijs non obstantibus quibuscumque. Præmissa etiam extendit ad animalia, quæ per Religiosorum ipsorum donatos, seu oblatos tenent, dum tamen illi Religiosis eisdem cum effectu donauerint, aut obtulerint se, & sua. Habetur in Clementina Religiosi. de Decimis, & primicijs.

Ex cōmu-
nicatio..

E VGENIVS 4. dedit plenissimam exemptionem Monialibus. S. Claræ, dicitque inter alia, quod vult illas esse liberas ab omni Decimorum, Subsidiorū, Gabellarum, Pedagiorum,

6
ProMonia
lib.S.Cla-
ræ.

rum, & aliorum huiusmodi solutione, & contributione. b.fo. A

41.conce.46.

7 ¶ IDEM Eugenius contulit aliam plenissimam exemptionem à Decimis, &c. Fratribus, & Monialibus Ordinis Prædicatorum, inserendo Bullam Martini.5. & Bonifacij.9. qui hoc idem prius fecerant. Sub nomine Martini habetur. b.fo. 262. concessione.681. Et sub nomine Eugenij. B.fff. 80. concessio-
ne.240.

8 ¶ IDEM Eugenius concessit Fratribus Mino. Obser. quod non teneantur facere conscientiam de Decimis in confessionibus, &c. prout habetur supra, in dictione, Absolutio quoad seculares. 2.in.6.2. B

9 ¶ IXTVS 4. extendens concessionem Clementis supra pos-
itam, dicit sic in Mari Magno. Indultum verò eiusdem Clementis prædecessoris, de Decimis non soluendis, ad quæcunque bona dictorum Fratrum, & quæcunque Decimas, etiā quas vulgus Papales appellat, & Apostolica Sedes pro Christianæ fidei defensione, aut alijs imminentibus persepe necessitatibus indicit, & quæcunque alia onera, Motu proprio, & ex certa scientia extendimus; decernentes ipsos Fratres Min. (etiam si per quoscunque exemptos, & Mendicantes solvi mādarentur, cum quibusuis derogatorijs, & fortioribus clausulis) ad illarum solutionem non teneri; & ab illarum solutione cessando, Censuras, & penas aliquas non incurgere; nisi praesentibus (non per Generales, aut alias clausulas specialem D mentionem importantes) sit alijs derogatum specificè, earum de verbo ad verbum inserto tenore. B.fo. 60. Et fo. 143. conce.347. C

Collector. ¶ IDEM habetur in Mari Magno Carmelitarum. fo. 169. conce.396. Et fo. 183. conce.450. Et additur fo. 96. Et fo. 179. conc.424. quod nec de datijs, vel pedagijs, etiam si per Principes, vel alios Dominos temporales imponantur, aliquid solvere teneantur. Et idem in Mari Magno Prædicatorum. fo. 240. E conce.579.

10 ¶ IDEM Sixtus statuit, & ordinavit, ac concessit Abbatibus, Conuentibus, & Monialibus. S. Claræ, quod de quibusunque terris, & possessionibus ad eas legitimè pertinentibus, & spectantibus, quas etiam per alios, quam eorundem Monasteriorum seruitores, & subditos excoli, & cultuari faciunt: decimas, vel primicias (auctoritate tam en Apostolica non impo-

Pro Monia lib. s. Clas-
sæ.

A impositas) quibusuis personis, cuiusvis dignitatis, gradus, status, Ordinis, vel conditionis fuerint, soluere minimè teneantur. Nec ipse, aut ipsarum terrarum, & possessionum coloni, seu cultores, ob solutionem Decimarum, Prouinciarum, aut census huiusmodi, per quempiam molestari possint; aut propter contra eos procedi, & pœnæ aliquæ promulgari valeant. Ac insuper decreuit, irritum, & inane quicquid secus super his, à quoq; quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingat attentari. Non obstantibus Constitutionibus, &c. B. fo. 35. Et ff. 118. conce. 258.

A LEXANDER 6. statuit, quod Moniales Sanctæ Claræ Primæ, & Secundæ Regulæ, ac Sorores Tertiæ Regulæ, quæ licet aliquid proprij habeant, tamen non sufficit eis ad quotidianas expensas; ad solutionem alicuius Decimæ, seu taxæ, aut collectæ pro tempore impositarum cogi non posse. B. ff. 3, conce. 4.

C EO 10. approbavit, & innouauit quasdam litteras Alexandri. 6. qui latissimè concesserat Monialibus. S. Claræ, exemptionem à solutione Decimarum, &c. vt supra. Ac insuper voluit, ut prædictæ Moniales, & Sorores Tertiij Ordinis, in Congregatione sub cura, & regimine Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, ac illarum Monasteria, domus, & loca quæcunque, quorum fructus, redditus, & prouentus, pro Monialium, & Sororum, ac aliarum personarum in illis, pro tempore, degentium, commoda sustentatione non sufficiunt, ad solutionem cuiusvis Decimæ, seu taxæ, vel collectæ, aut exactio nis, per Sedem Apostolicam, vel eius Legatos, seu Nuntios, aut quascunque alios, quamvis auctoritate fungentes, pro fideli tutione, seu expeditione contra Turcas, vel recuperatione Terraæ Sanctæ, aut quavis alia urgentissima causa imposta, etiam prætextu quarumvis Censurarum, & pœnarum ecclesiasticarum, in litteris exactionis huiusmodi appositarum, cogi, aut compelli nequeant. Et hoc voluit districte obseruari, sub pœna excommunicationis, quam contra facientes ipso facto incurvant, & à qua non, nisi per Romanum Pontificem, pro tempore existentem, absolvi possint. Ac decreuit irritum, & inane, si secus super his, à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. B. ff. 48. concessio ne. 143.

I IDEM Leo approbavit, ac de nouo concessit Privilegium Euge.

Pro Monia
libus. S.
Claræ, &
Tertiarijs.

Excommu
nicatio.

13

ProMonia lib. S. Clare. Eugenij.4. & Sixti.4. per quod Moniales. S. Clarae eximuntur plenissime à solutione Decimarum suarum terrarum, & possessionum, etiam illarum, quas per colonos faciunt cultuari. Ac etiam à gabellis, & pædagijs, vt supra positum est in. 9.6. & 10. Super quo etiam dat Conseruatores omnes Prælatos ecclesiasticos. B. ffo. 44. conce. 140.

IDE MLeo in Concilio Lateranensi statuit, quod Fratres Confessores teneantur hortari, & monere (etiam sub onere conscientiarum suarum) illos, quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscunque status, & conditionis fuerint, ad soluendum Decimas, sive aliam bonorum suorum, seu fructuum quotam, in locis, in quibus Decimæ ipse, aut similia solui consueuerunt. Ipsijsq; illas soluere recusantibus, absolutionem denegare. Et quod super hoc requisiti, id populo etiam publicè prædicare, & persuadere teneantur. B. ffo. 26. conce. 8 i.

IDE MLeo confirmavit litteras suprascriptas Alexandri. 6. dando Conseruatores omnes Ecclesiarum Prælatos. B. ffo. 48. conce. 143.

ProMonia lib. S. Clare. LEMENS 7. confirmavit, & de nouo concessit litteras Sixti, & Leonis suprapositas, eximentes Moniales Santæ Clarae à solutione Decimarum, dicens, quod litteras Sixti, & Leonis prædecessorum suorum, & prout illas concernunt omnia, & singula in eis contenta, approbat, & innouat; & pro potiori cautela, ea omnia, & eorum singula de nouo concedit, supplens omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan interuererunt in eisdem. Et insuper statuit, & ordinavit, quod perpetuis futuris temporibus, Abbatissæ, & Moniales, & Monasteria Sanctæ Clarae, Annunciationis, & Conceptionis, ac Tertiæ Regulæ Sancti Francisci, terras, & possessiones, tam per alienos, quam proprios colonos, & donatos, ac familiares Monasteriorum suorum, coli, & cultuari facientes, & ad earum sustentationem redditus sufficientes non habentes, de fructibus in illis excrescentibus, Rectoribus Parochialium Ecclesiarum, infra quarum limites, possessiones ipse consistut; aut quibusuis alijs personis, cuiuscunque dignitatis, gradus, status, ordinis, vel conditionis fuerint, Decimas, aut Primitias soluere minimè teneantur; nec ad id, à quoque, quavis auctoritate, cogi, & compelli possint. Super quo dat iudicces. B.

A ¶ Ex Privilegijs Fratrum Sancti Ioannis Hierosolymitani.

L V C I V S 3. & Bonifacius 8. præceperunt vniuersis Ecclesiæ Prælati, quatenus eorum subditis, auctoritate Apostolica, inhiberent, ne à Fratribus Hospitaliis Sancti Ioannis, in eorum Episcopatibus commorantibus; de noualibus, seu alijs terris, quas proprijs manibus, aut sumptibus exco-lunt; vel per suos arrendatores, aut alios quoscunque cultores, ad tempus. & non in perpetuum excoli faciunt; vel de animalium nutrimentis, seu aliorum in suis territorijs nascentium, vel de hortis, virgultis, & punctionibus suis, Decimas exigere aliquatenus præsumant. Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante longa præscriptione, seu potius violentia, super dictis exactiōibus, eisdem Fratribus irrogata. B.

Nota.

C CAPVCCINI ANNOTATIO.

I V S Quartus, in Constitutione sua Decima, de statu Ecclesiæ. In §. 9.
P rum. Anno 1560. exemit Moniales omnium Ordinum a solu-tione quaruncunque Decimarum, subsidiorum, & aliorum onerum.

D Et Pius V. in Constitutione Quartadecima, Dum ad vberes, idem con-firmauit, ac ampliauit pro omnibus Ordinibus Mendicantium.

Mendican-tes ad triū
Decimaru-soluendum
teneri.

Verum, quia Gregorius 13. in Const. 31. Quo in statu, ob imminentia pericula, eo anno 1575. & bella. Statuit, omnes etiam Mendicantes, ad sex Decimas soluendum esse obligatos. Tamen postea in alia Constitutione sua. Si cum nos, in anno 1577. reduxit illas ad tres tantum Decimas: & sic mandauit, ut Mendicantes, ad has tantum tres Decimas soluendum, essent obligati.

Vide tamen alia, quæ dixi supra, in Verbo, Canonica portio.

E D E C L A R A R E.

N ICOLAVS 3. qualiter comiserit declarationem re-rum vilium, & parui valoris, ad hoc vt Fratres Min. intra, & extra Ordinem, possint illas dare, & quomo-do Leo. 10. ampliauit huiusmodi Concessionem, po-situm est supra, in dictione, Dare. §. 1. & 2.

De rebus
vilibus.

2 **I**NNOCENTIVS 8. concessit, quod Vicarius Generalis Ordinis Prædicatorum de Obseruantia, Congregationis Hispaniæ; cum aliqua persona in dignitate Ecclesiastica constituta, & duobus alijs iurisconsultis, habeat auctoritatē, & facultatem interpretandi dubia, quæ occurrerint super gratijs & Priuilegijs; tam Ordini, quam Congregationi prædictis concessis. Et quod Fratres dictæ Congregationis securè possint stare declarationibus, per eosdem faciendis. o. ffo. 76. concess.

195. Et ffo. 101. conc. 394.

Collector.

¶ Vide circa prædicta, in dictione, Priuilegia. §. 13.

Offic. diuini.

Le o 10. concessit, quod Capitulum Generale dumtaxat, habeat auctoritatē declarandi dubia, quæ occurrerint circa diuini officij celebrationem. O. ffo. 59. conce. 176.

Collector.

¶ Vide suprascriptam Concessionem latius, in dictione, Of ficium diuinum, primò. §. 11.

Scrupulos
Fratres.

4 ¶ IDEM Leo concessit, quod in rebus dubijs, & scrupulis, conscientias Fratrum Mi. subditorum tangentibus, Genera lis, vel Prouinciales, seu Custodes, cum consilio aliquorū Patrum (si res magnæ importantiæ fuerint) possint, auctoritate sua Sanctitatis, determinare in scrupulis, & rebus huiusmodi, ac quod eorum determinationi, subditi secura conscientia possint, & debeant stare. O. ffo. 59. conce. 172.

Collector.

¶ Vide, in sequenti Concessione, ampliationem præceden tis Concessionis.

Scrupulos
Fratres.

5 ¶ IDEM Leo postea concessit, quod omnes Fratres, qui sunt nimis scrupulosi, possint in omnibus dubijs, suam conscientiā tangentibus, secura conscientia stare determinationi sui Guar diani, vel cuiuscunq; alterius Prælati. o. ffo. 93. conce. 287.

De rebus
vili.

¶ IDEM Leo ampliavit Cōcessionem Nicolai. 3. suprapo sitam. §. 1. vt habetur latè, in dictione, Dare. §. 1. & 2.

Oraculav iux vocis.

7 ¶ IDEM Leo concessit, vt Generalis, & quilibet Prouincialis, in suis Capitulis possint Declarare, vtrum ab vsu alicuius Concessionis, viuæ vocis Oraculo factæ, debeat Fratres absti nere, &c. vt habetur latè in dictione, Oracula. §. 3. Vide ibi, & bene nota.

Collector.

¶ De declarationibus, ac determinationibus varijs, factis à diuersis Sumis Potificibus, tā sup Regulam, quam sup multis alijs, nō fit hic mentio; quia nimis longum, & inutile foret oī illa referre; & qā iuxta diuersitatē materiarū, sup qbus factæ fuerūt, sub diuersis et dictiōibus huius Cōpēdij ponuntur.

¶ DARE

A

¶ D A R E.

NICOLAVS 3. statuit, seu concessit in declaratione Regulæ, quæ incipit, Exiit qui seminat, &c. quod de rebus mobilibus, vel parum valentibus, liceat Fratribus Minoribus, pietatis, seu deuotionis intuitu, vel pro alia honesta, & rationabili causa, obtenta super hoc prius suorum Superiorum licetia, iuxta quod, inter Fratres, in Generali, vel Prouincialibus Capitulis (tam de ipsis rebus vilibus, seu parum valentibus, & earum valore; quam etiam de præfata licentia, scilicet, a quibus, & qualiter sit habenda) ex titerit Ordinatum, intra, & extra Ordinem alijs elargiri. B. fo. 5. tract. 2. & ffo. 10. tract. 2.

LE O 10. supradictam concessionem ampliando, concedit, quod non solum Generalis, & Prouinciales, ac Custodes in suis Capitulis, sed etiam ipsi, ac eorum Generales Commissarij, extra Capitula, possint arbitrari, quæ res debeant vi les, & parui valoris reputari, ad hoc, vt res huiusmodi possint dari intra, & extra Ordinem, & suis subditis, ad dandum, & recipiendum, licentiam concedere; prout eis, secundum Deum, videbitur expedire. O. ffo. 59. conce. 175.

¶ In Capitulo Generali Meclinensi, facta est circa prædicta sequens determinatio.

DItem, quod Fratres, nullo modo, secundum intentionem Regule, aut Declarationes Summorum Pôtificum, possint dare aliqua, quantumcunque vilia, alijs, siue Fratribus, siue secularibus; nec recipere alia, absque licentia suorum Prælatorum. Habetur hoc. fo. 228. tract. 3. Et ffo. 246. in 2. tractatu.



C A P V C C I N I A N N O T A T I O.

EX supradictis Dispositionibus Nicolai. 3. & Leon. 10. Circa Dare, vel recipere à Fratribus, &c. Iam. 4. conditiones requiri ridentur, vt iuxta conscientiam Fratres donare possint; Vna quod res sit vilia, & parui valoris, secundum quod in Capitulis Gener. vel Prouint. vel extra à Generali Prouincialibus, Custodibus, eorumque Commissarijs, determinatum, & ordinatum fuerit.

Secunda, quod de prædicatorum Superiorum licentia fiat: Vnde Guar- diani ex vi sui officij non possent illam dare, nisi à prædictis Prælatis,

S vel

I
Pauptas.Pro rebus
vilibus.Ampliatio
cōcessionis
suprascri-
ptæ.

Collector.

Statutum
Capituli
GeneralisVt Fratres
possint do-
nare. 4. Cō
ditiones re
quiruntur.

Accomo-
dare inter
se Fratres.

Licetia p-
minimis.

vel à consuetudine fuerit concessum, sicut hodie eo ipso, quo Guardiani instituuntur, concessum eis esse videtur. Et licet sine praesata licentia, valent Fratres ad inuidem res aliquas, ut libros, vestes, & alia similia inter seipso accommodare, rem tamen aliquam donare, aut recipere inter se inuidem non possunt, ut communiter Regula Expositores aiunt. Pro minimis vero, & saepe necessarijs, (secundum Vgensem, & Pisan.) ut pro penna, &c. filo, &c. licentiam sufficit Generalem habere; & etiam sufficiet licentia interpretativa, hoc est, quando Praelati id sciunt. & libenter permittunt. alias si de contraria voluntate presumeretur, non posse.

B

Tertia conditio est, quod res donanda sit mobilis; ex immobilibus enim reputa, de horto, domo, &c. nec palmum, Fratres donare poterunt, & si de facto dederint, donatio est nulla, & ipsi actum propriet. commiserunt.

Quarta conditio, quod res donanda non sit pecunia, quia cum illius rus nobis sit interdictus, nec Papa illam in suum dominium recipit, unde nisi per ipsum dantem, vel eius auctoritatem illa donari possit.

Pars pecu-
nia legate
an possint
remitti.

Et sic nec Fratres possint dimittere partem legata eis pecuniae, ad praeces haeredum, cum non sint eius Domini: Immo (ut Salamanticæ fuit conclusum.) Nec per Syndicum Papæ id posset fieri; quia licet in Bulla Syndicatus continetur, quod Syndicus potestatem habeat remittendi, restandi, &c. hoc tamen intelligitur, quando id in Fratrum utilitatem sit. Unde quando id in Fratrum utilitatem verteret, (puta ad evitanda litigia, vel diuturnas solutiones, &c.) tunc bene possent.

Fratres qd
possunt re-
cipere.

Et sicut ipsi Fratres non possunt alijs donare; ita etiam nec aliquid ipsi possunt accipere, sine Praelatorum suorum licentia, etiam à quounque potente donare: ut ait Gerson. & Vgo, & Seren. consci. q. 81. Et licet aliquis Frater potestatem habeat ad donandum aliquid Fratribus: ille tamen Frater, cuires donanda est, non potest illam accipere, absque Praelatorum licentia, nisi fuerit specificata Praelato persona Fratris, cui donanda est res, Sicut Frater non potest à seculari potenti donare, aliquid recipere.

Sed modo
est obser-
vanda Co-
muni. Cle. 8.

Sed licet suprascripta, ita fuerint ab Expositoribus nostra Minoritana Regula declarata, & à Fratribus hactenus obseruata; Nunc tamen obseruanda est, & bene attendenda Dispositio. S. D. N. Clemen. quæ nunc sequitur.

275

BVLLÆ S.D.N. CLEMENTIS. VIII.

DE LARGITIONE MVNERVM



DECLARATIO.

B  *S t sciendum, quod hoc anno 1594. 13. Calend. Iulij, Circa largitione munerum, utriusque sexus Regularibus, S. D. N. Clement. viij. in Constitutione sua. Religiose Congregatio- nes, &c. tale fecit Interdictum.*

Religiose Congregationes ab insignis Santitate, Et infra ? Ne ex muniberis , quæ à pluribus Religiose vita professo- ribus, ex Christi patrimonio, quibusuis hominibus,qua- uis ex causa , sèpè tribuuntur , grauia incommoda , & mala, Verba ^{Pub} B. lx. etiam boni spetie existant, præcavere studentes ; hac nostra

C perpetuò valitura. Constitut. Vniuersis , & Singulis cuius- cunque Ordinis, Mendicantium, vel non Mendicantium, bona immobilia, & redditus certos, ex indulto Apostolico, pos- sidentium, vel non possidentium, seu cuiusvis Cōgregationis, Societatis, & Instituti (non tamen Militiæ) Regularibus per sonis utriuslibet sexus, omnem, & quamcunque largitionem , & missionem munerum pœnitius interdicimus. Sub qua prohi- tione compræhendi volumus, omnia, & singula Capitula, Cō- uentus, & Congregationes , tam siagulorum Conuentualium

D Monasteriorum, Prioratum, &c Ipsos etiam Ordinum, Congregationum, & Societatum huiusmodi Superiores quascun- que dignitates obtinentes, etiam Generales, & Prouintiales, Magistros, Ministros, & quocunque nomine Præfectos, Abba- tes, Priors, Præpositos, Præceptores, etiam maiores Guardia- nos, Ministros, Rectores, Abbatissas, Priorissas, & alio quoquis titulo Præsidentes, tam ipsis Regularibus, quam locorum Or- dinarijs, seu quibusuis Superioribus subiectas, utriuslibet se- xus, ad vitam, vel ad tempus Deputatos.

Adeo ut nemo vñquam eorum, vel earum, directè, vel indi- rectè, palam, vel occultè, tam communi, quam particulari , & proprio nomine, etiam sub quoquis Statuti, vel Cōsuetudinis, seu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacunque cau- sa, nisi in Generali Capitulo, aut alia Generali Congregatio- ne, re matura discussa, vñanimi consensu omnium, Superiorū-

1. Genera- litas com- præhēdēt omnes Re- ligiosos, & Religio- nes nō va- lētes dona- re.

Generali- tas circa modos do- nandi.

que permisso causa approbata fuerit, quicquam tale attentare valeat.

4. Id autem ita absolute, & generatim vetitum intelligatur, ut neque omnino fas sit quicquam donare, tam ex fructibus, redditibus, & prouentibus, collectis, vel contributionibus, aut eleemosinis, aut subsidijs Mēsæ, seu Massæ communis, &c. quam ex pecunijs etiam, quæ à singulis, quo quis modo acquisitæ, in commune conferendæ omnino sunt.

Nec si per viam voluntariæ contributionis in commune **B** congregantur.

Nec si forsan priuatim, & nominatim cuilibet Religioso, à suis Superioribus, vel à proprijs affinibus, propinquis, familia ribus, amicis, aut beneuolis, vel à pijs Christi fidelibus, etiam eleemosynæ, aut charitatis, & illius propriæ personæ intuitu attributæ, seu quoquomodo, per quemlibet Religiosum suo Monasterio, Domui, aut loco acquisitæ, eiq; vt ad libitum de eis disponat, per Superiores concessæ fuerint.

5. Præterquam leuiora Esculenta, aut Poculenta, seu ad de-
Excipliūt uotionem, vel Religionem pertinentia munuscula, Commu-
leuoria ex ni tantum, nunquam verò particulari nomine (vbi superiori
culenta, & de consensu Conuentus videbitur) redenda.
poculēta.

Sed & huiusmodi missiones munerū, ipsis Religiosis vtrius
6. liber sexus, non solum per se, verum etiam per alios, tam di-
rectè, quam indirectè prohibitos declaramus.

3. Genera-
litas circa modos do-
mandi.

Neq; verò quispiam ab hac generali prohibitiore se excu-
sare valeat, etiam si munera miserit cuiusuis personæ laicæ,
vel Ecclesiasticæ cuiuscunq; Status, gradus, dignitatis, Ordi-
nis, vel conditionis, & quauis non solum mundana, & Duca-
li, Regia, Imperiali; verùm etiam Ecclesiastica, & Pontifica-
li, aut alia maiori, etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate ful-
genti, etiam proprio loci Ordinario, etiam eius causa, & occa-
sione benedictionis, vel susceptionis habitus Regularis, ton-
suræ, aut professionis Monialium, tam sibi subditarum, quam
non subditarum, aut ipsi etiam proprij Ordinis, vel Congre-
gationis Protectori, Vice protectori, Generali, vel Prouincia-
li, aut cuiuslibet loci Regularis Superiori, aut alio quocunq;
officio, aut dignitate fulgenti, vel cuicunq; etiam simplici, &
particulari Religiolo.

4. Genera-
litas com-
prehēdens
personas
quibus nō
potest do-
pari.

Ita vt inter ipsos quoque Religiosos (ne praua ambitione
impulsi, pro consequendis in sua Religione gradibus, & digni-
tatibus,

A 9tatibus, alter alterius gratiam, aut benevolentiam aucupe-tut) quæcunq; largitio, aut donatio munerum (nisi rerum minimarum, de licentia expressa, & inscriptis Superiorum) sit pœnitus interdicta.

B 9Insuper prohibemus, ne vnquam eisdē Regularibus liceat, vllas pecunias quoquomodo erogare, in alicuius etiam Benefactoris, aut Protectoris, vel Ordinarij honorem, etiam occa-sione transitus, vel primi ingressus, aut quoquis alio prætextu, seu pro prædi&is personis, quavis auctoritate, vel dignitate fungentibus, honorifice, lautè, & opiparè excipiendis, vel pro quibusuis conuiuijs eisdem exhibendis, vel pro commissario-nibus, aut compotationibus, quibusuis personis, tam eiusdem Ordinis, Congregationis, Monasterij, aut loci, quam extra-neis largiendis.

C 10Aut pro exhibendis spectaculis, etiam Pijs intra Ecclesias,

Monasteria, & Domos sacras, vel extra eas; nisi re ipsa pro di-uino cultu, & veris Christi pauperum indigentij, seruato in hoc Charitatis ordine, & habita necessitatis ratione, de con-silio, & consensu Superiorum subleuandis, aut alijs in rebus li-citis, & per Capitulum Generale, aut Prouentiale non prohi-bitis, vel taxam ibi forsan præscriptā non excedentibus, sum-ptus huiusmodi fiant.

D 11Declarantes tamen per hæc, hospitalitatem, & Eleemosinā erga pauperes, & peregrinos nequaquam imminui, aut prohi-beri, &c.

E 12Si quos verò ditiōres, occasione transitus, siue alijs ex de-votionis, aut necessitatis causa, eò diuertere contigerit, eos sanè deceret Refectorio communī cum Religiosis, Mensaque & ferculis communib; nequaquam à cæteris distinguis, con-tentos esse. Verū, omnino ipsi Regulares in hospitibus hu-iusmodi potentioribus excipiendis, ita se gerant, vt in eis fru-galitas, & paupertas religiosa prorsus eluceat.

F 13Pari etiam ratione distictè inhibemus, ne quispiam ex præ-dictis Laycus, alias quam superiorius dictum est, vel Clericus, Se-cularis, vel Regularis, quounque honore, præminentia, aut dignitate, etiam S.R.E. Cardinalatus dignitate prædictus, et Protector, Ordinarius loci, & alij Prælati Regulares vtriusq; sexus, contra hanc superiorius expressam prohibitionem quid-quam recipient.

G 14Quod si, vel ab aliquo particulari Religioso, vel à Superio-

re quopiam, aut à Conuentu, Capitulo, vel Congregatione, si-
ue ab vniuerso Ordine, & Religione quicquam receperint, id A
quod acceperint suum non faciant. Verū ipso factō, absque
aliqua monitione Iudicis, decreto, aut declaratione, ad illius
restitutionem omnino in vtroq; foro teneantur: adeò vt, re-
stitutione ipsa realiter non facta, neq; etiam in foro consciencie
absolui possint.

15 Hanc autem restitutionem fieri volumus, non priuatim ei
Religioso, qui donauit, sed ei Monasterio, Domui, vel alteri loco,
de cuius bonis facta est largitio, vel si non de eius bonis do-
natū est, in quo idē Religiosus donās p̄fessionē emisit, vel si no-
mine toti Capituli, Cōuētus, aut Cōgregationis, vel vniuersi
Ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit; pariter com-
muni Mense, aut Massæ, cuius nomine donatum fuerit, acce-
pta munera restituuntur: ita vt nec qui donauit, nec Conuen-
tus, Capitulum, &c. aut Religio, cui restitutio facienda est, il-
lam remittere, & iterū condonare, aut recipientem ab obli-
gatione restituendi eximere, vel vt in pauperes eroget, conce-
dere quoquomodo possit. C

16 Quod si quis ex supradictis Regularibus vtriuslibet sexus,
cuiuscunq; gradus Ordinis, &c. nostrarū huiusmodi prohibi-
tionum transgressor fuerit; statuimus, vt omnibus, & singulis,
per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & offi-
cijs, eo ipso, priuatus, ac ad illa, & alia similia, vel dissimilia in
futurum obtainenda inhabilis perpetuō, & incapax, ac perpe-
tua infamia, & ignominia, notatus existat. Et præterea priua-
tionem vocis actiū, & passiū absq; vlo Superioris decreto,
aut ministerio, ipso factō incurrat, necnon vltra huiusmodi
pœnas, etiam, tāquam contra furti, & simonię criminū reum,
tam per viam denuntiationis, accusationis, aut querelę, quām
etiam ex officio procedi, & inquire, condignisq; supplicijs af-
fici debeat.

Sequuntur Clausulæ vniuersales circa huius Const. execu-
tionem, & non obstantię, &c. Dat. Romæ, anno Incarnat. Domini
nicæ. 1594. 13. Cal. Iulij. Pontif. nostri anno. 3. E

F I N I S B V L L A E.

A **V** E R V M quia huiusmodi Constitutio , quanto est utilior , ut
Regularium Ordinum disciplina , aut labefacta in pristinum
restituatur , aut salutaribus Constitutionibus commonita , integra , atq; in-
columis permaneat . (que inter alias , est potissima causa finalis huius Cōst.)
tanto est , ex alia parte , varijs difficultatibus implicata , adeo , ut multis est
doctissimis viris negotium fecerit , & maximè , cùm nec ipsa S. D. N. Papæ
eam voluerit in aliquo declarare ; sed Iuris cōis dispossessioni relinquere .

B **V**nde aliquarum ego , magis difficultum (ex nonnullorum doctissimorum
virorum opinione , & præcipue admodum R. P. Marij de Andria Socie-
tatis Iesu , qui hanc Const. publicè Neap. declarauit) elucidationem appo-
nere non grauabor : Nō tamen , quasi ista declarationes , inducere aliquas
habeant necessarias , sed probabiles tantum Opiniones , & nisi fuerit aliter
declaratum ab ipso legislatore ; sed omnia , veritati , ac interpretationibus .
S. R. E. & aliorum opinioni sanioris iudiciis submittendo .

C **H**inc primò sciendum , quod huiusmodi Constitutio , obligat in con-
scientia , & ad peccatum mortale , quia cùm omnis lex , etiam ciuilis ,
obliget transgressores ad peccatum ; multo magis obligat isti , cùm sit lex iu-
sta , & maximè Pontificia , continens obseruantiam voti paupertatis in Re-
ligiosis , quæ est materia grauis , & adsunt verba valde præceptoria , ut pa-
tet in tex . & pœnæ nimis graues : Quæ omnia sunt iudicia quedam potissi-
ma , ad cognoscendum quando lex aliqua , sive Constitutio obligat ad pecca-
tum mortale , ut Doctores aiunt , quia secus eſet , quando tractaretur de
materia leui , & supradictis Verbis ita præceptoris non vteretur ; tunc
enim nisi ad veniale peccatum Obligaret .

Protestationes .

Primas .

De hac ma-
teria latè
Tract. So-
tus. lib. 1.
de iusti. &
iur. q. 6. ar.
4. & 5.

D **S**ecundò . Aduertendum , quod dūm in Rubrica huius Constitutionis di-
citur . De largitate Munerū vtriusq; Sexus Regul. interdicta ;
licet largitionis vocabulum , propriè , & strictè , significet profusam quan-
dam donationem , ad aliquam ambitionem impetrandam , semperq; capia-
tur in malam partem , (& vulgo appellatur subornatio) tamen hic , tam
Munus , quam Largitio , accipiuntur latissimè , pro omni Donatione , etiam
quod non fiat ad finem Ambitionis .

Secundò .
Rubrica .
Const .
Largitio .
Munerū .
quid im-
portet .

E **E**t dū dicitur , Vtriusq; sexus Regularibus , &c. Scias , quod Regula
res , illi propriè dicuntur , qui emittunt tria illa vota essentialia , in Religio-
ne approbata ; Adeo quod vtrunque requiritur , ut quis in hac Bulla com-
prehendatur , scilicet , ut tria illa vota essentialia emittat , & ut sit Profes-
sus in Religione approbata ; quorum uno deficiente , minimè comprehen-
deretur . Ex quo infertur non comprehendendi in Conſtit. Clerici Seculares ,
nec Mulieres , vel homines , qui in aliquo Hospitali , vel Xenodochio con-
seruantur ; Nec Mulieres quedam deuotæ , & pie , oblatæ , seu conuerte-
licet viuant in communi , & sint clausæ in loco aliquo pio ; nam hæ perso-

Abbas in
Rubrica .
de Regul.

In hac Cō
ſti. nō com
prehendit
Cler. secu
lar. Mulie
res in ali
quo loco .

Cōuersæ, n̄e non sunt Regulares. iuxta supradictas conditiones. Ut not. Nauar. in
 & Cōuersi. consl. 8.2. & 8.3. Tit. de Regul. Nec Bizocharæ, seu Mantellatae, vel Ter-
 Bizocharæ tiarij, & Tertiariæ Tertiij Ordinis.

Nec Nouitij, & Nouitiae cum appellatione Religiosorum, solum re-
 Nouitij. nuant Professione tacita, siue expressa. c. Religioso. §. 1. de sent.
 excom. lib. 6.

Milites. Nec etiam Milites Regulares, vt sunt Melitæ. S. Ioannis, S. Iacobi, &
 similes.

Emitentes B duo tātūm vota. Si tamen est Religio approbata, & Religiosi, non emittunt nisi duo tan-
 tum rota, Obediētiā, scilicet, & Castitatem, ex dispensatione Summi P̄d-
 tis. nec isti comprehenduntur in hac Bulla.

Professæ extra Mo- non viuant in Monasterio, sed in domibus Parentum, bene comprehen-
 nast. manē- duntur. Locus enim in hoc casu, non est in consideratione, cum tenean-
 tes compre- tur, ubicumque reperiuntur, eorum Regulam obseruare.
 hendūtur.

Tertiò. Quoad §. 1. rbi ponuntur Bullæ præfatio, & Summi Pontifi- C
 eis intentio, est sciendum, quod ex illis verbis, plures fines, seu causæ fina-
 les, principales, huius Constitutionis colliguntur, quarum una, & princi-
 palis est (ut sonant verba) vt Regularium Ordinum disciplina, aut labe-
 factata in prislīnū restituatur, aut salutaribus Constitutionibus commu-
 nita, integra, atque incolmis permaneat; Alia est, vt rotum paupertatis
 integrè seruetur. Tertia. Nè Bona Monasteriorum, vel quorumcun-
 que Regularium, siue sint redditus, siue Eleemosine, siue bona quo-
 modocunque acquisita, dilapidarentur, & dissiparentur. Quar- D
 tæ. Nè prava ambitione impulsi Religiosi, pro consequendis of-
 ficijs, alter alterius gratiam, vel Protectoris benevolentiam, aucu-
 petur.

Et hinc non valet, quis dicere, se non donare de bonis Monasterij,
 sed de alijs sibi ab amicis donatis, vel à parentibus; nec se donare, vt aucu-
 petur gratia Superioris, vel alterius; & quod sic cessaret causa Constitu-
 tionis, & per consequens, cessare deberet etiam eius effectus; iux. regul.
 sex. in cap. cum cessante, de Appellat. Nā ad hæc, & alia similia motiva
 rūnica potest responsione responderi, excerpta ex tex. §. affinitatis Instit. de
 nuptijs, quod quando sunt plures causæ æquæ finales, cessante una, non
 cessat altera, vt est in casu nostro, in quo licet cesset una, vel altera causa,
 non potest tamen cessare r̄nquam illa, quæ Votum paupertatis respicit,
 quod Votum est fundamentum Religionis. Clem. Ex vi de Parad. de verb.
 signif. & c. exist seminare, de verb sign. In 6.

Quartò. Quoad. §. 2. est aduertendum, quod in ista parte continentur tria

A tria præcipua: Primo quædam generalitates, tam Personarum donantiū, & recipientium, quam etiam Modi donandi, & rerū donatarum. Secundō continentur quædam Exceptiones, seu Modificationes quorundam causum, in quibus potest donari. Tertio continentur Pœnæ, tāsecularibus recipientibus, quam Regularibus dantibus impositæ. Generalitates, quæ bic continentur sunt sex. quarum Prima comprehēdit omnes Religiones, & Religiosos, cuiuscunq; conditionis sint (excepta Militiæ) Anachoritæ verò, Eremitæ, seu soli vaghi, seu quocunq; alio nomine appellen-tur, qui non sunt in aliqua Religione approbata, sed habitant in Eremis, non continentur in Bulla. Comprehendit secundo loco, hæc prima genera-litas huius Bullæ, omnia Capitula, omnes Conuentus, Congregationes, omnia loca, quorūcunq; Regularium, & etiā omnes Superiores, utrius-que sextus Religionum, siue sint Abbates, siue generales, &c. & omnes particulares Religiosos utriusq; sexus, ne possint aliquid donare.

Diviso cō-tentorū in Bulla.

Sex gene-ralitates cōpre-hēdētes, tam donantes, quam reci-pientes, & res dona-tas.

Vt in c. p-latum. §. è contra. 19.

q.3.
2. genera-litas est cir-ca res do-nandas.

C 1. Vel sunt omnes, & quævis pecunia quantitates, ne possint alicui ero-gari (ut in §. 4. & 9. Id autem ita, etc. & insuper probibemus) & sic cū probibetur Pecunia, videntur omnia probiberi, quæ pretio possunt exti-mari, Pecuniae enim verbum generale est, & omnia comprehendit, & complectitur. ut est tex. in l. 1. in fin. ff. de calumniat. & l. 2. & fin. C. de Const. pecun.

Item statuitur, ut non sit licitum donare, ex fructibus, redditibus, pruentibus, &c. ut in §. 3. Id autem absolute, &c.

D Itaq; Monaci, seu Moniales professi, nihil penitus possunt donare, li-cet habeant bona parafrenalia, seu aliundè acquisita per donationem, vel exercitium, cum quicquid acquirat Monachus, seu Mon. acquirat Monast.

Tertia generalitas est modorum. Prohibentur enim supradicti Reli-giosi, donare quovis modo, siue directe, siue indirecte, palam, siue oc-culte, &c. ut patet in §. 3. & ibi. Adeo ut nemo, etc. Vnde si quis, vel si qua diceret suis consanguineis, ut quod vellent sibi donare, donarent

3. genera-litas cōpre-hēdēt mo-dos dona-di.

E talis suo nomine, non posset fieri, cum sic, esset donare indirecte; & ita ēt quando deberent à consanguineis, vel alijs, aliquam consequi pecunie quantitatē, si illā vellent eis remittere, non possent, esset enim donare indirecte: & sic pariter si quis comodaret aliquid, illud amplius ani-mo non repetendi: Vel donare per mulieres Novitias, vel Conuersas, quæ non comprehenduntur in Bulla, donatio esset indirecte. Qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur.

Quarta generalitas, comprehendit omnes personas donatarias i. qui-4. genera-litas cōpre-bus

hendens p-
sonas qui-
bus nō pot-
donari. bus donatur, tam seculares, quā ecclesiasticas (vt in §. 7. habetur) qua-
uis dignitate, seu auctoritate fulgentes, etiam si sint Protectores Ordinū,
Ordinary locorum, etc. prohibetur. ne cuilibet ipsorum à Regularibus su-
pradicatis aliquid donetur. nec ratione transitus, vel ingressus, nec alia
quacunq; causa. Ac etiā prohibentur donare, et dona accipere, Religiō-
omnes inter seipso, siue sint eiusdem Ord. vel Monast. siue alterius.

§. genera-
lit. conui-
uiorm. Quinta generalitas est conuiuorum, & in ea continentur tria, vt in
§. 9. Insuper prohibemus, habetur.

Primo. Ut non possint Regulares excipere quemcunq; Prælatū tran-
seuntem laute, sumptuosè, & opiparè. 2. Coniuījs quibuscunq; excipe-
re. 3. Cōmissionibus, & computationibus quibusvis personis, tam eius-
dem ordinis, quam extraneis largiendis.

6. genera-
lit. specta-
cotorum. Sexta, & ultima generalitas, est Spectaculorum, prohibētur enim om-
nia, & quæcunq; spectacula pia, etiam in memoriam Passionis Domini-
cæ, & hoc ratione sumptus, &c. vt in §. 10.

Casus in
quibus li-
cer donare
excepti in
Bulla. Secundò, Principaliter sunt declarandi aliqui casus, excepti in Bul-
la, in quibus licet donare.

Primus casus est, quando in Capitulo generali, & ex causa approba-
ta, & iusta, fit aliqua donatio, vt habetur in §. 3. in fine ibi, Nisi in ge-
nerali Capitulo. Et in hoc primo casu, quinq; copulatiuē sunt seruanda.
Primò vt fiat in Capitulo, vel Congregatione generali; non enim sufficit
Capitulum Prouinciale, vel conclusio totius Conuentus. Secundò, ut fiat
re mature discussa. Tertiò, vt fiat causa approbata. Quartò, vt fiat de Su-
periorum permisso. Quintò, vt fiat unanimi omniū consensu, id est vt con-
sentiant omnes, quia uno discrepante nihil valeret; Nequè hic habet lo-
cū illa Regula iuris, quod id quod maior pars facit, omnes fecisse viden-
tur; quia quādo in aliquo actu requiritur, quod aliquid concorditer fiat,
non est dispositioni satisfactum, si aliquis contradicit, vt optimè per glos.
in c. ubi periculum in §. iijdem, in verbo singulis, & ibi Geminianus, &
declarat Iason in l. de fidei commissio nu. 6. c. de transactio.

z. Casus
esculentia,
& poculen-
ta. Secundus Casus, in quo possunt Religiōsi donare est, quādo donat que-
dam leuiora, esculenta, vel poculenta, seu ad devotionem, & Religionē
pertinetia munuscula: Hæc possunt donari, seruatis tamen quibusdā con-
ditionibus. Primò vt sint esculenta tantum, vel poculenta tantum, vel
esculenta, & poculenta, & non alia. Secundò vt sint leuiora, non gran-
dia. Tertiò vt dentur de consensu Conuentus, vel Monasterij. Quartò cū
approbatione, & licentia Superioris. Quinto, & ultimò, vt detur nomi-
ne communi, & non particulari, vi habetur in Bulla in. §. 9. versiculo
præterquam leuiora.

Leuiora
esculentia, Sed difficultas est noscere, quante quantitatis debeant esse hæc leui-
ra escul-

Ara esculenta, & poculenta; & licet rideatur decidi in iure per l. plebi-scit. de officio Præsidis, quod illud dicatur, quod intra tres dies proximos prodigatur, scilicet consumatur, & sic videtur, dici quod sint viclus triū dierum totius domus, ac familiæ; indissimilitate enim loquitur, & quod per consequens ex hac resolutione rideatur dicendum, quod hæc excul. & pocul. possint extendi, usque ad valorem trium aureorum, ut est consimilis tex. in l. solet, de officio proconsul;

pocul. quæ
tæ quanti-
tatis debet
esse.

Tamen contrariū est verius, scilicet, quod non debent excedere illam-
Bquantitatem, quæ, si surriperetur, peccatum esset mortale, id est quan-titatem valoris unius, vel duorum Carolenorum ad summum, & sic non deberet excedere præmium illud, quo homines solent locare suas operas diurnas, quod quando exceditur in furto, peccatum est mortale, ut di-cit D. Thom. 22. q. 66. art. 6. Et hoc patet ex verbis Bullæ, ubi non con-tensus Summus Pontif. dicere Esculenta, & Pocul, addidit illud dimi-nutum, leuia, immo subiunxit, leuiora, & eò magis cum sit attenden-da conditio donatis, num pauper, num diues sit, in donationibus: & quis reperitur pauperior quam Religiosus, vel Religiosa?

CHæc autem licentia donandi Esculenta, quæ necessariò requiri-tur, potest dari semel pro semper (ne sæpe obtundantur aures Superio-ris) ut possint donari certis personis, certa quantitas Esculentorum, & Pocul. & non passim, & indistinctè; nec hæc donatio debet esse quotidiana, quia esset facere fraudem legi, & multa modica faceret unam satis.

Licentia do-nandi.

DEt aduertendum, quod Munuscula ad Religionem, vel deuotionem per-tinentia, possent interprætari, quod sint Reliquiæ Sanctorum paruu-læ, Immaginiæq; Papiricæ, Vascula aliqua liquoris mannae, Coronæ cù-indulgentijs, Agnusdei, Numismata benedicta, seu libelli aliqui deuo-ti: Sed si essent aliqua magna Reliquiæ Sanctorum, vel Reliquiarij, & alia supradicita, magni præiij, vel excedenter summam illam duorum, vel trium Iuliorū, tunc essent obseruanda ea, quæ de primo casu sunt di-sta, ut videlicet in Capitulo generali, &c.

Munuscu-la ad deuo-tionē per-tinentia.

ETertijs Casus in quo Religiosi inter ipsos possunt donare, est rerū min-imarum, ut habetur in §. 8. ibi. Ita, ut inter ipsos quoq; Religiosos, &c. ubi quatuor sunt obseruanda.

Donare re-ligiosi in-ter se.

Primò ut ista largitio rerum minimarum, fiat inter ipsos Religiosos tan-tum, vel eiusdem, vel alterius Ordinis, seruatis semper seruandis.

Quatuor sunt nota-na.

Secundò, ut sint res minime. Secundò, de licentia Superioris. Tertiò, non tacita, neque interpetrativa, sed expressa, excludens tacitam, & interpetrativam. Quartò, non oretenus, sed inscriptis, & hæc, ut caute-procedatur in foro exteriori, quia hic agitur de pena exteriori infligenda.

Secundò obseruandum, quod quantitas istarum rerum minimarum (re-tilis.

lielis opinionibus extremis, Soti, scilicet, & Nauaræ, Soti enim, ut nimis larga, qui dicebat summum duorum, vel trium ducatorū non esse notabilem quantitatem; & Nauar. ut nimis arcta, qui ait dimidium Iulij esse notabilem quantitatem. Dicimus, quod sit duorum vel trium Iuliorū, secundum veriorem opinionem, attenta conditione dantis, quia Religio-sus est priuerrimus, & votum emisit paupertatis. Ultra quam summam parvam, esset determinandum in Capitulo generali ut supra. Veruntamen, iūm intellexi, suam Sanctitatem postmodum declarasse, ut istarū rerum minimarum quantitatis taxatione, pertineat ad Regulariū Superiorēs.

Tertio. Notandum, quod dum dicitur, ut ista minima nō dentur, nisi de licentia expressa, & in scriptis Superiorum: Superiorēs, omnes illi dicuntur, quod habent ordinariā iurisdictionem, ut sunt Generales, Provinciales, Abbates, Priors, Guardiani, Rectores, Præpositi, & Abbatissæ, & quocunque alio nomine nuncupentur, & quod sufficit licentia semel pro semper, in scriptis, ut supra.

Quarto. Notandum dicitur, &c. Ad euitandam ambitionem: quod dare res parvas, est signū potius amicitiae, ac urbanitatis. Cap. & si, de simonia, quam aucupandæ benevolentiae, quia ut dicit Nauar. in tit. de datis promissis, cessat in his ratio aucupandæ benevolentiae, cū illa non auptetur, maxime ad impestrandū aliquod officium, cum re parui momenti, sed cum re notabili, &c.

Pro diuino cultu.
Quartus Casus, licet dare pro diuino cultu, ut facere sepulcrum in die Paræscue, sed non ad priuata commoda: In certis festis Sanctorum, præparare Ecclesiā, præcipue ad alliciendos populos ad devotionis frequentiam; tamē in Capitulis Generalibus, & Provincialibus, debent taxari sumptus, & impense, ut in §. 10.

Peleemosina, quatuor concorrentibus.
Quintus Casus, est pro subleuādis pauperibus, & in alijs nō prohibitis per capitula, nō excedentibus valorem supraprædictū, ut in eodem. §. 10. Adeo quod, non prohibentur Eleemosinæ obseruatis tamen, quatuor conditionibus. Primo ut dentur veris pauperibus, & pro veris indigentibus, non fictis. Secundo seruato ordine charitatis. Tertio de consilio, & consensu Superiorum copulatiue, prius enim aportet, ut consulatur Superiorēs, & postea sequatur illius assensus, ut detur certa quantitas, & certis personis; & non sufficit tacita licentia, nec ratihabitio, sed consensus; nō post factum, sed antequam fiat. Abbas in consil. suo. 40. in 2. par. Doct. in l. 3. de aucto. tuto. Quarta conditio, habita ratione necessitatis, quod iuxta illius quantitatē sit magna, vel parua eleemosina.

Et sic Religiosi habentes peculium particulare, & Moniales peculium parafrenalium, possunt his dispensare pro elemosina parentibus indigēti us necessaria, vel non valentibus decenter, & secundum statum, & conditionem

A titionem suam, vivere, habita tamen ratione paupertatis. ut Tho. & Caiet. 22.q.32.art.6. & q.43.art.8. & Nau.in Apol.de reddit. in mon. 73.

Sextus casus est, causa laudabilis hospitalitatis, praesertim erga pauperes, & maximè ubi fuerint redditus applicati, & destinati pro hac hospitalitate, ut in §. 11.

Vltimus Casus est, ratione hospitalitatis, etiam ratione Poteriorum, & Hospitalitas potenteriorum.
Ditorum: Seruatis tamen quatuor conditionibus, quarum una deficiente non potest fieri.

B Prima conditione, ut non incitentur à Religiosis de industria, & consulto, sed occasione transitus, praesertim si longè adsint diuersoria secularii, sed obiter, per accidens, causa necessitatis, vel devotionis.

Secunda, ut non recipiantur opipare, sed modestè, & Religiosè, nō honificè, & sumptuosè, seruata frugalitate, & paupertate religiosa; & dandæ sunt res conuenientes ipsis Religiosis.

Tertia conditio, ut comedatur in Refectorio communi, & cibis communibus, iuxta illud de paupertate mea do tibi.

C Quarta, & si Potentes, qui causa transitus recipiuntur, ob verecundiam nolent comedere in Refectorio communi (ecce quarta conditio) ut in cubiculis priuatis comedatur, etc. & aliquid amplius potest dari, semper tamen seruata frugalitate religiosa. ut habetur in §. 12. Bulla, dummodo illud amplius non fuerit pretiosum, & affectuosè extra Monasterium procuratum, quia hoc esset indirectè.

Sunt etiam alij casus extra Bullam, in quibus licet regularibus donare, & tacite comprehenduntur in Bulla, sub illis verbis in §. 10. positis (aut alias in rebus lictis, etc.) Alij casus extra Bullam in quibus licet donare.

D Primus est, quando nō erit Donatio, sed erit aliis contractus, Mutui, vel Comodatus, vel Locationis, aut Versionis, etiā pro medio, vel infimo pretio; aut Permutationis, nisi in quibus casibus possunt Religiosi cū alijs Religiosis, vel etiam laicis contrahere, dummodo nō essent paliatae Donationes.

Item, possent fieri aliquæ commessationes in compensatione. v.g. Si aliqui Monachii invitaret alios eiusdem, sive alterius Religionis ob aliquod festum, tunc possent invitati in alio festo, illos etiam reinvitare, & hoc nō erit contra Bullam, cum in hoc, Monasterium nihil perdat.

E Item alius casus est, quando soluitur debitum: vel remuneratur, sive compensatur aliquot beneficium, & obsequium. v.g. Quando famuli servient alicui Monasterio, ultra salarium taxatum, potest Conuentus aliquid aliud, in remunerationem bonorum servitiorum dare: quia hæc nō est donatio, sed remuneratio; Nam ad hoc, quod sit vera Donatio, debet fieri sineulla causa, ut Nauar. in Apolog. de reddit. tit. 9. q. 1. monit. ¶ 2. D.Tho.2.2.q.106. art. 3. ad 4. Nec obstat id, quod dicitur in Bulla, vt

la, ut nec ad beneficium, receptorum memoria, gratiæ; animi testificatiō-
nem, etc. quia ibi prohibetur hæc facere suis Superioribus, scilicet, Pro-
tectoribus, Generalibus, etc.

Item alius casus est, quando est redemptio vexationis, videlicet, dona
re aliquid Aduocatis, & Procuratoribus, ad hoc ut lites habeat bonum
exitum, & bonam sollicitudinem exercant; hoc enim non propriè dona-
tio; sed vexationis redemptio dici potest, ad hoc ut hæ personæ eos bene
tractent; & sic etiā posset remitti aliquid ex debito, ut possit maior sum-
ma recuperari sine lite, & contentione. Possent etiam, & alij casus lici-
ti enarrari, sed breuitatis causa illos omitto.

B 3. principia liter de pe-
nis.
 Nunc tertio principaliter videndum est de pœnis contrascientibus
impositis, & hoc diuiditur in duas partes, quarum una respicit omnes re-
cipientes à Regularibus cuiuscunq; conditionis, ut in §. 13. habetur, ibi.
 Pari enim ratione districtè inhibemus, etc. & est, ut nihil ex eo, quod re-
ceperint à Regularibus, sive Conuentibus, etc. extra casus in Bullæ per-
missos, suū faciant; sed restituant, ut in §. 14. habetur: adeo quod statim
tenantur illud restituere, aliter non possent absolui. Nec obstat ad hoc
C Regula illa, quod pœna non debetur in foro conscientiæ, nisi post condé-
nationem, vel sancientem post declarationem, ut est gloss. not. in c. fraterni-
tatis, & ibidem at. 12 q. 2. D. Tho. 22. q. 62. art. 3. & quod ideo isti tales
non tenerentur restituire, nisi post condemnationem: Nam ad hoc re-
spondetur, quod Regula procedit in pœnis, sed restitutio non est pœna, sed
debitum, & consequenter, nulla expedita mora, debet fieri, alioquin no
de Sum. b. potest absolui, iuxta illam Regul. Non remittitur peccatum, nisi resti-
tuatur ablatum; sed cui facientia sit ista restitutio, habetur in §. 15.

D Alia pars respicit pœnas, & hec in §. 16. quod si quis ex supradictis.

E Circa quis pœnas duo sunt notanda, dicitur enim ibi, quod contraue-
nientes, sicut prius in omnibus honoribus, gradibus, officiis, & dignitatib.
F n. 36. & 45 queritur qui nam sint isti honores, & dignitates, etc? Respondeatur, quod
cum sequētib. declaratio fuit facta à Sixt. s. in declaratione sue Bullæ, contra ille-
gitimos. dicens, quod omnes ille dignitates comprehenduntur, que sunt
coniunctæ cum honore, & superioritate, ut sunt Generalatus, Provincialis,
Appellatio, Guardianatus, Prioratus, Abbates, & similes, habentes honorem
ne dignita- cù Superioritate. Ceteri autem non continentur, scilicet, Confessores, Lecto-
res, Predicatores: vnde sic etiam est intelligendum in hac Bulla nostra.

G Ipsi facto Secundi Not. quod licet in hac Bulla imponatur pœna, per hoc ver-
incurrēda, bæ, ipso facti incurrit, non debet tamen statim, quod quis donauit ali-
quomodo in- quid contra Bullam, resigare dignitates, seu voces astius, & pessimas,
telligitur. &c. quia quavis dicatur per verbū expressi, ipso iure, ipsoq. facti, nul-
la expectatio declaratione, num juzum intelligitur, ut ipse met reus tenea-
tur.

A tur esequi pœnam ante declarationem factam, cū nemo teneatur sententiam executioni mandare contra seipsum: *Felin. in c. 1. de Confl. nu. 13.*
D. *Thom. 22. q. 62. art. 3. Nauar. in Manual. c. 23. nu. 67.* Et ideo istæ talis, donec inquiratur, potest accipere, & dare vocem, & exercere officia, & dignitates, quia non intelligitur incidisse in pœnam, nisi sequuta sententia condænatoria, vel saltem declaratoria fuisse commissum delictum, hoc tamen intelligitur de pœnis exterioribus, exigentibus iudicis executionem, non autem in alijs pœnis, vt sunt Cœsurae, Irregularitates, &c. quibus, aliquis efficitur indignus, atq; incapax alicuius rei, nā istæ pœna, statim actum habent in foro conscientie, vt dictus *D. Jacob. Cassin. probat rbi supra nu. 23.* & in cap. 49. nu. 65.

Et notandum etiam, quod Sum. Pont. diuino lumine illustratus, nullæ imposuit in hac Bulla Censuram, quia in Censuris, nullare requiriuntur sententia condannatoria, seu declaratoria, ex quo statim incurritur in conscientia, rbi contravenit, & nulla requiritur executio, quia statim afficiunt animam. *vt Franc. in c. Felicis. 9. nullus de panis lib. 6. Sylvest.*

Late vide
de hoc pre-
dicto. *D. Ia-
cob. de gra-
ffis ibidē
nu. 54.*

C in verbo pœna. Et ideo, ne illaquearentur tot animæ, apposuit tantum illam pœnam priuationis officiorum, etc. quia præuidit forsan, quod plerique Religiosorum ad hoc aspirant, & huius iure abs lineretur a contraveniente Bullæ, quia si contravenirent, non deficerent inter Religiosos, Zelastes fratres, qui eos denuntiarent. Itaq; concludentes hanc partem, ad pœnas spectantem, dicimus, quod contra recipientes, non est alia pœna, nisi peccati mortalis, & restitutionis in utroq; foro; & cōtra dantes, sunt impositæ illæ aliae pœnae priuationis, etc. absq; tamen aliqua censura.

D Verū, quia in ultima parte huius Bullæ inbetur eius publicatio, et tempore spatiū ad obligandum post publicationem. Ideo, duo valde necessaria Notabilia subnectā, quæ poterūt eiā pro alijs similibus Bullis deferri.

De publi-
catione
Bullæ.

Primum est, quod promulgatio Bullæ est de forma, & sufficit, quod promulgetur in Urbe Metropolitana, & non opus est alia promulgatione, nec aliquo assensu Regio; Nec opus est ad hoc ut liget, ut sit a populo recepta; quia lex tunc non ligat, quando nunquam fuit usus recepta, & hoc legislatore sciente, & tolerante; & ad hoc requiriuntur tempus decem annorum. *Conarr. lib. 2. variarū resolut. cap. 16. Felin. in cap. 1. de tregua,* & pace. *Iason. in l. rem non nouam. C. de Iudit.*

Duo nota-
bilia valde
necessaria,

Constituti-
qñ ligat, &
qñ non.

Alterū Not. est, quod si aliquis scivit conditam fuisse, & promulgatam banc Bullā, seu Constitut. Pontificiom, & ante quam traharet tempus in ea præfixum, se cit contra illam, donando diversis personis, etc. ipse non incurrit in pœnas ibi appositas, quia iepus præfixum nondū erat elapsus. Sed an in conscientia peccauit, quia scivit reverē latam esse, & publicatam?

Ardua quidem est hac quæstio, & multi decipiuntur, sed resoluta, & Resolutio-
secun- quællibet.

secundum cōmuniōrēm opinionēm est dicendū, quōd lex, prāsertim Pon
tifica, & Ecclesiastica, quamvis in ea apponantur clare, & expreſſe tē-
pora dilatoria, obligant tamen in foro conscientiae statim à die sciētiæ; sed
quoad pœnas appositas, & quoad forum exterius, non obligat, nisi post
elapsum tempus. Apponitur autem illud tempus ad hoc, ut trāſgressores
non possint ſe excuſare, & allegare cauſam ignorantiae, & ſic ne euadat
condignas pœnas. Ita tenet eximius Doctor. Alfon. de Caſtr. lib. 1. de leg.
p. en. c. 1. circa finem; fruſtra n. expeſtatur exitus, cuius euentus eſt nul-
lus: Et licet Nau. in conf. 1. de Conſlit. contrarium tenuerit, communiter
tamen dammatur, & eſt communis opinio in contrarium. Abbas, Felin. &
Dec. in c. 2. de Conſtit. nu. 7. Abbas vers. ſed diſcrepacio, rbi alleg. c. 8. de
conceſſ. præbend. Soto lib. 1. de iuſt. & iure. D. Tho. p. 2. q. 9 o. art. 4. ad
2. & ibi Caiet. opimē: Ex quo infertur, & quando fiunt, & emanantur
Pragmaticæ, ſuſcientes, ut frumentum non vendatur pluri pretio, quā
rno aureo, & ibi apponitur tempus, puta, duorum mensium, ſi aliquis
ante duos menses, poſquam habuit veram notitiam Pragmaticæ conditæ
vendiderit frumentum ultra pretiū in Pragmatica contentum, tenetur
in conscientia reſtituere illud, quod plus accepit pretio ſtatuto, & pre-
fixo, Medina in C. de reſtitut. q. 30. & alij Doctores.

Sic etiam dico in caſu contrario, quōd ſi aliquis poſt elapsum tempus
in Pragmatica, ſeu Bull. cōtentum, transgressus fuerit eam ex ignorantia,
quia neſciebat eam conditam eſſe in conscientia excuſatur a peccato; ſed
incurrit in omnes pœnas quoad forum exterius; & hoc, quia nō creditur
ei aſſerenti, & ignorantiam alleganti: Itaq; non eſt dubitandum, quōd
hec Bulla ligauit in conscientia transgressores, etiam ante tēpus elapsum, D
ſi tamen ſcierint Bullam eſſe conditam; & tanto magis, quia hec noſtra
Bulla, eſt iuriſ antiqui renouatoria; Et Felin. loco citato dicit, quod qua-
do lex eſt noua, & nūquām antea audita, nec pre meditata, tunc poſteſt
eſſe, quōd non obliget in conscientia, niſi poſt elapsum tempus in ea ap-
poſitum; ſed quando lex eſt renouatoria iuriſ antiqui, prout hec noſtra,
ſtāim ligat in foro conscientiæ: nū in Bulla iſta emanauit propter abuſus,
qui euenerant in voto paupertatis, quia Religiosi, etiam ante Bullam,
nihil unquam habuerunt proprium, & qui nihil proprium habet, liber-
tatem rei alien.e dare non poſteſt. c. Abbati. 54. diſt. Et hec ſufficient pro
huiusmodi Bullæ declaracione: Omnia tamen ſubmittendo S.R.E. deter-
minationi, declaracioni, ac Cenſure, vna cum omnibus alijs ſupradictis
protestationibus à me factis. Ex quibus iam patet, quid nunc circa ſupra-
dictas, Nicolai, & Leonis diſpoſitiones, à Fratribus ſit obſeruandum, ne
aliquis decipiatur.

Contra
Nauar.

D I

A D I S P E N S A T I O .

¶ *Distinctio materiae Dispensationum.*

B **C**IRCA ea, quæ in Priuilegijs Fratrum Mendicantium Collector. reperiuntur concessa, quo ad materiam Dispensationum, est aduertendum, quod aliqua illorum at-
tinent solùm ad personas Fratrum; & alia ad personas secul-
larium, quando prædictis Fratribus confitentur.

¶ Attinentia ad Fratres pro suis personis, sunt in duplice differentia. Nam quædam pertinent ad dispensationem faciendam in Confessionibus. Et hæc, insimul cum concessi-
onibus absolutionum pertinentibus ad eosdem Fratres, positi-
ta sunt supra in dictione, Absolutio quoad Fratres, ubiunq;
in marginibus reperta fuerit hæc dictio, Dispensatio.

C ¶ Alia verò tangunt dispensationem, quæ fieri potest extra Confessionem sacramentalem, quæ ponuntur hic infra. §. 8. & 10. & 11. & 12. & 13. & 21. & 22. Aliqua autem, quæ spectat ad Moniales, continentur infra. §. 6. & 10.

D ¶ Illa verò, quæ pertinent ad personas seculares, habentur supra, in dictione, Absolutio quoad seculares. 1. in §. 20. Et in dictione, Absolutio quoad seculares. 2. in §. 12. Et similiter ha-
bentur nonnulla hic infra. §. 1. & 2. & 16. Sed circa omnia su-
pradieta habentur ampliora hic, prope finem, scilicet, à co-
cess. 25. usque ad 31.

E **G**REGORIUS 9. concessit Fratribus Minoribus, in ter-
ris quorumcunq; infidelium existētibus, ut cum irregu-
laribus possint dispensare in illis casibus, in quibus solēt Legati Sedis Apostolicae dispensare. b. ffo. 257. conc. 641.

F Infideles.
Irregula-
ritas.
Collector.

¶ Dubium videtur, an ista concessio fuerit temporalis.

NICOLAVS 4. concessit Fratribus Ord. Prædicatorum,
E in terris infidelium existētibus, ut possint dispensare cum irregularibus partium illarum, in casibus, in quibus so-
lent Legati Sedis Apostolicae: Ac etiam cum clericis ipsarum partium, patientibus defectum natalium, dummodò nō sint de adulterio, vel incestu, aut de Regularibus procreati. b. ffo. 262. concess. 680.

Pro Frat-
bus Prædi-
catoribus.

Infideles.
Irregula-
res.

¶ De hac Concessione videtur etiam dubium, vtrum fuerit temporalis, sicut præcedens.

3
Collector

CLEMENS 4. in Mari magno fecit optimam Concessio-
nem, circa dispensationem simul, & absolutionem, quæ
posita est supra, in dictione, Absolutio ordinaria quoad Fra-
tres. §. 4. & 7.

4 ¶ IDEM Clemens concessit, quod Fratres Ord. Prædica-
torum, proferentes sine scripto sententiam excōmunicatio-
nis, suspensionis, vel interdicti; & infra mēsem celebrantes,
non obstante Constitutione hoc prohibente, possint à Magi-
stro generali, & Prioribus Prouincialibus dicti Ordinis di-
spensari, imposta eis, super hoc, poenitentia competenti.
Et quod, si præfati Prælati, in huiusmodi casu, ex cesserint,
possint à Confessoribus, per ipsos electis, eodem modo dispen-
sari. b. fo. 72. concess. 188.

5 **V**GENIUS 4. fecit quandam eximiam Concessionem,
circa dispensationem, & absolutionem, quæ posita est
etiam supra, in dictione, Absolutio extra ordinaria quoad
Fratres. §. 3. propè finem.

6 ¶ IDEM Eugenius dispensauit cum Monialibus S. Claræ,
ac Tertiij Ordinis, sub obedientia Frarrum Minorum, regu-
laris Obseruantiaz, existentibus, ut solummodo teneatur ad
illa ieunia, ad quæ Fratres dicti Ord. Obseruantes obligati
sunt. Item super silentio perpetuo, præfatis Monialibus Sæ-
cta Claræ in Regula imposito, concedit Generali, & Prouin-
cialibus, ut cum consilio discretorum posit dispensare, ac si-
militer in quibuscumq; alijs perpetuis. b. fo. 46. Et fo. 42. cō. 47. D

7 ¶ IDEM Eugenius dispensauit cum barbiton soribus, vbi
est cōsuetudo, iu Sabbatis, & vigilijs, de sero radere barbas.
o. ffo. 101. concess. 400.

8 **P**IUS 2. concessit, quod Prælati Ord. Min. de Obseruan-
tia, circa subditos suos, possint condescendere, seu di-
spensare cum debilibus, & infirmis, in ijs, quæ non sunt con-
traria Regulæ. Et fuerunt expressi alicui casus, ut de solu-
ribus, in itinere; ac de equitando, licet non sit arcta neces-
itas, vel infirmitas. o. fol. 62. Et ffo. 65. concess. 92. Et ffo.
100. concess. 382.

Collector. ¶ Aduertendum est circa huiusmodi Concessionem, quod
est velut propositio, seipsum falsificans. Nam primò dicit, q
possit dispensari in his, quæ non sunt contra Regulam, & po-
stea explicat aliqua, quæ sunt manifestè contra Regulā. Po-
nit enim exemplum in equitatione, & calciamentis, &c. quæ
sunt

A sunt manifestè de obligatorijs . Et propterea videtur , quòd debuit hic dici , de his , quæ non sunt contra tria substantia- lia vota . Vel intelligit , non esse contra Regulam , quando est necessitas talis , quæ bono modo aliter fieri nō potest , & Fra- ter est dubius .

Sixtus 4. dedit copiosam facultatem Generali , & Pro-
vincialibus , & eorum Vicarijs , ad dispensandū super qui buscunq; Irregularitatibus , cum Fratribus sui Ordinis , ex-
Bceptis tantum tribus . Vide supra , in dictione , Absolutio or-
dinaria quoad Fratres . § . 14 . Et in dictione , Absolutio extra
ordinaria , quoad Fratres . § . 5 .

IDEM Sixtus concescit , quòd Generalis , & Prouinciales Ord. Min. possint dispensare cum Fratribus sibi subditis , in Irregularitate homicidij , dummodo tales homicidae nō sint certi , quòd ipsi actualiter occiderunt ; nec pro certo sciant , quòd fuerunt tales mandatores , vel auxiliatores homicidij , sic , quòd sine illis , nullo modo fuisset tale homicidium per-
Cpetratum . o . fo . 63 . Et ffo . 66 . conc . 102 . Et ffo . 95 . conc . 319 .

IDEM Sixtus concescit , quòd Generalis Fratrum Mino . habeat auctoritatem dispensandi , in Irregularitate illorū Fra-
trum Mino . qui in bellis , vel in alijs causis sanguinis effusio-
nis interfuerunt . Et quòd tales (si qui sunt) dummodo alias sufficienes fuerint , possint promoueri vsq; ad Sacerdotium . Et quòd in casu , quo alibi propter iuris ignorantiam , de ta-
Dli calu non aduententes , promoti fuissent , possint in suscep-
tis Ordinibus ministrare . o . fol . 64 . Et ffo . 68 . concessio . 129 . Et ffo . 96 . concess . 336 .

IDEM Aduerte , quòd hæc Concessio videtur solum facta pro il-
lis Fratribus , qui tunc erant in prædicto Ordine , & non pro
futuris . Et ideo non esset tutum vti illa in posterum . Et tamē
quidquid sit de hoc , melior , & copiosior est facultas imme-
diatè supraposita . Nam includit istam , & amplius .

E IDEM Sixtus concescit Generali , & Prouincialibus Mi-
nistris , & eorum Vicarijs auctoritatem dispensandi cum Fra-
tribus dicti Ord . Mi . patientibus defectum natalium ex adul-
terio , sacrilegio , incestu , & quousi alio nefario , & illicito
coitu prouenientem . Nec non cum ijs , qui ex quauis causa
(præterquam homicidij voluntarij , bigamia , & mutilationis
membrorum) irregulares forent , postquam Ordinem ipsum
professi fuerint , dispensare , vt defectu , & irregularitate hu-

9
Irregula-
ritas .

10
Generalis
& Prouin-
ciales .
Irregula-
ritas .

11
Generalis
Minister .
Irregula-
ritas .

Collector .

12
Generalis
& Prouin-
ciales .
Promocio
ad sacros
ordines , &
ad Prelati
ras .

iusmodi non obstantibus, Irregulares ipsi, ad quoscumque, A etiam Sacros Ordines promoueri, & in illis, etiam in altaris ministerio, ministrare. Et quod tam ipsi Irregulares, quam defectum natalium patientes predicti, ad quascunq; administrationes, & officia dicti Ord. eligi, recipi, & assumi; illaq; gerere, & exercere liberè, & licite valeant. B. fol. 61. Et ffo. 144. concessione 252.

13

Ex Priuile.
F. Prædic.

Ord. sacri.

Collector.

14
sacerdotiū

Collector.

15
sacerdotiū

Collector.

¶ IDEM Sixtus concessit Magistro generali, & Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, ac eorum Vicarijs Ordinis Prædicatorū, auctoritatē, cum Fratribus, defectum natū ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quoquis alio nefario, & illicito coitu prouenientem, patiētibus; nec non cum his, qui ex quauiis causa, prēterquam homicidij voluntarij, bigamiae, & mutilationis membrorū, irregulares forent; dispensandi cum dicti Ord. Prædicatorum professoribus, postquam ipsum ordinem professi fuerint; vt defectu, & Irregularitate huiusmodi non obstantibus, irregulares ipsi, ad quoscumque, C etiam sacros Ordines promoueri, & in illis etiam in Altaris ministerio ministrare. Et quod tam ipsi, Irregulares, quam defectum nataliū patientes predicti, ad quascunq; administrationes, & officia eligi, recipi, & assumi, illaq; licite gerere, liberè, & licite valeant. B. ffo. 240. concess. 575.

¶ Aduertendum est, quod, vt afferunt Padres Ord. Prædicatorum, Vicarij Conuentuum, sive Subprios, nunquam habuerunt in vsu, vti ista facultate, sine speciali commissione, nisi mortuo, vel amoto Priore. Et ideo idem est, ac si non fuisset concessa. D

¶ INNOCENTIUS 8. disp̄sauit cum toto Ordine Fratrum Min. quod postquam Fratres huiusmodi attigerint vigesimum tertium ætatis annū, dum tamen sufficietes sint, possint promoueri ad sacerdotium, & Missas celebrare, non obstante iure, ceterisq; in contrarium facientibus. o.fo.65. Et ffo. 69. concess. 147. Et ffo. 99. concess. 356. E

¶ Aduerte ad infra posita in fine sequentis Concess.

¶ IDEM Innocentius concessit postea, quod Generalis, & Prouinciales possint dispensare cum Fratribus suis, in vigesimo secundo anno completo, quoad sacerdotium. o. fol. 65. Et ffo. 69. concess. 158. Et ffo. 99. concess. 356.

¶ Sciendum est circa istam Concessionem, & alteram immediatè suprapositam, quod post mortem Innocētij 8. qui praedictas

A dictas concessiones, seu dispensationes fecit, fuit ordinatum in Capitulo generali Florétiaci celebrato, id quod sequitur.

¶ Insuper cum ad ordinē sacerdotij non debeat quis ascendere faciliter, nisi cui suffragetur ætas, & morum grauitas, deinceps cum aliquo non dispensemur, ut sacerdos efficiatur, qui vigintiquinque ætatis suæ annos nondum attigerit, aut si casus necessitatis emerserit, propter Sacerdotum paucitatem, saltem qui dispensauerit, consilium quatuor Guardianorum simul requirat, qui supra dispensandi necessitatē debent arbitrari quorū conscientia sint onerate, ut quod erit necessarium (pensatis vndiq; pensandis) ipsi consulant. Habetur hoc. fol. 226. in ttaet. 3. Et fflo. 245. tract. 2.

Statutum generale.

B beant arbitrari quorū conscientia sint onerate, ut quod erit necessarium (pensatis vndiq; pensandis) ipsi consulant. Habetur hoc. fol. 226. in ttaet. 3. Et fflo. 245. tract. 2.

¶ IDEM Innocentius concessit, quod Confessores Ordinis Min. Observantię præsentati secundum formā quam ipse tradidit, vel approbavit, quæ habetur supra in dictione, Absolutio quoad seculares. i. in. §. 13. possint dispensare in omnibus Votis in quibus possunt Episcopi, exceptis Votis peregrinationis ultra duas dietas. o. fol. 65. Et fflo. 69. concess. 155. Et fflo. 98. concess. 353.

16

Votum.

¶ Idem Innocent. fertur concessisse, quod Confessores Ord. nostri Min. possint dispense in affinitatibus, contractis post matrimonium consumatū, ratione coitus viri cū consanguinea vxoris, aut econtra. Et hoc quādo sunt iuuenes duntaxat. o.

17

Affinitas.

¶ Hæc Concessio non habetur in libris Ordinis impressa, sed ego reperi illam, in quadam libro cuiusdam boni patris, & peritissimi Confessoris.

Collector.

¶ IDEM Innocentius Motu proprio, & ex certa scientia dispensauit cum Fratribus Ordinis Prædicatorum Observati bus Congregationis Hispaniæ super possessionibus, & redditibus habendis, iuxta formam Bullæ Mare magnum nuncupatae, auferendo maledictionem Sancti Dominici, & non obstatibus Constitutionibus dicti Ordinis prohibentibus ne Fratres eiusdem Ord. habeant possessiones. o. fflo. 76. conc. 195.

18

Pro fratribus prædicatoribus.

¶ IDEM Innoc. dispensauit circa horā celebrandi Missas, prout habetur supra in dictione celebrare. §. 7. & 9.

Paupertas

19

Missas.

ALEXANDER Sextus concessit, quod Generalis Fratrū Mino. possit dispensare cū Bizochis viuentibus in Congregatione quando fecerunt votum Religionis Sanctæ Claræ, quod remaneant ibi, si commodè non possunt intrare Monasteria Sanctæ Claræ. o. fflo. 99. concess. 260.

20

Votum.

Et Sextus 4. concescit, quod possit dispensari cum dictis A Bizocharis, dummodo seruent tria vota substantialia, quando non inueniunt, qui velit eos acceptare. Et quod quando bono modo non possunt intrare Monasteria Sanctæ Claræ, non teneantur. o ffo. 99. concess. 360.

21
Generalis Minister.

Irregularitas.

22
Sacerdotium.

23
Officium diuinum.

Collector.

24
Pro Fratribus.

Excommunicatio.
Absolutio Irregularitas.

Collector.

IVLIVS Secundus, concescit Generalibus Ordinis Minorum facultatem dispensandi super quacunq; Irregularitate per Fratres Ordinis prædicti regularis Obseruantie quomodo liber (præterquam ex homicidio voluntario, aut p̄statione auxiliij, vel fauoris huiusmodi homicidio, aut ex bigamia) proueniente, ita vt illa non obstante, ad omnes Ordines, etiam sacros, ac etiam presbyteratus promoueri possint. o. ffo. 91. concess. 293.

¶ Idem Iulius dispensauit cum Fratribus Ordinis Minorum, vt in vigesimo secundo suæ ætatis anno ad presbyteratus ordinem (aliâs tamen ritè) se promoueri facere liberè possint. B. ffo. 8. concess. 23.

LEo 10. dispensauit in multis circa diuinum officiū propter scrupulosos, & infirmos, quæ ponuntur infra, in dictione Officium diuinum i. in multis. §.

¶ Vide aliqua ad huiusmodi materiā attinentia, supra in dictione Declarare, & determinare. & infra in dictione, Infirmi Fratres.

Ex Privilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

MARTINVS 5. concessit Priori S. Benedicti Vallis Oleti, & virtute extensionis postea factæ omnibus Prioribus Congregationis Hispaniæ, vt in foro cōsciētiæ, Monachos, ab omni, possint, excōicationis sententia absoluere, etiam si talis sit, quam ipse sibi sumus Pontifex referuare consueuit. Et cum eis super omni Irregularitate, etiā in illis casibus, in quibus Papa sibi vicē referuat, in morte, videlicet, & in membrorū truncatione, & enormi sanguinis effusione, valeat dispensare, dum tamen, aliquid horum trium notorium non sit. Et hoc propter scandalum. O.

¶ Ista Concessio, quoad Césuras, & casus qui in Bulla Cænæ Dñi continentur, de nihilo deseruit, propter rationem positam in dictione, Absolutio ordinaria quoad Fratres. post. §. 13. Testimonium verò autenticum huius Cōcessionis inquisiui, & inueni, ac vidi in Monasterio Sancti Benedicti Vallis Oleti, & inde fideliter extraxi.

- A** **E**VGENIVS 4. Monachis S. Benedicti obseruatiæ Italizæ, 25
 Ne ab eorum quiete distrahi, & Romanâ Curiam pro ob-
 tinendis licetijs, frequentare cogantur, quod in omnibus ca-
 sibus, in quibus, de iure cōmuni, Prälatis, & Monachis præ-
 fatis auctoritas, seu licentia, seu dispensatio Ordinarij esset
 necessaria; si ab eodē exempti non escent, Prälatis, Abbati-
 bus, Prioribus, Rectoribus huinsmodi, qui pro tempore fue-
 rint, vna cum eorum Conuentibus, de licentia tamen, & cō-
 sensu Capituli generalis, aut Præsidentis cū maiori parte Vi-
 sitatorum, auctoritate Apostolica, absq; eo, quod ad Sedem
 Apostolicam habeant recursum, huiusmodi licentiam, aucto-
 ritatem, & dispensationem induſit. B. Cap. gen.
- B** ¶ Item Eugenius concessit Monachis præfati Ordinis, ad 26
 audiendas confessiones, per suos Superiores deputatis, dispē-
 sare super oēs casus, præter eos casus, de quibus, ipsis con-
 fessoribus, ad Ordinarios videbitur recurrendum, aut de qui-
 bus esset Sedes Apostolica meritò consulenda. B.
- C** ¶ Idem Eugenius concessit, quod vnuſquisq; Abbas, Prior, 27
 siue Superior quorumuis Monasteriorū Ord. S. Benedicti Ob-
 seruantia, possit liberè, & licitè Apostolica auctoritate dispē-
 sare cum omnibus, & singulis presentibus, & futuris Donatis,
 Oblatis, ac Cōmissis dictorum Monasteriorum, ab omnibus,
 & singulis votis peregrinationis, etiam vltra marino, & Apo-
 stolorum Petri, & Pauli, & Sancti Iacobi, & quibusvis alijs vo-
 tis, etiā si talia sint, propter quæ Sedes Apostolica meritò sit
 consulenda; & ea in alia pietatis opera, cōmutare. Voto Re-
 ligionis duntaxat excepto, quandiu in societate Monasterio-
 rum huiusmodi Observantia fuerint. B.
- D** ¶ Idem Eugenius, concessit Prälatis Congregationis S. Be- 28
 nediti, personas volentes eorum Congregationi sociari, quæ Votum.
 Religionē, locū, & Ordinem alium quēcunq; etiā arctiorem, Pro Noui-
 vouissent, tali voto non obstante, ad probationem, professio- cijis.
 nemq; recipere; casq; auct. Apostolica, ab ipso voto absolue-
 re, & cum ipsis dispensare; dummodo in tali Religione, seu Or-
 dine, de qua vouissent, professionē non emiserint. Quod si tñ
 ante professionē emissā, ab ipsa recesserint Congregatione,
 huiusmodi Dispensatio, nullius sit roboris, vel momenti. B.
- E** ¶ Idem Eugenius, concessit Monachis præfatis, ad audien- 29
 das confessiones deputatis ab ipsis Prälatis, vt vota om-
 nia permutare, ac in omnibus, & singulis casibus, etiam ordi- Pro secula-
 ribus. Votum.

Eleemosi-
na.

narijs, aut per Sinodales, vel Prouinciales Constitutiones re-
seruatis, cum sibi confessis dispensare; præter eas Censuras,
& pœnas, vota, & casus, de quibus esset meritò Sedes Aposto-
lica consulenda. B.

Ex Priuilegijs Ordinis S. Ioannis Hierosolimitani.

CLEMENS concescit Magistro, & Fratribus Hospitalis
Sancti Ioannis Hierosolimitani, ut de votis omnibus, &
pœnitentijs iniunctis, seu prætermisis, aut etiam iniungen-
dis pro peccatis omnibus, à peccatoribus confessis, aut vo-
lentibus pœnitentialiter confiteri, satisfactionem, de bonis,
à Deo eis collatis, recipere valeat. Ita quod, illi, qui huiusmo-
di Fratribus, ex prædictis charitatib[us] aliqua largientur, sint
à præfatis votis, & pœnitentijs huiusmodi, plenariè absoluti,
(terræ Sanctæ, & Castitatis votis duntaxat exceptis.) B.

ANNOTATIO CORDVBAE.

V ò A D §. 8. Notandum duo, primò, quòd illa Concessio Pij
secundi, de qua ibi agitur, ponitur ibidem diminutè à Collecto-
re, nam debet addi, & de receptione frumenti pro induendis
Fratribus, ubi non est alius modus habendi, & de procurandis
in die Sabbathi eleemosinis pro carnibus, ubi consuetū, & similibus, nec
pp hoc dicuntur facere cōtra Regulā, hæc ibi, scilicet, fo. 62. et ff. 100. D

Secundò notandum, quòd Collector ibidem dicit, quòd hæc Concessio
est se falsificans, nisi intelligatur aliquo illorum modorum, ut ponit ibi-
dem. Mibi autem saluo meliori iudicio videtur, quòd clariss., & melius
potest, & debet intelligi, sic, scilicet, quòd ibi Papa concedit nostris Præ-
latis, etiam Guardianis posse condescendere, & dispensare, seu compa-
ti in firmis, & debilibus in his, quæ non sunt contraria Regule, &c. I.
in his, quæ non sunt omnino contra substantiam obligatoriorum Regule,
neque contra, nec extra totam latitudinem ipsorum præceptorum, seu E
obligatoriorum. Quod ideo dico, quia ex aliquali causa, recipere frumē-
tum per Syndicum nomine Papæ, aut per alium nomine dantis, non est
omnino contra præceptum, de non recipiendo pecuniam, quamvis for-
tè aliquando sit contra aliquam circumstantiam, seu conditionem, re-
quisitam ad plenam, & debitam obseruantiam illius præcepti, sic quod
in hoc non sit omnino contra, seu extra totam latitudinem illius præ-
pti, quamvis fiat aliqualiter.

Contra
Collecto-
rem.

Simi-

- A** Similiter portare calciamenta, & equitare, existente aliquali necessitate, seu causa, quamvis non sic urgente, præcepti, sed contra aliquam conditio nem, seu circumstantiam requisitæ ad plenam, & debitam obseruantiam ipsius præcepti, requirentis manifestam, & urgenter necessitatem, & infirmitatem, ad hoc quod quis possit licet calciari, & equitare: in hijs ergo, quæ sic sunt contra Regulam, quod tamen non omnino sunt contra ipsam substantiam principalem præceptorum, seu obligatoriorum Regulæ, nec contra, seu extra totam latitudinem ipsorum, sed solùm sunt contra ali quam circumstantiam, seu conditionem requisitam ad plenam obseruantiam ipsorum, concedit Papa vbi supra, quod nostri Prælati, (quorum nomine etiam Guardiani comprehenduntur) possint Dispensare, non quidem ad libitum, hoc enim esset potius decipere; Sed Dispensare, id est, ex causa aliqua rationabili, quamvis non omnino sufficienti, condescendere, seu aliqualiter relaxare, non autem omnino tollere prædictam obligationem præceptorum præfatorum, & talis Dispensatio in prædictis ex tali causa, quæ alias esset insufficiens, sine Dispensatione, ad licet faciendum prædictam relaxationem contra talia obligatoria regule, iam facit, causam prædictam esse sufficientem, ad hoc quod licet quis faciat prædictam relaxationem contra præfata obligatoria Regulæ: & sic faciendo, non potest dici facere simpliciter, aut illicitè contra Regulam; & sic credo voluisse Papam concedere, ut ex verbis eius supradictis eiusdem Concessionis potest facilè elici.

- B** Et notandum, quod in hac Concessione præsupponitur, quod Papa potest ex causa relaxare obligationem votorum, & iuramentorum, & similiter hoc alijs concedere; hoc enim est propriè Dispensare scilicet, obligationem relaxare, ut communiter tractatur a Doctoribus, & nos supra in expositione Regulæ Fratrum Minorum capite 10. quæstio. 4. aliqualiter quantum attinet ad rem egimus. Supponitur etiam, quod in nostra Regula, sicut, & in præceptis iuris diuini, & humani, Præcepta, & eorum transgressiones, sunt in duplice differētia. Quia aliqua est transgressio substantiæ præceptorum contra, seu extra totam latitudinem ipsorum, alia est transgressio circumstantiæ, aut conditionis, seu non extra totam latitudinem ipsorum, ut de hijs etiam nos latius egimus sup. in nostra expositione Regulæ Fratrum Mino. cap. 10. q. 3. & cibi videatur: quibus suppositis intelligitur clare predicta Concessio, ut declarata est.

C Et notandum, quod præfata Concessio multum valet ijs temporibus, vbi frigescente feroce charitatis sumus infirmi corpore, & spiritu, ad serenandum conscientias Fratrum, in multis impuritatibus, & transgressionibus, ex aliquali, licet non omnino sufficienti causa, seu necessitate commissis, contra multas conditiones, & circumstantias, requisitas ad debitam obser-

obseruantiam præceptorum regulæ, vt patet in articulo de pecunia: de paupertate: de r̄su paupere: seu moderato, de non equitando, non calcian do, &c. eiusmodi. Dummodo, non ad libitum sine r̄lla c.ausa fiat prædicta Dispensatio, relaxatio, seu transgressio in prædictis. Sic enim non excusarentur Fratres, neque Prælati, quia non conceditur hoc posse ad libitum fieri, sed ex causa aliquam rationabiliter, vt dictū est, & patet in prædicta Cōcessione, & dummodo ex hoc non accipiatur occasio ad alias Dispensationes, seu relaxationes in rationabiles, & inexcusabiles, quales sepe ridentur apud aliquos, de quibus omnibus latius egimus, ubi sup. in expositione Regulæ. cap. 10. q. 4.

Quoad §. 13. vid. ea, quæ habentur à Collectore in Compendio tit. Absolutio ordin. quoad Fratres, post §. 7. & quod nos ibidem annotauimus, vt habetur supra.

Quoad §. 16. vide, quod supra, tit. Absolutio, quoad Seculares. 1. §. 12. notatum est, quia valde facit adhuc.

Quoad §. 17. notandum, quod non est securum, ut tali Concessione, dispensando in affinitate, vt ibi habetur, quia non constat de veritate, sed de rumore illius Concessionis, nec habetur in libris Ordinis. Ideo in re tanti momenti, contra ius commune non est credendum rumoribus: & sic consiluit excellens Doctor Ortiz.

Quoad §. 24. notandum, quod idem Collector dixit supra in Compendio, tit. Absolutio ord. quoad Fratres post. §. 40. quod, scilicet, hæc Concessio Martini s. facta Monachis Sancti Benedicti iam facta est Generalis pro toto Ordine ipsorum, & per consequens, potest nobis communicari pro toto nostro Ordine. De qua etiam Concessione, notandum etiam, quod tal- D

Dispensatio ab irregularitate contracta ex homicidio, intelligitur de quocunque homicidio, tam casuali, quam etiam voluntario occulto, quod, scilicet, iudicialiter probari non potest, aut quod non est notorium, quia Papa non distinguit, nec nos distinguere debemus. Neque obstat, quod Six. 4. qui fuit post dictum Mar. 5. concessit solum de casuali, cum exceptione expressi homicidij voluntarij, vt patet in Compend. tit. Dispensatio. §. 10. §. 12. §. 13. quia respondeo, quod hoc nihil præjudicat. Nam Six. 4. in dictis Priuilegiis loquitur Generaliter, quoad formam interiorem conscientiae, & etiam quoad exteriorem, vel iudicialem, id concedendo cum illa exceptione. Hic autem in §. 24. Mart. 5. solum concedit pro foro interiori. Ideo de quocunque homicidio occulto concedit, etiam voluntario. Item quia Six. 4. in prædictis suis exceptionibus solum intendit, & intelligitur limitare illas suas Concessiones, à quibus expressè facit suas except. & limitati.

A mitati. & non alias à se, vel a iuis prædecessoribus concessas, ut patet, quia alias sequeretur, quod Cōcessio Sixt. quæ habetur §. 10. in qua concedit, posse dispensari in irregularitate ex homicidio incerto, seu dubio, præiudicaret alteri eius Concessioni sequenti, quæ habetur §. 12. & 13. quoad homicidium casuale, etiam si sit certum. Et similiter dic, quod intelliguntur omnes exceptiones, & limitationes, quas Pontifices faciunt in suis Cōcessionibus, quia, scilicet, solum limitant ipsas, ipsorum Pontificum Concessiones, in quibus ponuntur tales limitationes, seu exceptiones. & sic reponit insignis Doctor Ortiz.

CAPVCCINI ANNOTATIO.



IRCA hanc Dispensandi facultatem cum illegitimè natis, est aduertendum, quod, licet, Sextus V. in Constitutione contra illegitimos, quæ incipit, Cum de omnibus Ecclesiasticis. anno 1587. edita; & in alia sequenti Constitutione declarativa illius, quæ incipit, ad Romanum spectat Pontificem, &c. anno 1588 facta,

1. §. 12.

Prohibitio
ne illegiti
mi recipiā
tur ad pro
fessionem.

C prohibuerit, non posse illegitimos, nec ad professionē recipi, nec receptos ad dignitatem, & honorem assumi. Tamen postea anno 1590. Greg. 14. moderando supradictas Sixti V. Constitutiones, in sua Constitutione, Circūspecta Romani Pontificis prouidentia, &c. ut illegitimi omnes, praesentes, & futuri, possint permisit, tū ad professionem recipi, cūm etiam ad honores, & dignitates, & officia Religionis assumi; obseruat tamen quibusdam, ibi expressis conditionibus, videlicet, Ut præter ea, quæ exquirenda ius sit Sixti quintus, etiam in legitimè natis, ipsi, ad quos spectat eorum receptio, disquirere debeat diligenter eorum vitam, & mores, & ita de mun recipiant; si tamen bonam indeolem, & virtutis specimen præse rent; ac tot eis merita suffragentur, ut natalium suppleant defeculum, eorumque receptio Religionis commodo, & utilitati pro futura videatur.

Reuocatio
nem.
Greg. 14.

Dummodo tamē, filius illegitimus, in Religione, in qua pater, sive ante, sive post nativitatem dicti filij, professus fuerit, ipso patre viuente non admittatur.

E Et circa Dispensationem eorum, ait (revalidando facultates, & Priuilegia, Religionibus, concessa dispensandi cum illegitimis) quos alids dictus Generalis, aut Prouincialis, cum Generali, Prouinciali, seu inter medio Capitulo, & non alids, suffragantibus meritis, dignos iudicauerint, ad honores gradus, & dignitates obtinendos, dispensare, &c.

Nota pro
corrobra
tione eius
quod infra
dicetur.

Et hinc est aduertendum, quod secundum Iura, illegitimè natus, sine Dispensatione, non potest eligi in Superiorem; etiam si efficiatur Religionis quia ingressus Religionis (quamvis sine Dispensatione) habilitet ingressum,

Illegitimi gressum, quoad Ordines suscipiendos : non tamen habilitat quoad dignitate. & officia, ut probat bona glosa, in c. fin. de filiis presbyter.

Ideo Iulius Papa Secundus, in Mare Magno Minimorum, concessit facultatem omnibus Prælati illius Ordinis, ac eorum Vicariis, cum hu- iusmodi posse Dispensare. Vnde, si illegitimè natus eligeretur Superior, non habita prius dispensatione, electio esset nulla. C. Innotuit. & c. cum Vincet de elect.

Ius Prædi- Et ideo Fratres Prædicatores, per Declarationem Capituli Generalis, catorum. habent, quod illegitimè natus non potest esse Superior, vel Vicarius in ali quo Conuentu, etiam Priore illius Conuentus mortuo, vel amoto; nisi cum ei fuerit dispensatum. Vbi est aduertendum, quod dispensatus circa Dignitatem inferiorem, putat, quod posit esse Guardianus, non intelligitur dis- pensus circa Maiores, putat, quod posit esse Provinialis, nisi in dispen- satione facta fuerit de prefatis expressa mentio, ut probat Panor. in d.c. innotuit. & ratio est, quia ad permissionem Minoris dignitatis, non venit permisso maioris, sed bene est contrd. Et ideo Fratres Prædicatores, per declarationem Capituli Generalis, habent, quod si cum illegitimè nato dis- pensus fuerit, quod posit esse Prior; non poterit, propter hoc, Vicarius esse Provinialis; nisi in dispensatione, de prefatis facta fuerit expressa mentio. Hocque comprobatur ex supradicta dispositione Greg. I 4. ibi, cir- ca dispensationem.

Forma di- Formam autem dispensandi cum illegitimè natis Fratribus professis, spensandi. quando necesse erit, poterunt Superiores Prælati eam videre in Summis.

Aetas or- Circa supradictam dispensationem in s. 14. & 15. ab Innocentio facta, dinariorū. quoad ordinandorum aetatem, est sciendum, quod iam est correcta per Con- cil. Trid. Ses. 23. cap. 12. Vbi nullos imposterum, ad Subdiaconatus Or- dinem, ante 22. ad Diaconatus, ante 23. ad Præsbyteratum ante 25. aeta- Dispesare in interstiu- tis. tis sua annum promoueri posse iubet. Sed quomodo, & quando possit ab- solui a pena, ob indebitam ordinationem, a Sixto 5. taxata in Bulla, contra Clericos male promotos; est aduertendum, quod nullo pacto poterit absolu- ui, nisi per Iubileum plenisimum. Dispensare in intersticiis a Conc. Trid. requisitis, in susceptione Ordinum; a quo, & quando possit, vide infra, in Verbo Ordines Sacri. Quoad Votorum dispensationem, vide infra in addi- tione mea, in Verbo, Votum.

Ex Priuilegijs Congreg. S. Bernardi.

Possunt per communicationem Prælati Ordinum Mendicantium, su- per quacumque irregularitate, & suspensione, ex delicto occulto contractis, (bomicidio voluntario, & casibus heresis exceptis) ex forma Conc.

A Conc. Trid. Sess. 24. titulo de reformatione. cap. 6. Episcopis concessis, cū Fratribus, & personis, & sibi subditis dispensare, Ita concessit Greg. 13. anno Domini 1574. Generalibus, & Abbatibus Congregat. S. Bernardi, Hispaniae, vt refertur in eius compend. Priuileg. Verbo Absolutio quoad Fratres §. 11.

Eandem concessionem fecit Pius 5. Prædicatoribus, etiam cum exten-
sione, quoad omnes alios casus, eisdem Episcopis reseruatos, vt refertur
in compendio Priuileg. Minimorum fo. 127. & in Compend. Priuileg. Patrū

B Sancti Hieronymi Hispan. fo. 83. §. 1. & 2. & in Compend. Priuileg. So-
ciet. Iesu Verbo Prælati. §. 3.

Iulius 2. anno Domini 1503. pro Congreg. Sancti Benedicti Hispaniae declarauit, quod virtute cuiusdam facultatis Martini 5. concessæ Monasterio Beatae Mariæ de Monserrato, in qua illis concesserat facultatem absoluendi, & dispensandi cum secularibus in casibus, & votis, Episcopis reseruatis; quod posuit etiam inter coniugatos, quorum alter eorum, cum alterius consanguinea adulterium perpetrauit, dispensare in foro conscientie, ad petandum debitum. Refertur in eius Compend. Priuileg. fo. 46.

Congreg.
S. Bened.
Hispania.
de Môser.

C Idipsum ad eundem effectum possunt facere Confessores, in foro conscientie, cum his, qui post votum simplex castitatis, matrimonium contrixerint, prout ita eis concessit Idem Pius V. eodem anno. vt in eodem Compend. Societ. Iesu. §. 4.

Minorib.

Potest Princeps Generalis cum personis Ordinis, in foro conscientie dispen-
sare, quoad irregularitatem, etiam in casibus reseruatis. S. D. N. Papæ sci-
licet, in homicidio, in membrorum obtruncatione, & in enormi sanguinis effusione contractam, dummodo factum horum trium, notorium non sit. Ita Concessit Iulius 2. Ordini Præcat. vt habetur in lib. Priuileg. eorum-
dem. fo. 173. & refertur in Compend. Societ. Iesu. Verbo dispensatio. §. 5.

Prædicto
ribus.

Et in Compend. Priuileg. S. Hierony. Hispan. Vbi sup. §. 24.

Advertendum, circa id quod notat Cord. in §. 24. f. 298. de dispensa-
tione Irreg homicidi voluntarij, quod nunc obstat Conc. Trid. in sess. 13.
c. 7. de reform. etiam de homicid. volunt. occulto. ait. n. quod iste talis ho-
mida, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit: sed de bomici-
dio casuali, non obstat. vt ex eodem cap. 7. colligitur.

In §. 24.

E C C L E S I A E F R A T R V M.

¶ Distinctio materiæ Ecclesiarum Fratrum.

VO A D. Ecclesiæ Fratrum Mendicantium, multa, Collectio-
& varia reperiuntur in Priuilegijs corumdem Fra-
trum concessa, & statuta. Et primò, ea quæ pertinent
ad ædificationem huiusmodi Ecclesiarum ponuntur in dictio-
ne

ne. Aedificare. Ac etiam nonnulla ad idem pertinientia, habetur in dictione. Altare.

¶ Secundò, illa, quæ attinent ad Benedictionem, seu consecrationem prædictarum Ecclesiarum, posita sunt supra, in dictione, Benedicere, & Consecrare.

¶ Tertiò, alia quæ concernunt exemptionem, & immunitatem earundem Ecclesiarum, reperientur in dictione, Exéptio. §. 10. & 21. & hic infra. §. 5. & 9. & 17. ac 18.

¶ Quartò, sunt aliqua, quæ Fratres prædicti tenentur servare in suis Ecclesijs, respectu Prælatorum Ecclesiæ, prout habetur infra. §. 10. & 11.

¶ Quintò, sunt nonnulla concernentia libertatē veniendo ad Ecclesiæ Fratrum, prout habetur infra. §. 4. & 12. & 13.

¶ Ultimò inueniuntur multæ Indulgentiæ concessæ visitantibus præfatas Ecclesiæ. Sed hæc ad longum continentur in dictione, Indulgentiæ quoad seculares. 1. & 2. ac 3.

INNOCENTIVS 4. decreuit, vt omnes Ecclesiæ Fratrum Mi. vbi Conuentus existunt, Conuentuales vocentur. Et concescit licentiam, vt in ipsis Ecclesijs ad opus Fratrum, & Conuersorum, seu Oblatorum suorum, liberè habere Cœmeteria possint, & valeant. b. fo. 21. Et ffo. 23. conce. 9.

Collector. ¶ Notandum, quod huiusmodi Concessio fuit pro principio Ordinis. Nā postea, pro omnibus Christi fidelibus, habuimus liberam sepulturam, vt patet infra, in dictione, Sepultura.

2 Pro Fra-
tribus Au-
gustinien-
ibus.

Episcopi.

Sacraméta
3.
L I D E M Innocentius concescit Fratribus, Ordinis S. Augu-
stini, vt pro Consecrationibus Altarium, seu Ecclesiarū, ac p
Oleo Sancto, & qnolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus ab
eis, sub obtentu consuetudinis, vel alio modo, quicquā audeat
extorquere; licet hæc omnia, gratis eis Episcopi Diœcesani
impendant; alioquin liceat eis, quoscunq; maluerit Catholico-
cos adire Antis̄ites, gratiam, & communionem Apostolicæ
Sedis habentes, qui Apostolica auctoritate faciant prædicta.
Et voluit, quod si Sedes Diœcesanorum Episcoporum forte
vacauerint, interim omnia Ecclesiastica Sacra-
menta, à viciniis Episcopis accipere liberè, & absq; contradictione possint.
Sic tamen, vt ex hoc in posterum proprijs Episcopis nullum
præiudicium generetur. B. fo. 247. conce. 605. Vide circa hoc
infra. §. 9.

CL E M E N S 4. inhibuit: vt nullus Ecclesiæ, aut loca Fra-
trum Min. ausu temerario præsumat infringere: aut in
illis

A illis damnablem violétiam exercere. Et voluit: quod illi qui secus facere præsumperint, ipso facto sententiam excommunicationis incurant; à qua non possint absolui, nisi per Sedē Apostolicam, vel per Conseruatores ab ea eidem Ordini deputatos. B.fo 105. conce. 226. ¶ Circa hoc vide infra. §. 18.

Excomm
unicatio.

B ¶ IDEM Clemens informatus: quod Prælati Ecclesiarum, ac Rectores, & Clerici subditos suos sub excommunicationis, & interdicti pœnis, pro libito, sine causa rationabili, prohibebat, ne ad domos Fratrum Eremitarum S. Augustini, pro diuinis officijs audiendis, accederent, & ne illis eleemosinas largirentur, & subditos præfatos, ad seruandum prohibitionem huiusmodi, per subtractionem sacramentorum Ecclesiasticorum compellebant, inhibuit districte, ne talia, vel his similia in ipsorum Fratrum præjudicium de cetero facere attentarent: præcepitque, quatenus huiusmodi inhibitionem inuiolabiliter obseruarēt, à prædictorum Fratrum indebitis grauaminibus, ac iniurijs in posterum desistentes. B.fo. 77. conce. 232.

4

Inhibitio.

C **S** IXTVS 4. concessit Fratribus Mi. vt in Ecclesijs curatis; seu parochialibus, quas eos habere contigerit, possint p Capellatum, per eos pro eorum nutu ponendum, & amouendum, curam huiusmodi exercere. Qui, quamdiu Capellanatus huiusmodi fungetur officio, ac si dicti Ordinis Min. professor existeret, dictorū Fratrum libertate, & exemptione fruatur. Ecclesiæ verò prædictæ, & illarum bona illa, qua domus Fratrum prædicti Ordinis, prærogatiua latentur. B.fo 60. Et fo. 144. conce. 351.

Pro Eccle
sij. paro
chialibus
Fratrum
Exemptio.

¶ Ista Concessio, cum repugnet obseruantiae, est solùm pro Conuentualibus. Et circa prefatā Cōcessionē vide infra. §. 8.

Collector.

D **V** LIVS 2. cōcessit Fratribus Ordinis Minimorum, quod omnes, & singulas Ecclesijs, & Oratoria quæcunq; eiusdem Ordinis, tam recepta, quam recipienda, nondum consecrata, seu consecrata, facta prius requisitione Episcopis locorum, eisq; recusantibus, vel negligentibus, per quemlibet alium Catholicum Episcopum possint consecrari facere. B.fo. 8. conce. 28.

Pro Fratri
bus Mini
mis.

Cōsecrare

¶ IDEM Iulius fecit Prælati huiusmodi Minimorum quan dam Concessionem circa reconciliationem suarum Ecclesijs: vt habetur supra Benedicere. §. 13.

Recōcilia
tio Eccle
sia.

L EO 10. in Cōcilio Lateranensi statuit, & ordinavit: quod Episcopi, & eorum superiores, & alij Prælati Ecclesiari possint

8

possint visitare Ecclesias parochiales ad Fratres ratione loco
rum legitimè spectantes, quoad ea, quæ parochianorum cu-
ram, & sacramentorum conseruationem, & administratio-
nem pertinent: sine tamen Visitatorum insolito grauamine,
A
Visitatio. vel impensa. Et similiter statuit: quod prædictarum Ecclesi-
rum curam gerentes, & circa illam delinquentes, si Religiosi
faerint, iuxta ipsius Ordinis Regularia instituta, intra septa
Regularis loci, seculares vero Presbyteros, & Fratres huius-
modi beneficia obtainentes; liberè tanquam suæ iurisdictioni
subiectos; punire possint præfati Prælati Ecclesiarum. **B. ffo. 25. conce. 69.**

C
Episcopi. **¶ IDEM** Leo in præfato Concilio statuit: quod Fratres ab
Benedic- alieno Episcopo consecrationem Ecclesiæ; vel altaris, aut cæ-
re. miterij benedictionem petere nequeant: nec in Ecclesijs, per
eos pro tempore ædificandis, primum lapidem per alienum
Episcopum ponи facere: nisi vbi Ordinarius bis, aut ter cum
debitis reuerentia, & instantia requisitus, sine legitima causa
id recusauerit. **B. ffo. 26. conce. 79.**

D
Prohibi- **¶ IDEM** Leo statuit: quod, ut debitus honor matrici Eccle-
tio. sis reddatur, tam Fratres, quam alij Clerici seculares, die Sab-
bati maioris hebdomadæ, antequam campana cathedralis,
vel matricis Ecclesiæ pulsauerit, campanas in Ecclesijs suis
pulsare minimè possint. Contra autem facientes, pœnam cen-
tum ducatorum incurvant. **B. ffo. 26. conce. 80.**

E
Censuræ. **¶ IDEM** Leo statuit: ut censuras, per Ordinarios latas, &
promulgatas, ac in matrici Ecclesia ciuitatum, necnon in col-
legiatis, & parochialibus Ecclesijs castrorum, & oppidorum
respectuè solemniter publicatas, teneantur Fratres (quando
super hoc ab eisdem Ordinarijs fuerint requisiti) in Ecclesijs
domorum suarum publicare, ac seruare. **B. ffo. 26. concessio-
ne. 81.**

F
12. **¶ IDEM** Leo declarauit, & statuit, quod omnes Christi fi-
deles utriusque sexus, qui, non contempto proprio Sacerdote
parochiali in Ecclesijs Fratrum Ordinum Mendicantium Do-
minicis, & festiis diebus missas audiunt, satisfacere præce-
pto Ecclesiæ de missa audienda; nec in aliquam labem pecca-
ti mortalis, aut pœnam propterea incurtere: in contrarium
facientibus non obstantibus quibuscumque. **B. ffo. 27. concessio-
ne. 90.**

G
13. **¶ IDEM** Leo postea præfatas litteras confirmauit, & am-
pliauit,

A pliauit, ac super illas executores dedit. B. ffo. 47. conce. 142.

¶ IDEM Leo circa benedictionem, & reconciliationem Ecclesiarum fecit aliam Concessionem, quæ posita est in dictione Benedicere. §. 12.

¶ IDEM Leo concessit, quod adueuiente casu necessitatis, Ecclesia tam Fratrum Min. quam Monialium S. Claræ obser. possint træsferri, & mutari de uno loco ad alium, & locus Prioris Ecclesie, reduci ad usus humanos, secundum commoditatē dictorum locorum, & Monasteriorum: dummodo materia ædificiorum ponatur in Ecclesia alia. o. ffo. 92. conce. 277.

¶ IDEM Leo concessit postea, quod Ministri Prouinciales Ordinis Mi. loca eis minus commoda, ab ipsis non omnino derelicta, post constitutionem Bonifacij Papæ. 8. construeta, possint pro sua deuotione tenere, sine Fratribus illa in habitantibus. Ita tamen, quod aliquando ea visitent, cum tempus opportunum fuerit, & in eorum Ecclesijs aliquando celebrent.

B O. ffo. 61. conce. 189.

¶ IDEM Leo concessit, quod Prælati Ordinis Mino. obseruantiae possint in suis Ecclesijs, & Capellis exhumer corpora defunctorū, & ad alias sepulturas in eisdem Ecclesijs suis træferre, de consensu tamen illorum, quorum interest. O. ffo. 58. conce. 162.

17
Sepultura.
Exhumatio.

¶ IDEM Leo concessit, quod infringentes, vel aliquam violentiam in Ecclesijs, vel locis Fratrum Min. facientes, possint D absoluiri, prout positum est supra in dictione Absolutio quoad seculares. & §. 15.

18
Absolutio.

¶ Ex Privilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

B E N E D I C T V S 13. concessit Monachis Ordinis Sancti Benedicti, quod si contigerit Ecclesijs suorum Monasteriorum aliquo casu violari, quod Priors cum aqua Gregoriana, eas valeant reconciliare. o.

19
Recōcilia-
tio Eccle-
siarum vio-
latarum.
Collector.

¶ Aqua Gregoriana, de qua in suprascripta Concessione fit mentio, est aqua benedicta per aliquem Episcopum Catholicum. Et dicitur Gregoriana, quia à Gregorio Papa fuit Ordinata. Sic autem debere intelligi, accepi ego à quodam peritisimo Patre præfati Ordinis Sancti Benedicti, & apud ipsos intellexi sic practicari.

ANNOTATIO CORDVBAE.

Q VO A D §. 6. vide in Compendio tit. Bona. §. 10. aliam Concessio-
nem eiusdem Iulij 2. factam eisdem Augustinien ad idem, & ba-
betur. fff. 76. Similiter aliam Leonis 10. & ad idem. fff. 122.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

In §. 2.

Q VO A D dispositionem, de Oleo Sancto. quæ in hoc. §. 2. babe-
tur, vide infra, in Verbo, Vnctio Extrema, in Annotatione
nostra.

In §. 3.

Quoad dispositionem Cle. 4. in §. 3. positiæ, & etiam ponitur infra in Ver-
bo Monasteria. §. 3. est sciendū, quod inter alias Constit. contra Bannitos, à
varijs Sūmis Pontif. factas, Sixt. V. fecit vñā pro Regno hoc Neap. anno D.
1585. Quæ Incipit Alias felicis recordationis, &c. In qua, inter cætera,
concedebatur Officialibus Regijs, ut causa conquisitionis, vel infectionis
Bannitorum, Ecclesijs, Monasteria, cellas, seu loca Religiosarum, Eccle-
siasticarumq; personarum ingredi, ipsosq; Bannitos, & delinquētes aliquo
modo ibi occultatos, siue receptos inde extrahere, & si opus esset, ipsas
etiam personas Ecclesiasticas, & Religiosas capere, & carceribus Eccle-
siasticis dumtaxat mancipare possent, &c.

Verūm quia ista, & alia similia in ea contenta, non modicum, Ecclesia-
sticam tangebant immunitatem, (ut in tit. de Immunit. Eccles.) multaque
quæcunq; Gre inde videbantur in dies oriri scandalia, Ac non paucæ ipsorum Religioso-
gor. Cōsti- rum infestationes, & perturbationes euenire. Proinde Greg. 14. anno
narratur. 1591. In Const sua, Cum alias nonnulli. &c. pro Immunit. Eccles seruan-
da, malisq; supradiclis abuiando, supradictam Sixti V. Const. moderando,
statuit dicens.

Dispositio
Bullæ Gre
gor. 14. de
Immunit.
Eccles.

C V:m alias nonnulli prædecessores nostri, & præsertim fe-
licis recordat. Sixtus Papa V. necnon Pius etiam V. &

Infra. Hac itaq; nostra perpetuò valitura Cōstitutione, omnia, &
quæcunq; Priuilegia, Indulta, & Gratias, tam per prædictum
Sixtum, ac Pium Quintum, quam alios quo scumque nostros
Prædecessores, aut nos meti pos, Sedemq; Apostolicam, eiusvè
Legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesijs, Mo-
nasterijs, Sacellis, domibus Regularibus, & secularibus, lo-
cisve Sacris, aut Religiosis, alia que in casibus à iure permis-
sis

A sis hominibus, certorum tunc expressorum, vel non expressorū
criminum reis, aut fraudolentis decoctoribus, etiā in odium
certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, &
ex causis urgentissimis, ac necessarijs, & æquipollentibus ca-
sibus in iure expressis, atque ex paritate, identitate, aut ma-
ioritate rationis extensis, perpetuō, vel ad certum nondum
elapsum tempus, seu ad vitam alicuius Principis, aut benepla-
citum, seu aliās quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut
multiplicatis vicibus, approbata, & innouata, ac vsu rece-
pta, literasque Apostolicas sub plumbo, aut in forma Breuis,
seu aliās quomodocunq; desuper confectas, quarum tenores
hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sub-
lata penitus omni differentia; Ita ad vnam tantum formam re-
ducimus, & moderamur, vt laicis ad Ecclesias, locaq; sacra, &
Religiosa prædicta cotugientibus, si fuerint publici latrones,
viarumq; grassatores, qui itinera frequētata, vel publicas stra-
tas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopu-
latores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membro-
rum in ipsis Ecclesijs, earumve Cœmeterijs committere non
verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut
Assassini, vel hæresis, aut læsa Maiestatis in personā ipsiusmet
Principis rei, immunitas Ecclesiastica nō suffragetur: Sed vni
uersis & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis,
Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisq; Ecclesiariū,
& Monasteriorū Prælatis, tam sacerdibus, quam cuiusvis
D Ordinis Regularibus, directè præcipiendo mādamus, & præci-
pimus, vt laicos in casibus prædictis delinquentes, ad eorum
Ecclesias, Monasteria, domos, & alia loca supradicta sacra, seu
Religiosa respectiū confugientes, & in eis se recipien. atque
morantes, qui prædicta delicta, eorumve aliquod, iudicio suo
commisissē videbuntur, quando à Curia sacerduli fuerint re-
quisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris, & Offi-
cialibus Curiae sacerdularis, absq; Irregularitatis nota, aut alicui-
us censuræ Ecclesiastice in cursu tradi, & consignari current,
& faciant, & quilibet eorum curet, & faciat. Ne autem Curia
sacerdularis, prædicta Ministri facultate illos per se, & propria au-
toritate extrahendi, & abducendi sibi olim, vt præsertur, at-
tributa & per præsentes renocata, abutantur, Volumus, dicta
que auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia sacer-
dularis, eiusq; Iudices, & Officiales, ab Ecclesijs Monasterijs, locis

quę sacris predicis laicū aliquem, vt prefertur, delinquentē, A
 in nullo ex casib⁹ supradictis sine expressa licentia Epi, vel
 eius officialis, & cum interventu personæ Ecclesiasticae ab eo
 auctoritatem habentis, ad quos solos, & nō alios Epis inferio
 res, etiam si alias Ordinarij sint, aut nullius diœcesis, aut Con
 seruatores, ab hac sede specialiter, vel generaliter deputati,
 predicitam licentiam dandi facultas pertineat; occurrente au
 tem casu in loco exempto, & nullius diœcesis, tunc ad Epm vi
 cniorem deuoluatur hecc cognitio, & non ad alios capere, ex- B
 trahere, aut incarcерare non possint, nisi eo casu, quo ipse Fps,
 & diœcæ personæ Ecclesiasticae requisitæ, illos in delictis supe
 rius expressis culpabiles tradere, aut capturæ, & carceratio
 ni interuenire, & assistere recusauerint; tuncq; reuerentia Ec C
 clesiae, & locis sacris debitæ memores, predicatoris delinquentes
 minori, quo id fieri poterit cum scandalō, & tumultu extrahe
 re current. Quodq; delinquentes laici predicatori, postq;, vt pre
 fertur, ab Ecclesijs, locisve sacris extracti, & capti fuerint, ad C
 carceres Curia Ecclesiastice reponi, & inibi sub tuto, & firmo
 carcere, ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit p Cu D
 riam seculariem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiaq;
 seculari predicatoris consignari, nec tradi possint, nisi cognito
 prius per Epm, seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina su
 perius expressa commiserint, tuncq; demum, de mandato
 Epi per Iudicem Ecclesiasticum Curia seculari, quacunq; ap E
 pellatione postposita, cosignetur. De criminе vero hæresis co
 gnitio ad forū Ecclesiasticum tota pertineat, neq; in ea Curia
 secularis, se quoquomodo intromittat: Sicuti ēt prohibemus,
 ne cotra Ecclesiasticas personas seculares, aut cuiusvis ordi
 nis, vel militiæ ēt S. Ioannis Hierosolymitani, Regulares quo
 quomodo, ēt vigore predictorum Privilegiorū, Indultorū, aut
 Cōcessionū (quæ oia ad terminos iuris per presentes reduci
 mus) procedat, aut se intromittant; illasve ab Ecclesijs, Mona
 sterij, Domibus, locisq; sacris, aut Religiosis, ēt in casib⁹ in
 hac Constitutione expressis extrahere, abducere, capere, car
 cerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticū
 pertinentibus, alias, quod de iure, & pripriuilegia eisde Ordinibus,
 aut militijs concessa primittitur, quomodolibet prosumptant. Quod
 si quis, quacunq; dignitate preditus, premissorū quicquā attēta
 re contra hanc Cōstitutionem prosumperit, ipso facto Cēsuras,
 quæ contra libertatis Ecclesiae violatores sunt promulgatæ.

Non

A Non obstantibus præmissis, etiam Sixti, & Pij V. quam aliorū quorumcunque prædecessorum nostrorum, litteris Apostoli-cis, priuilegijs, indultis, &c. Dat. Romæ, in Monte Quirinali, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo no-nagesimo primo, Nono Kal. Iunij, Pont. Nostrri, Anno primo.

B **X** supradictis ergo, Religiosi sint cauti, ut ne amplius finant malefactores in suis locis, vel Ecclesijs à ministris Iustitiæ secundum dispositionem Bullæ Sixti V. Capi, quia sic expreſſe facerent contra supradictam Greg. dispositionem, & se pœnis Irregularitatis, & alijs Censuris exponerent.

Et vt ne etiā permittant malefactorem in suis Ecclesiis, & locis, Capi à Ministris Iustitiæ nisi particularem afferant Episcopi, siue eius Officialis licentiam contra particularem illum malefactorem, cum interuentu persona Ecclesiastice, vt in Bulla habetur.

C Et aduertant etiam, quod nō sunt obligati illum malefactorē custodire, nec illi cibum non ministrare, cū iam excōica à Sixt. V. super hoc lata, per banc Greg. Conſt. sit sublata; sed in omnibus alijs, ad supradictæ Bullæ Verba bene aduertant, si errare, & puniri pœnis in ea taxatis nolint. Et hæc ſufficiant.

Quoad id quod dicitur in hoc §. 7. de Reconciliatione Ecclesiæ ſa-cienda, Vide que dixi supra in Verbo Benedicere, in fine. Et quoad Bene-dictionem Ecclesiasticarum rerum, & precipue Corporalium, ultra ea que dixi supra in supradicto Verbo Benedicere, fo. 235. littera C. eft etiā

In §. 7.

D aduertendum, quod Generali Canonorum Sancti Salvatoris, fuit abſolu-tè, abſque aliqua limitatione concessum à Illio. 2. vt inter alia, poſſet Be-delicere Corporalia, quamvis non pertineant ad r̄sum ſui Ordinis. Vi-patet in Compend. Priuileg. Societatis Iesu, Verbo Benedicere. §. 2. Benedi-ctio Corporalium.

Circa Visitationem Ecclesiæ ſtriarum eft ſciendum, quod Episcopi illas tantum poſſunt Visitare Regularium Ecclesiæ, que curam habent animarum, rel eis fuerit Beneficium aliquod r̄nitum, eo modo,

In §. 8.

quo Leo. 10. ſtituit, vt in hoc §. 8. habetur. Prout ſic ſepe ſepins, in mul-tis casibus declaratum eft ab Illuſtriſ Dom. Cardin. Sacr. Congreg. ſupra Concilij Triden. Interpretatione deputatis; Et in ſpetie fuit nobis Capub-cinis, annis proximè elapsis pluries declaratum: vt ex eiusdem Congreg. litteris clarissimè appetat, in nostris Archiujs, & alibi reſervatis.

Declaraueruntque ipſi Illuſtriſ. Card. vt. C. 7. & 8. Seſs. 7. de refor-mat. Conc. Trid. ita intelligatur: & etiam Cap. 1. 1. Seſs. ultima de Regula-bribus. Licut ſint capita Ordinis, & c. quod, ſcili et, poſſint illas Ecclesiæ

personas que de familia, & huiusmodi curam exercentes, quoad curam ipsam, & sacramentorum administrationem, Episcopi visitare, modo supra dicto. Non tamen ipsa Monasteria quoad correctionem Fratrum, iuxta dispositionem cap. 20. & 21. ipsiusmet, Conc. it. de Regul.

Pro equiti bus Hiero. solum. spiritualem, ibi Ordinarios se non interponere ad visitandum, ipsamet Con- greg. Cardin. declarauit. Iuxta Bullam Pij. V. Pastoraliis Officij. die 22. Septembris 1571. editam.

A E D I F I C A R E.

¶ *Distinctio materiæ infra scriptæ.*

Collector.



I R C A ædificationem Ecclesiarum, & Conuentuum Fratrum Mino. & aliorum Mendicantium, reperiuntur multa & varia in Priuilegijs prædictorum Fratrum, quæ inferius tali Ordine ponuntur.

¶ Primum namque locum habeant ea quæ spectant ad Fratres Min. in particulari.

¶ Reliqua vero loca possident successiue illa quæ ad alios Fratres Mendicantes pertinent, prout infra videbitur.

¶ *Pro Fratribus Ordinis Minorum.*

Prehibitio. **C**LEMENS 4. prohibuit Fratribus Ordinis Prædicato rum, & pœnitentiæ Iesu Christi, & Carmelitarum, ac Sancti Augustini, & Monialibus Sanctæ Claræ, aliorumq; Ordinum in paupertate fundatorum, ac omnibus mulieribus prædictorum Ordinum, aut aliorum quorumcunque, ne aliquod Monasterium, Ecclesiam, aut Oratorium ædificare, seu construere presumant, infra spatum trecentarum cannarum, ab Ecclesijs Fratrum Mino. mensurâ darum per aerem, etiam ubi alias recte mensurari loci dispositio non permittit. Nulli quoque seculari, vel Religioso cuiuscunque professionis voluit licere, Ecclesiam, vel Monasterium, seu Oratorium iam ædificatum in aliquem transferre de Ordinibus memoratis infra spatum prædictarum trecentarum cannarum. Et quamlibet istarum cannarum voluit octo palmorum longitudinem continere, non obstante varia locorum consuetudine, siue Priuilegijs, & litteris quibuscunque à Sede Apostolica sub quacunque verborum forma concessis, seu etiam concedendis,

quæ.

qua de præsentibus speciale, & expressam non fecerint mentionem. Præterea statuit, ut quidquid contra huiusmodi Ordinationis, & inhibitionis tenorem, ex nunc in antea ædificatum fuerit, diruatur. b. fo. 31. Et ffo. 30. conce. 28. Circa hoc vide infra. §. 9.

¶ IDEM Clemens concescit, quod liceat Fratribus Ordinis Minorum, cum de Prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam omnem ædificiorum materiam locorum quæ dimit tunt (dedicatis Ecclesijs dumtaxat exceptis) quālibet libros, cælices, & paramenta, secum ad alia loca transferre, & ædificia ipsa cum solo, & alijs ad eadem loca pertinentia (præter Ecclesijs) per personas à Sede Apostolica deputatas vendere, & perferre ad ædificationem, seu alias in eorum utilitatem convertere, secundūm quod eis melius videbitur expedire. B. fo. 38. Et ffo. 142. conce. 340.

BONIFACIUS 8. prohibuit, ne aliquis, vel aliqui Ordinū prædictorum, vel Minorum aliorumue Mendicantium, quibuscumque super hoc Priuilegijs muniti existant: quæ ipsis contra tenorem huiusmodi constitutionis nullatenus voluit suffragari, in aliqua ciuitate, Castro, Villa, seu loco quocunq; ad habitandum domos, vel loca quæcunq; de novo recipere, vel recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis, aut cuiusuis alienationis titulo quomodo cumque in alios transferre præsumant absque Sedis Apostolicae licentia speciali, plenam & expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem. Et si secus egerint, irritum esse decreuit. Habetur in c. Cum ex eo de excessibus prælatorum. lib. 6.

CLEMENS 5. in declaratione Regulæ Fratrum Min. declarauit, non conuenire prædictis Fratribus ullo modo quod fieri faciant, vel fieri sustineant Ecclesijs, vel alia quæcumque ædificia, quæ considerato Fratrum inhabitantium numero, excessiuā in magnitudine, & multitudine debeant repudari. Ideoque voluit, quod vbique in toto Ordine Fratres temperatis, & humilibus ædificijs sint contenti, ne tantæ paupertati promissæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. b. fo. 15. tractatu tertio. Et b. ffo. 16. tractatu. 2.

PAVLVS 2. inhibuit Fratribus Mino. Conuentualibus, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurenda, &

5 à qua nequeant absolui nisi per Romanum Pontificem (præ- A
Cōtra Fra- terquam in mortis articulo) ne proprio motu, vel industria,
tres Con- aut per se, vel aliū, seu alios, quousq; colore impedian-
uentuales. Fratres prædicti Ordinis obseruantes, recipere domos eis ob-
Excommu- latae, neque eisdem molestiam aliquam inferre præsumant. B.
nicatio. ffo. 94. conce. 204.

Collector. ¶ Aduerte, quod cum circa hoc sit in Bulla concordia Leonis prouisum, videtur expirasse.

6 **S**i x t v s 4. concescit omnibus Fratribus Min. obseruantiq; B
quod sana conscientia possint habitare domos, quas ha-
bent in Ciuitatibus, & Castellis, pro eorum commoditate. o. fo.
63. Et ffo. 66. conce. 101.

7 **I**DE M Sixtus concescit, quod Fratres Min. prædicti non
Excommu- obligentur in conscientia, si non recipiant loca, vel Monaste-
nicatio. ria, tam Fratrum Conuentualium, quam etiam de nouo eri-
genda, vel alia quæcunque, etiam si eis præcipiatur per obe-
dientiam, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & C
alijs censuris. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 112.

8 ¶ Supradictum, est sanè intelligendum. Nam si istud præcipe
retur nobis modo, teneremur obtemperare.

Generalis Minister. **I**DE M Sixtus concescit Generali Fratrum Min. obseruan-
tie licentiam, & facultatem, ea loca quæ Fratribus suis minus
commoda esse cognoverit, dimitendi in manibus Ordinario-
rum locorum, & illa licite deserendi, prout ei visum fuerit ex-
pedire. Super quo eiusdem Generalis conscientiam onerat. D
Ethoc voluit, non obstante Constitutione Bonifacij 8. prohi-
bente loca semel recepta non deseriri, & alijs Apostolicis Con-
stitutionibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. B. fo. 47. Et
ffo. 13 i. conce. 293.

9 **Cōmuni- catio Pri- uilegiorū.** **V**LIVS a. declaravit, quod coarctatio, seu reductio trece- E
tarum cannarum ad centum quadraginta, contra Fratru-
Prædicatorum Priuilegium facta per Clementē 4. non debet
nocere Fratribus Mino. Nec Priuilegorum, communicatio-
nem in damnum, sed in fauorem prædictorum Fratrum Min.
esse concessam. Ac potiori pro cautela prædictum Priuilegiū
Clementis, trecentarum cannarum, supra. §. i. positum, & in-
de sequuta quæcunque prædictis Fratribus Mino. confirmau-
it, & approbavit, & quatenus opus esset, prædictarum
trecentarum cannarum Priuilegium, auctoritate Apostoli-
ca

A ca eisdem Fratribus Minor. de nouo concescit. B. ffo. 231. concess. 535. Et ffo. 73. concess. 221.

Idem Iulius concescit Fratribus Min. quod si a Principe, Duce, Marchione, aut Comite, ut aliquam domum dicti Ordinis edificant, requisiti fuerint, domum huiusmodi pro vsu, & habitatione perpetua Fratrum dicti Ordinis regularis Observantiae, construere, & edificare, ac locum pro huiusmodi constructione recipere possint, & valeant. B. fol. 43. Et ffo. 126. concess. 278.

B ¶ Idem Iulius approbavit Concessionem immediatè suprapositam, supplēdo aliquos defectus, qui in eius relatione interuerant. Ac voluit, & decrevit, quod literæ prædictæ valeant, & prædictis Fratribus suffragentur, non obstante Constitutione Bonifacij 8. in contrarium faciente, ceterisq; contrarijs quibuscūq; B. ffo. 211. conc. 515. Et ffo. 71. conc. 218.

¶ Idem Iulius statuit, quod Fratres Mino. qui in una Provincia, secundum morem dicti Ord. viuunt, nequeant edificare domos in alia Prouincia, quæ sub aliena obedientia existant, nisi de licentia Generalis. Et decrevit irritum, & inanè quicquid in contrarium attentari contigerit. B. fol. 43. Et ffo. 126. concess. 276.

¶ Idem Iulius statuit, circa supradicta clarius idem quod antea, scilicet, quod Fratres Mino. Observantiae, cuiuscunq; Prouincia, seu Custodiæ, in alia quacūq; Prouincia, seu Custodia, etiam de Observantia; domos pro eorum vsu, & habitatione, non solum non edificant, sed nec ab alijs quibuscunque personis (sine licentia Generalis) edificatas, recipere valeant. B. fol. 227. concess. 532.

L EO 10. concesfit, quod adueniente casu necessitatis, Ecclesiaz, tam Fratrum Minoru, quam Monialium S. Claræ Observan. possint transferri, & mutari de uno loco ad alium. Et locus Prioris Ecclesiaz reduci ad vsus humanos, secundum commoditatem dictorum locorum, & Monasteriorum; dummodo materia edificiorum ponatur in Ecclesia alia. o. ffo. 92. conc. 277.

Pro Eccl.
Fr. Mon.

¶ *Pro Fratribus Prædicatoribus.*

CLEMENS 4. postquam consimile Priuilegium, sicut superappositum. §. 1. Concesserat Fratribus Ord. Prædicatorum restrinxit illud, quoad huiusmodi Fratres, reducendo ad

Restrictio
ad

ad spatiū centum quadraginta cannarū. b. fol. 30. Et ffo. 31. concess. 29. Vide supra. §. 9.

¶ *Pro Fratribus Carmelitis.*

16

I DEM Clemēs 4. concessit Fratribus Ord. Carmelitarum ne aliqui Religiosi Ordin. Mendicantium, Ecclesias, seu quēquis loca ædificare, seu construere, aut per alios cōstrūcta, seu ædificata recipere, aut inhabitare iuxta loca prædicti Ordinis, infra spatiū centum quadraginta cannarū mensurandarū, etiam per aera (vbi alias rectē non permitteret loci dispositio mensurari) quo quomodo præsumant, decernens, quicquid fecus actum fuerit irritum, & inane. B. fo. 89. Et ffo. 172. concess. 403.

17
Episcopi.

VR B A N V S 4. concessit Fratribus Ord. Carmelitarum; ut si aliqui Christi fideles aliqua loca ad se spectantia, quæ feudalia, seu censualia non existant, eis contulerint; licet eis de cōsensu Diœcesanorum illa recipere, ac in eorum singulis Ecclesiā, aut Oratorium cum cāpanili construere, & inibi diuina officia celebrare. B. fo. 81. Et ffo. 165. conc. 388.

Collector.

¶ Aduerte, quod p̄fata Concessio est valde notabilis, sed multomagis ampliatio eius; quæ immediatè sequitur, & alia in §. 21. infra posita.

18
Ampliatio
Nota.

SIXT VS 4. confirmauit supradictam Cōcessionem Vrba-ni, & insuper extendit illam ad quæcunq; loca, domos, & Ecclesias etiam Parochiales; non obstante Cōstitutione Bonifacij 8. prohibēte, ne cuiusvis Ordinum Mendicantiū Fratres noua loca ad habitandum recipient, vel recepta mutare præsumant, sine Sedis Apostolicæ licentia speciali, faciens specialem, & expressam de prohibitione huiusmodi mētionem. B. fo. 104. Et ffo. 187. conc. 481.

Collector.
19

¶ Vide aliam Concessionem adhuc ampliorem, quæ ponitur infra. §. 20.

¶ IDEM Sixtus prohibuit, vt non solum Fratres Mendicantes, verum etiam, quicunque alij Religiosi, vel Ecclesiasticæ personæ vtriusque sexus, prope domos Fratrum dicti Ordinis de Monte Carmelo, nouas Ecclesias, & loca construere, vel alias de novo recipere, & habere possint, infra spatiū centū quadraginta cannarū, per aerem mensurandarū, vbi aliās commodè per terram mensurari non possent. Et quod si quis

(cuius-

A (cuiusvis conditionis, status, aut dignitatis fuerit) contra prædicta venire, aut lagere præsumperit, tam ipse, quam auxilium, vel fauorem præstantes, ipso facto incurrit sententiam excommunicationis. Et nihilominus cuncta, & singula Excommunicatio ab eis facta, pro infectis habeantur. B. fo. 100. Et fo. 184. cōcess. 457.

¶ Pro Fratribus Ordinis Minimorum.

B **V** L I V S 2. concessit Fratribus Ordinis Minimorum. vt dominos, seu Ecclesias, loca, & Oratoria quæcunq;; pro eorū perpetuis usu, & habitatione possint construere, & ædificare, seu construi, & ædificari facere, absq; alia desuper facienda noua Concessione Apostolica. Et quod Ordinis prædicti Conseruatores, quoties opus fuerit, eidem Ordini Minimorum, ac illius personis, in præmissis efficacis defensionis presidio asistant. Ac ne Prælati Ecclesiastici quicunq;; cuiuscumque nobilitatis existant, in aliquo dñificare, molestare, perturbare, nec inquietare vllatenus audeant, sub excōicationis latæ sententiae pena inhibere possint. B. ffo. concess. 27.

C **A**duerte, quod in huiusmodi Concessione conceditur, q; prædicti Fratres possint edificare loca, seu Conuentus vbiq;;, seu edificata recipere, absq; aliqua licentia, etiam Ordinario, aut alio Prælato Ecclesiastico contradicente. Hoc autem est quid magnum, & nusquam alijs concessum, saltem, quod reperiatur in libris Priuilegiorum Ordinum. Et supradictum fuit practicatum de facto, & obtentum ab ipsis Minimis contra Archiepiscopū Hispalen, scilicet, sicut patet in dicto Priuilegio.

Ex Priuilegijs Cartusiens.

E **I**NNOCENTIUS 4. statuit, vt infra dimidiā leucam, terminis possessionum Cartusiensiū, nulli Religioso liceat quodlibet ædificium construere, vel possessiones acquirere. B.

ANNOTATIO CORDVBAE.

V O A D. §. 8. notandum, quod in tabul. 21. Vicar. g. sic habetur: frates Indiarum de licentia sui Archiepiscopi possent edificare loca, cum nullus contradicat, & hoc per communicationem Maris magni Carmelit. Alias autem prouidebitur eis de au-

tori.

ctoritate per literas Apostolicas, h.ei ibi, rbi notandum, quod illud Privelegi. Maris magni Carmelitarum, quoad hoc, habetur in Compendio, in hoc tit. §. 17. 18.

Quoad. §. 9. notandum, quod Priveleg. Clement. 4. concessum Fratribus Praedicatoribus, de quo ibi fit mentio, habetur infra in Compendio eodem. tit. §. 15.

Quoad. §. 14. notandum, quod idem Leo 10. ffff. 61. fecit aliam Concessionem, qua habetur in Compendio tit. Ecclesiae Fratrum. §. 16.

CAPUCCINI ANNOTATIO. B

In §. 1. 3.
16. & 19.



V. O AD dispositionem. §. 1. 3. & 16. & 19. est sciendum, qd Neapol., & in quam pluribus alijs Ciuitatibus, practica est in contrarium, cum multa talium Regularium Monasteria reperiantur esse aedificata, & quotidiè aedificari, nesciisse, adeo vt non videatur iam esse in vnu; cñ, his supradictis non obstantibus Privelegijs fuerit contrarium pluries à Sede Apost. decisum.

In §. 18.

Nouas Pro
uincias re-
cipere.

In §. 20.

Quoad illam Six. 4. Ordinationem. §. 18. A luertendū est, quod ex Privelegio Greg. 13. (quod seruatur in Archivio nostro Romæ) non solum noua loca, sed etiam nouas Provincias, absq; alia Summi Pont. licentia possumus nos Capuccini recipere.

Circa. §. 20. notabile illam Concessionem Fratribus Minimis factā, & alijs Mendicantibus per communiat. Est a luertendum, quod nunc, absq; licentia Ordinarij Diocesis illius, noua loca recipi non possunt iuxta Conc. Trid. dispositionē Sess. vii. it. de regular. cap. 3. rbi habetur, qd nec de cætero similia loca (scilicet, Mendicantū) erigantur, sine Episcopi, in cuius Diocesi construenda sunt, licentia prius obtenta. In tam, quod nūc sufficit licentia Diocesanorum, absq; alia Summi Pont. illa auctoritate per prius requisita per cap. 1. de excessib. Prælat. in 6.

Ex Privelegijs Societ. Iesu.



CONFIRMATA est denuo, concessa Societati Iesu facultas, retinendi, & erigendi Collegia, Domos, Ecclesijs, & Oratoria in quibusvis Mundi partibus, etiam intra 140. canas, à Conuentibus aliarum Religionum, etiam Mendicantium; non obtinibus corum Privelegijs à Pio quarto, post alios Pontif. vt in literis Apost. pag. 74. & sequenti. Et quinque in hoc Privelegium revocatum fuerit per Pium 5. in causa Domus Toletana, fuit tamen validum à Greg. 13. in eadem causa. vt habetur in literis Apostolicis, & refertur in eius Compend. Priveleg. verbo alicuius, §. 1.

EGRE

A EGREDI ORDINEM VEL CLAVSRAM.

CIRC 4 egressionem Fratrum Minor. Obseruatis ab **Collectar.** Ordine, seu ab obedientia Prælatorum, continetur multa in Privilegijs prædictorum Fratrum, prout habentur supra in dictiōibus Apostatæ. Exempti Fratres. Eiūcere, seu expellere ab ordine. ¶ Quo ad egressum verò **B** Monialium Sanctæ Claræ à Clausura suorum Monasteriorū, in quibus casib⁹ liceat, & in quibus non, habetur supra in dictione Clausura Monialium.

EIICERE, SEV EXPELLERE AB ORDINE.

CONCILIUM NOCENTIVS 4. prohibuit districte ut Fratres Minores, quos Generalis, aut Prouinciales Ministeri, ab ordine pro suis culpis expellere contigerit; vel egressi fuerint proprio suo motu, non presumat prædicare, seu confessiones audire, vel docere, nisi (de licentia Sedis Apostolica, aut prædictorum ministrorum) ad alium trāsierint ordinem. Et voluit, quod si contra huiusmodi inhibitio- nem aliquid fuerit temerè attentatum, possint dicti Ministri in illos sententiam excommunicationis promulgare. B. fol. 36. Et ff. 120. concess. 262.

DICTI IDEM Innocentius cōcessit, ut electi, vel egressi de prædicto Ordine Mino. possint transire ad alios Ordines approbatos, præterquā ad Beati Augustini Templariorum. Hospitaliorum, & aliorum Religiorum arma portantium. Defерendo tamen literas testimoniales Generalis, vel Prouincialis dicti Ordinis. Et inhibuit districte, ne tales Fratres aliter ad alium ordinem transeant, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant, absque licentia speciali Sedis Apostolica, faciente de præsentibus mentionem. B. fol. 37. Et ff. 120. concess. 262.

CLEMENS 4. in Mari magno prohibuit, & statuit supra dicta per eadem verba formalia. B. fol. 58. Et ff. 141. concess. 330 & 331.

ALEXANDER 6. concescit facultate Generalibus Ordinis Minorum, ut per se met ipsos duntaxat, & Prouincialibus, ut per eos, cum cōfensu maioris partis Capituli Provinclia-

Prædica-
tio.
Confessio.

Excommu-
nicatio.

Licentia.

Recipere
Frates.

3

4
Generalis.
Prouinc.

Habitus
ord. Mino.
Incorrige-
biles.

uincialis, Fratris dicti Ordinis, quos incorrigibiles repere-
rint, habitu expoliare valeant, & ab Ordine ejēcere. Ac con-
tra quoscunq; eis auxilium, consilium, vel fauorem publicè,
vel occultè, directè, vel indirectè, aut quovis quæsito colo-
re, super dicti habitus delatione præstantes, etiam cuiuscunq;
dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per Cen-
suras Ecclesiasticas; ac alia iuris opportuna remedia (appel-
latione postposita) procedendi; inuocando etiā, si opus fue-
rit, auxilium brachij secularis. b. ffo. 56. concess. 55.

Collector.

S. Bonau.

¶ Præfata Concessio non est absolutè, ac indistinctè intel-
ligenda, sed iuxta doctrinam Sæcti Bonaventurae, in quæstio-
nibus super Regulam Fratrum Mi. q. 14. vbi querit. Si liceat
Ordini ejēcere aliquem pro demeritis? Ad quam quæstionem
repondens dicit sic. Si Frater aliter viuit, quam licet in Or-
dine, & sæpius correctus se non sufficienter correxerit, si ex-
cessus occultus sit, tolleretur, & cum cautela propter scâda-
lum; ne si abijceretur, cum eius culpa non pateat, videretur
iniustè proiectus, aut peccatum iniustè propalaretur: quod
vtrunq; illicitū videtur. Si verò excessus eius graues fuerint,
& notorij, quòd alij eius exemplo possint infici si retineatur
in Ordine, & extranei scandalizarentur; quod talis in Ordi-
ne sustineretur, tum propter auferendum scandalum, tū pro-
pter corruptionem Ordinis præcauendum; debet ejeci præ-
uaricator voti, & pauci sui, quia iam Ordo non tenetur ei de
promisso tenendi eum secum, qui promissum suū præuarican-
do pluries violauit. Cùm, ideo sit vocatus Ordo, quia nihil

Notæ.

inordinatū in se patiatur. Quod si Deo permittente, talis se-
ipsum ejiceret, gratiæ sunt Deo referendæ, non quia ille pec-
cauit, sed, quòd oues suas à pestifera contagione libera-
uit. Vnde Apostolus ad Galat. 5. Utinam (inquit) absindan-
tur, qui vos conturbant, scilicet, puritatem vestram, pacem,
& famam. ¶ Et inferius prope finem determinationis addi-
tur. Et ideo si Frater demeretur, in Ordine, quem votuit, non
retineri, cum ex peccato suo non sit conditio eius melior fa-
cta, vt iam possit esse liber, sed, potius deterior; oportet
eum alium Ordinem intrare, & illum seruare, si vult saluari.
Et ad hoc cogit eum Statutum vniuersalis Ecclesiæ, nō Ordo
iste, ex cuius gratia permittitur ei ad inferiorem Ordinem
transire, cùm Superiorem non inuenit; ne aditus ei salutis
præcludatur. Si autem velit in século vagari, ex quo Ordo

non

A non vult eum recipere, nec ad Religionē concedatur sibi trāsire in spacio temporis sibi determinato: licet iam videatur ab Ordinis iurisdictione exemptus, cum nolit eum amplius tenere; tamen ex auctoritate Summi Pontificis, à cuius iurisdictione non est subtractus, potest eum Ordo impetrare, & per Censuram Ecclesiasticam, vel etiam ad alijs penas corporales potest coercere eum, vice Domini Papæ, quandiu non habuerit alium iudicem regularem, cui se subiecerit, Regulam, & Ordinem illius stabiliter assumendo. Hæc omnia Sanctus Bonanentura vbi supra.

B Nec obstat præfatis dicere, quod Papa absolutè concescit, & ideo absolutè esse intelligendum. Quia licet, hoc verum possit esse pro foro exteriori, non tamen est tutum pro foro conscientiæ. Nā a thuc, remittere Fratres professos in obseruantia, ad Conuentuales, nullatenus licet. Sic enim determinatum est in quodam Capitulo generali, vt positum est in dictione Cōuentuales Fratres, post. §. 2. Cuius ratio videtur esse, quia Prælati Ordinis, nec Papa possunt liberare Fratres huiusmodi, ab obligatione, qua in professionis emissione per votum solemne se astrikerunt. Eijciendo autem tales absolutè extra Ordinē, ultra inconuenientia superius dicta, est exponere illos periculo damnationis æternæ, cum sic eiecti nequeant seruare Regulam, quam promiserunt. Sed tales deberent perpetuis carceribus mancipari, ac secundum exten-
C D tiam delictorum puniri, etiam ultimo suppicio, prout puniri solent Clerici seculares secundum Iura canonica, quibus subiiciuntur Religiosi, sicut reliquæ personæ Ecclesiasticae.

C. o. 10. concessit Generalibus, & Provincialibus Ordinis Min. vt fratres eiusdem Ordinis, etiam professos, qui grauissimis, & scādalosis delictis notati, & diffamati fuerint; quæ fraudulenter, & dolosè in eorū receptione, & professio-
E nis emissione (monitione super his per p̄ædictos Prælatos præmissa) tacuerunt: non obstante, quod iam recepti sint, & professionem emiserint (ne morbida, & infecta pecus, Ovile domini corrūpat; & vt alijs cedat in exemplum) à domibus, & Conuentibus dicti Ordinis expellere, & remouere, li-berè, & licite possint, & valeant: prout conscientijs p̄ædictorum Ministrorū (quas super hoc onerat.) visum fuerit iu-
stum, & honestum. B. lffo. 19. concess. 61.

q. Di-

Collector.
Novicij.

Professio.

¶ *Disiinctio materiae Electionum Prælatorum Ordinis.*

Collector.

DE multiplicibus Electionibus fit mentio in Priuilegijs Fratrum Minorum.

¶ Primo de electione Generalis Ministri. Et quoad huiusmodi electionem habetur infra. §. 3. & 4. & 10. & 11.

¶ Secundò de electione Vicarij totius Ordinis. Et hoc continetur infra. §. 6.

¶ Tertiò de electione Ministrorum Prouincialium, de qua habetur infra. §. 4. & 8.

¶ Quarto de electione Custodum, & Guardianorum, ut habetur in dictioribus Custos, & Guardianus, & infra. §. 6.

¶ Vltimò de electione Abbatissarū, prout continetur in dictione Abbatissa, vbi in in margine est posita hæc dictio Elec-

tionis.

A N N O T A T I O C O R D V B A E.

V O A D. §. 4. notandū , ut ibi bene dicit Collector , quod moderatè , & cum debitis circumstantijs secundum determinacionem Bonauen. vtendum est illo Priuileg. Alex. 6. & sic est intelligendum, quodad expulsionem Incorrigibilium; De qua tamen materia nos latius egimus sup. in Regulæ expositione Fratrum Min. cap. 2. quest. 21. Et similiter aliqua habentur de his iam electis , seu expulsis ab Ordine, & egressis, in Compend. tit. Apostata ; secundum subiectam materiam , ibi videatur.

C A P V C C I N I A N N O T A T I O.

Ord. s.cti
Hieron.

I U S 5. anno Domini 1566. Ordini S. Hieronymi concessit, quod Capitulum generale, aut priuatum possit Fratres delinquentes, in casibus, in quibus, quis de iure communi ad mortem damnatus, perpetuo incarcereare, vel eos imperpetuum, aut ad tempus ad tritemes relegare, & condemnare, & in alijs delictis grauibus, aut grauissimis, veluti inobedientie, Contumacia, seu Incorrigibilitatis, eos etiam, usq; ad priuationem habitus inclusuē, punire, & castigare.

Et idem met Pius 5. postea anno 1567. statuit, ut non aliter Capitulo generali expectato, per solūm Priorem generalem, prædicta damnatio, & relegatio possit fieri perpetuo, vel ad tempus, etc. dummodo hæc omnia faciat de consilio fratrum seniorum: ut habatur in eorum Cépend.

Priuil.

E

A Privil. Garsia. fol. 63. & quomodo possint eos etiam torture subidere, vide supra in verbo currenti. s. 12.

B IDEM statuit Sixtus V. in Const. 73. in anno 1687. dicens, nullam esse illorum professionem; ac habitu spoliari, & Religione expelli posse, qui repertifuerint criminosi, vel suspecti, aut ære alieno, vel redēdis rationibus obnoxii; cum in illa Const. prohibeat, nullo modo, istos tales, in aliqua ex supradictis cōditionibus implicatos, recipi in Novitiatu. Vnde, quando in ingressu Religionis, de illis, & de alijs conditionibus requisisiti, examinati, illorum aliquam tacuerunt, vel falsa exposuerunt, se postea, facta professione, contrarium appareret, est, vi supra, eorum professio nulla.

C Item, vtria ea, que hic ponuntur a Collectore, circa doctrinā S. Bonaventuræ, est etiam notandum, q̄ si dicereatur, Misero esse miserationem adhibendam, vriterum recipiatur in Ordine. Dicit S. Bonaventura, crudelis est miseratione, vnde plures, & meliores grauiter offenduntur; sicut qui furem liberaret, vnde pauperes expoliarentur; maximè cum tales, longo vsu tepefacti, rarissimè vero, & perseveranter emendantur. Et facilis remissio alijs audaciam præbeat delinquendi.

D Nec potest allegare, sibi iniuriam fieri, si non recipiatur; quia ipse talem fecit ex culpa propria, quod recipi sit indignus: quin potius Ordo habet causam contra eum agendi, pro eo quod sic se de honestatuit. Vnde potest eum punire, nisi faciat, quod tenetur. Sedis autem Apostolica, quæ suum ius unicuique seruat, & vult Ordinem in sua puritate persistere, non cogit Ordinem tenere illos, quorum conuersatio nociva esset in Ordine; quia tunc puniret innocentes, & reos soueret, & occasionem daret Ordinis corruptioni, per tales pestiferos, si eos recipi oporteret.

E Ideo Paulus 4. viue vocis Oraculo, instante, & de huiusmodi declaracione testimonium ferente, bona memoria Pij V. (cum esset in Minoribus) super receptionem Apostatarum, declarauit, Virtute Motus propri ab eo emanati, non suisse intentionis eiusdem Pontificis, ut quoscunque huiusmodi apostatas, sine discrimine, & absq; vlo respectu, recipere tenerentur Superiores, & eius societati admiscere; ad eos tantum, de quibus emendationis rita propositum concipere, & sperare probabiliter possent. De qua authentica declaratione fidē facit Passarellus, in Collect.

F Privil. fol. 180. & in Statutis ipsius Ordinis reperiuntur inserta. Sed ne dānabiliter vagentur in seculo, ex gratia Sedis Apostolice, ordo potest eis licentiam (quos indicat non recipiendos esse) ad alium determinatum Ordinem concedere transiundi, ubi siluentur, ad quem etiā transire tenentur (si possint) alioquin non erunt in status salutis. Propria auctoritate non possunt Ordinem deferere, quem voverunt, vel aliquem in-

In §. 5.

Criminof
cijciēdi ab
ordine.Responsio
ad obiectio
nem.Declarat
Pau. 4. vi-
ue vocis
oraculo.

Passarell.

Expulsi re
nentur trā
fire ad aliū
ordinem.

trare sine Ordinis sui licentia, vel Summi Pontificis. Quod autem talis, alium cogitur intrare Ordinem, si in illo non recipitur, cum tamen alium non voverit nisi istum, hoc est ratio; quia cum vovit istum, sic alligavit se Religioni, quod secundum ius canonicum nullatenus potest redire ad seculum, vel ad laxiorem vitam transire. Et ideo D. Bonaventura ait, si Frater demeretur in Ordine, quem vovit non retineri, cum ex peccato suo non sit conditio eius melior facta, ut iam possit esse liber, sed potius deterior, oportet eum alium Ordinem intrare, & illum seruare, si vult saluari.

Vt supra.
in §. 2.

Idem Innocētius quartus concessit, ut electi, vel egressi de predicto Ordine possint transire ad alios Ordines approbatos, prater quam Beati Augustini Templariorum hospitaliorum & aliorum Religiosorum arma portantium, ad evitandam occasionem vagandi (deserendo tamen litteras testimoniales Generalis, vel Provincialis dicti Ordinis) inhibuit districte, ne tales Fratres aliter ad alium Ordinem transeant, vel alij eos recipere, seu retinere presumat absq; licentiaspet. Sedis Apostolice&fasciente de praesenti mentionem.

Nota.

Posset etiam dici, quod cum super eiusdem, sine expulsum ab Ordine, seruatis seruandis cum sententia diffinitiva Generalis, nullam habeat in posterum iurisdictionem, quia per sententiam predictam est exceptus a sua iurisdictione, arg. l. Iudex posteaquam. ff. de re judic. & Cap. in literis de offic. delegat. & cap. fin. de Regular. per consequens eius licentia, nec prodebet, vel obesset, ut tenet Nau. in repet. c. non dicatis. n. 33. 12. q. 1.

Nauar.

Et sic talis eiusdem, sine ullius licentia, posset transire ad quancunq; Religionem, sine strictiorem, sine aequali, sine laxiorem, quam posset intrare, ac si nunquam intrasset illam, a qua est solutus per praefata sententiam, per quam extincta est obligatio, qua tenebatur illi Regule, cum obligatio extincta, non posset reuiuscere, neq; impedimentum tollere, vel afferre. l. quires. 9. aream. ff. de solut. Imo potest, & debet, quando alibi non posset intrare, absq; aliqua licentia manere in habitu clericali, subiectus Ep̄o suo: Ita consuluit Nauar. in cons. 51. lib. 3. cōsiliorum tit. de Regularibus.

ELECTIO.

¶ Distinctio materiae Electionum Prælatorum Ordinis.

E

Collector.

DE multiplicibus Electionibus fit mentio in Priuilegijs Fratrum Minorum.

¶ Primo de electione Generalis Ministri. Et quoad huiusmodi electionem habetur infra. §. 3. & 4. & 10. & 11.

¶ Secundò de electione Vicarij totius Ordinis. Et hoc continetur infra. §. 6.

¶ Ter-

A ¶ Tertiò de electione Ministeriorum Prouincialium, de qua habetur infra. §.4. & 8.

¶ Quarto de electione Custodum, & Guardianorum, vt habetur in dictioribus Custos, & Guardianus, & infra. §.6.

¶ Ultimò de electione Abbatissarum, prout continetur in dictione Abbatissa, vbi in inmargine est posita hæc dictio Electio.

B **P**ELAGIVS 9. Papa. circa Electiones Religiosorum fecit sequens Statutum. Nullam potestatem de cetero, nullam licetiam Monachis relinquimus pro arbitrio suo, aut Abbatess expellere, aut sibimet alios ordinare; quia nulla auctoritas remanebit Abbatii, si Monachorū potestati cæperit subiaceat, vt de cetero fideliter, & studiosè vniuersa, quæ vel ad diuini cultus reuerentiam, vel ad utilitatem eiusdem Monasterij pertinent, Abbatis follicitudo, ad quem potestas tota pertinere conuenit, debeat adimplere. Habetur 18.q. 2.c.

C Nullam potestatem.

¶ Circa huiusmodi Statutum dicit sic Gratianus ante præcedens.c. Sed sciendum est, quosdam Monachos esse indomitæ ceruicis, & effrenata superbia, quos dum Abbates corrigerem vulerint, in eorum deiectionem conspirant, & alium moribus suis conuenientem sibi præficere contendunt. Quales erant illi qui in necem B. Benedicti conspirasse leguntur. Pro huicmodi constitutum est, scilicet, à Pelagio Papa: vt Abbates, & alia officia per Sacerdotes, idest, Episcopos instituantur.

D **I**NNOCENTIVS Papa 3. similiter circa Electiones sic statuit. Quia propter diuersas Electionis formas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent Ecclesijs viduatis, statuimus, vt cum Electio fuerit celebranda, a præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt interesse, assūmatur tres de Collegio fide digni, qui secrètè, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in cōmuni, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto. Ut is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior, & senior pars Capituli consentit. Vel saltem eligēdi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omniū Ecclesiæ viduatæ prouideat de Pastore. Alter Electio facta non valeat. Nisi forte cōmuniter esset ab oībus quasi per inspirationem, absq; vitio celebrata. Habetur in c. Quia ppter de Electione.

Collector.

Ex iure cōmuni.

In electio-
ne sunt ob-
seruanda
ea, quæ à
Cōc. rrid.
iubentur
selli. 25. c.
16. de re-
gularibus.

De Generali Ministro.

CLEMENS 4. concescit, vel statuit, ut Generalis Minister Ordinis Min. statim postquam electus (secundū Regulam, & Constitutiones) fuerit, eo ipso verus eiusdem Ordinis Generalis Minister effectus, curam animarum Fratrum ipsius Ordinis plenam habeat, & liberè gerat, ipsosque Fratres auctoritate propria ligare, ac soluere, necnon in eodem Ordine agere valeat, quæ ipse Minister, & Diffinitores ad hoc electi, iuxta Constitutiones Ordinis, eidem Ordini, & Fratribus secundum Deum viderint expedire. B. fo. 56. Et ff. 139. concess. 307. B

4
De Generali Ministro & Prouinc.

¶ IDEM Clemens statuit, seu concescit, quod in Electionibus Generalis, & Prouincialium Ministrorum praedicti Ordinis Mino. Fratribus, qui debent Electionem huiusmodi celebrare, tempus super hoc à iure statutū non currat, nec ipsi in hac parte iuris huiusmodi Regulis coarctentur. B. fol. 56. Et ff. 139. concess. 308.

5
De Custodiis, & Guardia.

¶ IDEM Clemens statuit, quod Custodes, & Guardiani, qui secundum Statuta Ordinis, aliter, quam per Electionem instituuntur, post ipsam institutionem, seu prouisionem de ipsis factam, curam animarum Fratrum sibi subditorum habent, ipsosque ligare, ac soluere possint, iuxta ipsius Ordinis instituta. B. fol. 56. Et ff. 139. concess. 309. C

6
De Custodiis.

NICOLAUS 4. statuit, & declarauit, vt, cū Electio Generalis Ministri fuerit celebrada, custodes vniuersitatis que Prouinciae, vnum ex se ipsis constituant, vt ei voces suas committant, ipsumq; ad locum, vbi Electio eadem tunc fuerit celebrada, transmittant. Isq;, qui sic ab ipsis Custodibus constitutus extiterit, vnam vocem dūtaxat pro se, & omnibus eis habeat, & intelligatur habere, ac pro una voce tantummodo admittatur ab alijs. b. fo. 31. Et ff. 32. concess. 32. D

Collector.

¶ Hoc statutum iam vacat, propterea quia aliter statutum est in Bulla Vnionis per Leonem 10. vt habetur infra. §. 10.

7
De Vicariis ordinis.

¶ IDEM Nicolaus statuit, & ordinauit, ac districte inhibuit Fratribus Minoribus, ne mortuo Ministro Generali, possint eligere, vel constituere aliquem Fratrem in Vicarium Ordinis, absq; Romani Pontificis, & Protectoris Ordinis eiusdem licentia speciali, per ipsius Romani Pontificis literas patentes concedenda, facientes plenam, & expressam de statuto, & ordinatione, & prohibitione huiusmodi mentionem, b. fo. 31. Et ff. 32. concess. 33. E

A **C**LEMENS 5. in declaracione Regulae Fratrum Min. statuit, & ordinauit, quod Electio Ministri Prouincialis pertineat ad Capitulu prouinciale, quam idem Capitulu die sequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur. Et similiter statuit, quod huiusmodi Electionis confirmatio pertineat ad Ministrum generalem. Et quod si ad Electionem huiusmodi per formam scrutinij procedatur, & votis in diuersa diuisis Electiones plures in discordia celebrari contingat, illa

De Ministro Provinciali. Confirmatio.

B que à maiori parte Capituli numero (nulla zeli, vel meriti collatione, seu consideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, seu contradictione quacunq; alterius partis non obstante, per dictum generalem Ministrum de cōsilio discretrorum de Ordine (prius tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligent examinatione præmissa) confirmetur, vel etiā infirmetur, prout eis secundum Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata; ad Capitulum prouinciale Electio hu-

Cap. Gen. & Prouin.

C iusmodi reuertatur. Cæterum si Capitulum memoratum die prædicta Ministru eligere prætermittat, extunc Ministri prouincialis prouisio, ad generalem Ministrum liberè deuoluatur. fol. 15. tract. 3. Et fol. 16. tract. 2.

Collector.

D ¶ Aduertendum est circa prædicta, quod celebrans Capitulum, & Diffinitores faciunt confirmationem, tanquam Commissarij Ministri generalis. Sed tamen tenetur prius facere examinationem, &c. Sicut etiam continetur in c. fin. de Electione lib. 6. Vide ibi. Et ego nescio quomodo aliter posse fieri iuridicē.

E VGENIVS 4. & Nicolaus 5. statuerunt aliqua pertinen-
tia ad Electiones Abbatisarum Ordinis Sancte Clarae: sed quia haec posita sunt supra in dictione Abbatisa, ideo hic non ponuntur.

De Abbatissis.

L EO 10. in Bulla Unionis statuit, quod Electio Generalis Ministri totius Ordinis Mino. fieri debeat à solis Ministris prouincialibus, & Custodibus reformatis, tam Cismontanis, quam Ultramontanis in Capitulo generali dicti Ordinis in festo Pentecostes, in loco, quod Generalis Minister, cū Capitulo generali proximè præcedenti duxerit assignandū. Ad quod Cap. omnes Ministri, & Custodes, sive Vocales tam Cismontani, quam Ultramontani accedere teneantur. Et ne caput suis membris deforme appareat, voluit, & ordinauit, quod nullus Frater possit eligi in Ministrum generalem; nisi

De Ministris Generali.

vitam discat reformatam, & pro reformato à cōmunitate reformatorū habeatur. In præfata etiam Electione Ministri generalis voluit, quōd nullus penitus vocem habeat, nisi reformatus, & pro reformato à Congregatione reformatorum habeatur. B. fffo. 29. concess. 93. & 94.

A

I 2
De Gene-
rali Mi-
nistro.
¶ IDEM Leo ordinavit, quōd Minister generalis eligatur alternatim de Fratribus Cisimontanis, & Ultramontanis: qui tantū per sex annos durare possit. Ita quod si Minister generalis per sex annos de Cisimontanis Fratribus electus fuerit, sequentibus sex annis de Ultramontanis Fratribus eligi debat. Qui modus alternatis vicibus in perpetuū à Fratribus prædictis obseruetur. B. fffo. 29. concess. 93. & 94.

B

I 2
De Com-
missario
generali.
¶ IDEM Leo fecit quandam ordinationem super electione, & institutione Commissarij generalis: quæ posita est supra in dictione Commissarius. §. 1.

C A P V C C I N I A N N O T A T I O.

C

In §. 6.



I R C A huiusmodi Prælatorum Electionem, videnda est Cōstitut. vñionis 20. & 21. Leon. 10. & Conf. 131. Pij 5. Provincialis officij, &c. Fratribus Minoribus de Obseruantia directa. In quibus nonnulla, de Ministrorum generalium, ac Provincialium modo in Electione seruando præscribuntur. Et præcipue in illa Conf. 20. vñionis, sicut per Leonem ordinatum anno. 1517. vt Minister generalis per sex annos, & Provinciales per tres tantum in officio durarent. Quibus annis expletis, ipso facto eſſent ab officio absoluti, & pro absolutis ab omnibus Fratribus haberentur (vt dicitur etiam infra in verbo, Minister, in fine, & in verbo, officia Ordinis) quæ tamen determinatio, non videtur nunc esse in obseruantia, cūm aliter a subsequentibus Summis Pontificibus, ac Ordinis statutis reperiatur esse ordinatum.

D

Generalis
ac Provin-
cialium in
off. durat.

Quādo p
absolutis
ab off. sunt
iudicandi.

Ac quamuis adhuc in suo robore eſſet, non esse putandum videtur, vt cum ibi dicitur; Ut illis annis expletis, ipso facto ab officio sint absoluti, quōd sic præcisè non eſſet intelligendum, quin possit per mensem, & per menses in tali officio prolongari, vel breuiari, secundū quod Capitula Provincialia, vel Generalia accelerantur, vel protrahuntur: Iuxta consimilem declarationem factam in statutis Ordinis, circa illam ordinationem Iulij 2. vt omnia officia Ordinis eſſent trienalia; quæ referuntur a Collectore, infra, in verbo officia Ordinis. §. 2. Tuttis tamen iudicarem, vt succedente casu, antequam ad finem talis triennij deueniretur.

E

Cautela
obseruāda

A tur, Generali nuntiaretur, ut quid faciendum esset determinaret.

A Et in 131. illa Pij V. anno 1571. statutum fuit, ut Generalis Ministeri officium, per 8. annos; Ac Ministrorum, Procuratorum, & Commissariorum per quatuor sit. Ipsiq; semel functi officio, ad idem eligi non posse; nisi post 16. annos. Posset tamen Minister Prouincialis, in alia Prouincia esse Prouincialis: Nunc tamen inter aliquos Regulares, iuxta Sixti quinti. Idem supradictum spacium sex, ac triam annorum obseruatur. Inter alios vero, aliter, & aliter, iuxta eorum Statuta, & Ordinationes (ut nos Capuccini obseruamus) ad quos me remitto. Sed quod expleto illo tempore, ipso facto habeantur pro absolutis ab officio, nulla sit mentio; ex quo tacite videtur esse sublatum.

B *A Canonicis Regulari S. Salvatoris, quolibet triennio fieri electiones Prioris generalis, & aliorum Prælatorum Ordin. mandauit Pius 5. & fuit postea a Greg. 13. confirmatum in Const. sua 58. Quæ inter religiosorum, anno do. 1579.*

C *Ac ibidem contra Subornates, statuit ipse Pius 5. ut in Electionibus omnibus, vel ante eas, per sex menses, pro se, vel pro alio subornauerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, & qua nisi a Romano Pontifice, pro tempore existente (præterquam in mortis articulo) absoluti non possit, ac voce activa, & passiva perpetuo careat subornatus, vel alius, pro quo subornatio fiet. Qui subornantem non detulerit, eandem paenam incurgere cœatur. Qui autem ad officium obtinendum quorumvis fauorem, extra Religionem procurauerit. Ultra prædictas paenas, per mensem carceri mancipetur.*

Cōtra subornates.

D *Et in Conc. Trid. seß. 25. c. 6. de regulari ordinatur, in Electione quorumcunq; Superiorum, omnes eligi debere per vota secreta, ita ut, singulorum eligentium nomina, nunquam publicentur: Nec in posterū licet Prouinciales, aut Abbates, Priors, aut alios quoscunq; Titulares, ad effectum Electionis facienda constituere: Aut rotes, & suffragia absentium supplere: aliter electio sit irrita, & Prælati, qui sic se creari permiserint, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda, inhabiles existant, &c.*

Determinatio Cōc. Trid. circa electionem.

E *In Regulæ autem nostræ cap. 8. prescribuntur personæ electrices, ac tempus Electionis Generalis Ministeri, ut scilicet, Prouinciales, & Custodes conueniant in Cap. Pentecost. &c. & in supradicto Canone Cōc. Trid. statuit modus obseruandus.*

Et aduertendum, qd licet in Regu. nulla de Ministrorum Prouincialium, et Guardianorum Electione, & institutione, fiat mentio & quod proinde totam inferiorum Prælatorum institutionem (secundum Hugon. & Petrum Ioannem) ipsi Generali Minist. & Cap. Gen. reliquisset. Attamen

Alia determinatio p duratione officij Prælatorum.

postea per Clem. V. sicut facta supradicta ordinatio in §. 8.

Eligentes
aduertat.

Sed debent Electores aduertere (si tamen absq; culpa esse velint) digniorē semper inter concurrentes, in Prælatum eligere; qui scientia moribus, vita, & exēplo, meritō valeat magis prodesse, quādambitiosē obesse gregi, omni postposito amore, odio, rācorr, vel prece. Alias licet (vt Doctores aiunt) indignum eligendo, vnum comiterent mortale peccatum; Indubitanter tamen teneat, se cōmūnū peccatorum, ab eo sic indigno electo, in prælatura illa cōmīsorum, pānae participaturos. Quod sacra Synodus Trid. Ieff. 24.c.1. de reform. comprobare videtur, dum omnes habentes aliquo modo ius in electionibus, & promotionibus faciendis, horiando, & monendo ait: Ut in primis meminerint nihil se ad Dei gloriā, & populorum salutē utilius posse facere, quā si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernāda idoneos promoueri studeant, eosq; alienis peccatis cōmunicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi iudicauerint, non quidē precibus, vel humano affectu, aut ambientiū suggestionibus, sed eorum exigentibas meritis, præfici diligenter curauerint.

Cōc. Trid.

Idēq; profectō esse iudiciū de prouisoribus, hoc est, de illis, qui per viā prouisionis, absq; Electione, faciunt Pastorem. Cuiusmodi in nostro Ordo ne Capuccinorum sunt Prouinciales, & Diffinitores, prouidēdo de Guardianis, quia bi propriè nō per electionē, sed per prouisionē preficiuntur. Nō. n. ab inferioribus, vt sint ipsorū Prælauū elīgitūr, sed a Superioribus in Guardianos Conuentus, preuidentur. Et sic de similibus dicendum.

Quo non
sufficiat e-
ligere di-
gnum.

Et circa id, quod ē sententia S. Tho. 2.2.q.63.art.2. & cæterorū, quos refert Sotus de Iust. & Iur. lib. 3.q.6. concl. 9. dicentium, elicitor, quod oportet in foro conscientiæ, eligere dignorem, & non sufficit eligere dignum. Videri potest quid Caiet. dicat in summa, verbo, Electio, & in Ientaculo 12.q.4. quem sequutus est Nauar. in cap. Sacerdos. §. quod autem de pānit. d. 6. nu. 4. Et hæc pro huiusmodi Electionis materia sufficiat. plura etiam alia poteris videre infra, in verbo Generalis Minister, & in verbo, Prouincialis, ac in Verbo, Officia Ordinis.

E L E E M O S I N A.

I
Paupertas

ALEXANDER. 4. declarauit, quod Fratres Mi. Pre-dicatores, tam ab his, quibus prædicant, quam ab alijs possint eleemosinas petere, ac recipere, fidelesq; posse huiusmodi eleemosinas eisdem Fratribus salubriter elargiri, non obstante quacunq; contradictione. Ac etiam declarauit, quod prædictorum Fratrum mendicitas est meritoria. B. fo. 25. Et ffo. 25. concess. 15.

¶ IDEM

A ¶ IDEM Alexander concescit Fratribus Mino. quod de male acquisitis, quorum restitutio non debetur certae personae, ac de incertis relictis, possint recipere Eleemosinam ab exequitoribus testamentorum. b. fo. 25. Et ff. 26. conce. 16.

2
Restitutio

VR BANVS 4. concescit Fratribus Carmelitis, ut de vris, & rapinis, & alijs male acquisitis, si per sonq; quibus horum restitutio fieri debeat omnino inueniri, & sciri non possint, necnon de quibuscumque legatis indistincte ad pios vsus relictis, recipere valeant vsq; ad summam centum Marcharū

3
Pro Carmelitis.
Restitutio Legata.

B argenti. B. fo. 178. conce. 419.

CLEMENS 4. concescit Fratribus Min. vt in terris excōmunicatorum possint liberè commorari, & ab eis tunc, & quando per huiusmodi terras ipsos transire contigerit, necessaria vita depositare, ac recipere. B. f. 56. Et ff. 140. cōc. 317.

4
Excommuni-
cati.

EVGENIVS 4. concescit Generali, & Provincialibus Fratrum Min. Obser. plenam, & liberam facultatem capienti, & incarcerandi, ac in carceribus detineri faciendi, necnon alijs puniendi, & corrigendi Fratres Conuentuales, præfati Ordinis quæstuantes, seu Eleemosinas petentes in locis Conuentuum, domorum, & eremitorum Fratrum prædicatorum Obser. aut aliqua minus honesta contra Cōstitutiones, & Declarationes Apostolicas, & Statuta, & Cōsuetudines eiusdem Ordinis facere præsumentes. b. fo. 48.

5
Cōtra Fra-
tres Cōue.

¶ Dubium videtur, vtrum istud iam vacet propter illa, que dicta sunt in dictione Concordia, prope finem.

Collector.

CALIXTVS 3. prohibuit distictè sub excommunicatis pena, ne Fratres Min. de Obseruantia sub nomine Fratrum Conuentualium eiusdem Ordinis, nec Conuentuales sub nomine Fratrum de Obseruantia, aut sub nomine locorum eorumdem, quæstuarie, seu Eleemosinas petere præsumant. B. fo. 90. conce. 197. propè finem.

6
Pro Fratribus Obser. & Conuentualibus.
Quæstuarie

¶ Similiter videtur dubium, vtrum vacet istud, sicut supra positum.

Collector.

SIXTVS 4. quia intellexit, quod locorum Ordinarij, eos rumque Officiales, seu Vicarij, & curati, ne ipsi fideles, Fratribus Mino. & Prædicatoribus Eleemosinas erogare præsumerent, suadebant, ac etiam sub censuris inhibebant, & erogantes excoicatos fore prædicabant, seu prædicari faciebant, aut pronunciare psumebant; mandauit prædictis Ord. ac reliquis personis supra nominatis, & alijs quibuscumque personis,

7
Pro Fratribus Mi. & Prædi.

sonis, ut ab huiusmodi persuasionibus, inhibitionibus, & mandatis de cætero prorsus, & omnino abstineant. Ac decreuit, inhibitiones ipsas, & mandata nullius existere firmitatis, & illis contravenientes censuris huiusmodi minimè ligari. Voluit tamen, quod si persuadentes, & inhibentes præfati mandato huiusmodi obtemperare non curauerint, nisi eos pœnituerit, & persuasiones, & inhibitiones reuocauerint infra triduum, postquam desuper requisiti fuerint, eo ipsi Ordinarij interdictum ingressus Ecclesiæ, ac suspensionem à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, alij vero inferiores excommunicationis sententiam incurvant. B. fo. 65. Et ffo. 149. confess. 365.

**Excommun-
icatio.**

**Ex priuile-
Carmelit.
Nota.
Inquisitores**

**Pro Augu-
stino.**

**Quæstuare
Conuentua-
les.**

**Excommun-
icatio.**

Indulg.

12

¶ IDEM Sixtus voluit, quod Ordinarij, seu quicunque alij prohibentes, ne Fratribus Carmelitis Eleemosinæ fiant, ipso facto sint excommunicati. Et quod contra tales possint Rectores Ordinum Mendicantium, & Auditor camere Apostolicæ, ac Inquisitores hæreticæ prauitatis, sicut contra hæreticos procedere. B. fo. 99. Et ffo. 183. conce. 448.

¶ IDEM Sixtus concessit hoc idem Fratribus Augustinensis in suo Mari Magno, ut habetur. ffo. 251. concessione. 398. Nisi quod Inquisitores solum possunt procedere contra tales.

ALEXANDER 6. prohibuit ne aliqui Eleemosinas quætere audeant sub nomine Fratrum de obseruantia Ordinis Mino. præsertim Fratres Conuentuales eiusdem Ordinis, ac præcipue infra terminos domorum Fratrum prædictorum obseruantium. Et commisit vniuersis Ecclesiarum Prælatis, ut cum pro parte huiusmodi Fratrum obseruantie fuerint requisiti, inhibeant publicè supradicta, sub excommunicacionis latæ sententiæ pœna, ac contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia compescant. B. ffo. 151. conce. 370.

VLIVS 2. declaravit, quod verba in Priuilegijs Fratrum Mino contenta, scilicet, quod visitantes suas Ecclesias, & manus porrigitentes adiutrices, indulgentias eis concessas consequantur, etiam ad facientes eis Eleemosinas de pane, & alijs pro eorum victu, & vestitu, ac domorum suarum reparacione necessarijs referantur. B. fo. 43. Et ffo. 126. conc. 281.

¶ IDEM Iulius informatus, quod in aliquibus partibus Fratres Mino. Conuentuales, & alij Mendicantes inferebant grauam-

A uamina circa petitionem Eleemosinarum Fratribus Min. obseruan. concesit huiusmodi Fratribus obseruan. vt Eleemosinas à temporibus, & locis consuetis petere, & recipere, iuxta quod eisdem ex Regula, & Constitutionibus Apostolicis permittitur, prædictorum Conuentualium, & aliorum Mendicantium Ordinum Frarrum aduentu, & præuentu minimè expetatis, liberè, & licitè valeant. Ac Conuentualibus prædictis, & alijs Mendicantibus Fratribus sub pena excommunicatio

Excommuni-
catio.

B nis ipso facto incurreda præcepit, ne præfatos Obser. Fratres per se, vel alium, seu alios, directè, vel indirectè, publicè, vel occultè circa prædicta impedire, seu molestare præsumant. B. ffo. 14. conce. 51.

13

L Eo 10. quia fuit informatus, quod in aliquibus partibus aliquæ personæ Ecclesiasticae, præsertim Curati, seu presbyteri parochiales, non permittabant Fratres Minores Eleemosinas petere sine eorum licentia, & Dicæsanorum, vel eorum Vicariorum litteris, & insuper, quod Eleemosinarum huiusmodi Mendicatarum medietatem sibi vendicare volebât, districtè præcipiendo mandauit omnibus Ecclesiarum Prælatis sub graibus censuris, ut ab huiusmodi grauaminibus, & molestijs abstinerent, & vt quoties pro parte Fratrum dicti Ordinis requisiti fuerint, omnes, & singulos parochialium Ecclesiarum Rectores, seu Vicarios, ad desistendum à prædictis molestijs, & grauaminibus, sub pena, & censuris moneant, & præcipiant, ac contra inobedientes usque ad inuocationem

Prohibi-
tio.

Censuræ.

brachij secularis procedant. B. ffo. 47. conce. 142.

I DEM Leo concescit, quod Ministri Generales, & Prouinciales possint legata, & Eleemosinas obuenientes loco abundantiori, conuertere, & transferre, & applicare alteri loco indigentiori, iuxta ipsorum Prælatorum discretionem, dummodo fieri possit sine scandalo. Non est alijs impressa huiusmodi Concessio.

14

Legata.

E **I** DEM Leo concescit qualiter Eleemosinæ factæ ad unum usum possint commutari in alium usum, prout positum est supra in dictione Commutare. 9. 2.

15

I DEM Leo fecit circa huiusmodi materiam quandam Concessionem valde relaxatiuam, & destructiuam Obseruantia paupertatis, prout habetur supra in dictione Commutare. 9. 3. Vide ibi una cum additione, quæ sequitur ibidem.

16

C Circa huiusmodi materiam Eleemosinæ factæ sunt nonnulla bona Or-
nis. sector.

nulla statuta Generalia in Capitulo Generali in Conuentu Montis Lucij celebrato, prout sequitur.

A Statutum Generale. ¶ Declaratur, quod procurare satisfactionem fiendam pro re empta Fratribus necessaria, non est contra puritatem Regulæ, ita tñ quod Fratres nec per se, nec per interpositam psonam intromittant se de pecunia. Non tamen licet Fratribus indifferenter, & indeterminatè tales procurationes Eleemosinarum pecuniariarū facere, nec per nūcium à se positum ducere, sed dans, faciat per se, vel per nuncium ab ipso depatum. Recipere autē granum, vel alia huiusmodi pro acquisitione, seu commutatione in aliquam rem necessariam, non licet Fratribus. Verumtamen, vbi Fratres aliter non possunt prouideri in suis necessitatibus, talia possunt recipi per amicos spirituales de consensu dantium, & de licentia, seu dispensatione Prouincialis, aut Custodis. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 240. tractatu. 2.

B Alterū statutum Generale. ¶ Inhibetur, ne aliquis Frater procuret alicuius libri usum, aut alicuius rei, remanentis apud parentes, vel amicos proprietatē, sub poena priuationis illius cum punitione condigna. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 241. tractatu. 2.

C Aliud statutum Generale. ¶ In hoc Capitulo Ordinatum est, quod nullus Frater faciat sibi scribi libros extra, vel intra Cōuentum, maximè per seculares personas, nec procuret partiales Eleemosinas sibi, sub spe licentiae habendæ postea à Prouinciali. ffo. 241. tractatu. 2.

D Collector. ¶ De Indulgencij, quas consequuntur, vel consequi possunt dantes Eleemosinas Fratribus Minoribus, aut eorum Ecclesijs, ac domibus, reperietur infra, dictione Indulgenciarum quo ad seculares in capitulo. 4. scilicet, Indulgenciarum concessarum exhibentibus opera pietatis Fratribus.

ANNOTATIO CORDVBAE.



V O A D §. 4. vide in eodem Compedio supra tit. Bona. §. 4. aliam Concessionem Clementis 4. quoad bona Ordinem intratuum, & §. 13. ibidem aliam Concessionem Leonis, quoad bona Obseruantium nostrorum, & ad nostram Obseruantivm redeuntium.

Quoad §. 9. notandum, quod Bonif. 9. fff. 118. Fratribus Prædicatorum Concessit idem, & insuper prohibuit omnibus utriusque sexus affere,

re,

- A** re, ipsos Religiosos non esse in Statu perfæctionis, &c. & non esse licitum ipsis de Eleemosinis riuere, quodq; quæstantes nomine ipsorum falso, tanquam falsarij capiantur ab Ordinarijs, & condemnentur, & similiter prohibuit, quod nullus illis prohibeat in suis Ecclesijs celebrare, & oblationes in missis, vel alijs ad altaria ipsorum prouenientes recipere, & conuertere in suos vsus iuxta morem sui Ordinis, & ipso facto sunt excommuniati omnes contra facientes; non absoluendi, nisi Sedi Apost. personaliter se præsentent.
- B** Quoad. §. 16. notan. quod Clem. 7. fecit quandam Concessionem Ordini Sancti Ioannis Hierosolimitani, quæ habetur in Compen. tit. Dispensatio. §. 30 ibi videatur.

¶ E P I S C O P I .

¶ Distinctio attinentium ad Episcopos.

C multis attinentibus ad Episcopos, in diuersis hu-
iis Compendij dictiōnibus continetur. Nam de exē
ptione ab ipsorum iurisdictione habetur in dictione
Exemptio. §. 1. 3. & 5.

¶ Et de præsentatione Confessorum eis fienda per Prałatos
Ordinis, dictum est supra in dictione Absolutio quoad secula-
res, idest, in multis. §.

D De impositione primi lapidis, & consecratione, seu be-
nedictione Ecclesiarum, & Altarium Ordinis, qualiter per E-
piscopos fieri debeat, habetur etiam supra in dictiōnibus Be-
nedicere, & Ecclesiæ Fratrum, & Aedificare.

G REGORIVS 9. concescit Fratribus Minoribus ante-
quam essent exempti à iurisdictione Ordinariorū, quod
Archiepiscopi, & Episcopi in eorum diœcésibus possent eis-
dem Fratribus, ibidem constitutis absolutione, vel dispensa-
tione indigentibus, absolutionis, & dispéssationis beneficium
impendere, nisi adeo grauis, & enormis esset excessius, quod
desuper merito esset Sedes Apostolica consulenda. B. fo. 116.

¶ Huiusmodi Concessio iam de nihilo seruit, quia post ip-
sam fuit data Fratribus prædictis copiosissima exemptio, vt
patebit infra in dictione Exemptio.

ALEXANDER 4. præcepit in virtute Sanctæ Obedien-
tiæ Fratribus promotis, vel promouendis ad dignita-
tes Episcopales, vel alias. vt libros, & alia, quæ ipsos promotio-
nis

Absolutio
Dispensa-
tio.

Collector.

Bona Ord
inis.

nis suæ tēpore habuisse, seu habere constiterit (submota qua-
libet dilatione) resignent Generali, vel Provincialibus Mini-
stris, nisi forsan prædicti Prælati Ordinis vsum huiusmodi re-
rum illis ad tempus concederint de gratia speciali. b.fo. 24. Et
ffo. 24. conce. 12.

3
Electio.

¶ IDEM Alexáder inhibuit, vt nulli Fratres Ordinis Min-
fieos in Episcopos eligi, aut postulari cōtigerit, electioni, seu
postulationi de se factæ audeant consentire, nec aliquis Ar-
chiepiscopus, seu quicunque aliis Prælatus, vel Legatus Se-
dis Apostolice, nisi fuerit Cardinalis, dictos Fratres (nisi de
licentia, & assensu Generalis, & Provincialium Ministrorum,
aut Sedis Apostolice speciali mandato) ad Episcopatum, vel
alias dignitates assumere, vel ordinare præsumant. Et decre-
uit irritum, & ianæ quidquid secus à quoquam cōtigerit at-
tentari. b.fo. 23. Et ffo. 25. conce. 13.

A N N O T A T I O C O R D V B A E.

¶ **V**O A D §. 1. ubi ponitur Concessio Greg. 9. vide supra in hijs
Q Annotationibus, tit. *Absolutio ordinar.* quoad Fratres. §. 1.
Q quoquomodo nunc ista Concessio potest valere nobis.
Q Quoad §. 2. & 3. latius videatur in *Compend.* tit. *Exemptio,*
& tit. *Exempti Fratres*, secundum subiectam materiam.

E V C H A R I S T I A.

Collector.

CIRCA Eucharistia perceptionem, & administratio-
nem multæ Cōcessiones factæ reperiuntur, tam pro
Fratribus, quam pro secularibus, quæ positæ sunt su-
pra in dictione Communicare. Et ultra illas, addun-
tur hic aliqua, quæ sequuntur.

I
Celebrare
Cōicare

Excommu-
nicatio.

CONCILIVM Bracharense statuit, vt cum sacerdos ad
solēnia mislarum accedit, aut per se Deo sacrificium ob-
laturus, aut Sacramentum corporis, & sanguinis Domini no-
stri Iesu Christi sumpturus, non aliter quam Orario, id est,
stola vtroq; humero circumseptus, sicut tempore ordinatio-
nis suæ dignoscitur consecratus, ita vt de uno eodemq; ora-
rio ceruicem pariter, & vtrumque humerum præmens, signū
in suo paret pectore Crucis. Si quis autem aliter egerit, excō-
municationi debitè subiaceat. Habetur. 23. distin.c. Ecclesia-
stica.

A stica. Hoc autem procedere ait Archidiaconus in hoc capit. post admodum ei factam, & non ante.

¶ Præfatum decretum in aliquibus Prouincijs non habetur in vsu, quoad Sacerdotes communicantes tempore infirmitatis, vel sanitatis; nihilominus tamen videtur esse obligatorū, quia ferè in omnibus Christianitatis partibus, à Regularibus, & Secularibus Sacerdotibus, vt plurimum, obseruatur à doctis, seu instructis in iure Canonico.

B C L E M E N S. 7. concessit, quòd Moniales, seu Religioſe sub obedientia Ministri Generalis Fratrum Mino. existentes, possint in Ecclesia interiori in loco decenti habere Eucharistiam, sicut habent in exteriori. O.

¶ E X A C T I O N E S.

C ALEXANDER. 4. statuit, vt imponētes Fratribus Minoribus angarias, vel alias impositiones, seu exactiones, aut alia similia sint; ipso facto Excommunicati. Et quòd si contumaces fuerint, non desistēdo ab hismodi, à solo Papa valeant absolui. b. ffo. 260. concessione. 656.

¶ Multi alij Summi Pontifices exemerunt Fratres præfatos, ac Moniales. S. Claræ, & Fratres Ordinis Prædicatorum, necnon, & alios Fratres Mendicantes ab omnibus exactiōnibus, prout habetur infra in dictione Exemptio, in multis. §.

D GENIUS 4. declarauit, quòd quando Ciues pro bono communitatis imponunt gabellas nouas, aut veteres augmentant, non sunt excommunicati. o. ffo. 102. concessione. 414.

¶ IDEM Eugenius declarauit, quòd pœnæ appositæ in Capitulo Quamquam. de censibus. lib. 6. scilicet, Excommunicatio, & Interdictum, circa exigentes pedagia, & guidagia, & similia non habent locum, quia sibi sicut ablata Bononia, & tandem non interdixit. o. ffo. 102. Conc. 415.

¶ IDEM Eugenius fecit aliam concessionem, pertinentem ad huiusmodi materiam exactiōnum, quæ posita est supra in dictione, Absolutio quoad seculares. 2. in. §. 4.

EXCOMMUNICATIO.

¶ Distinctio materie excommunicationum.

Collector.

Excommu
nicationes
attinentes
ad Fratres



ONSIDERARE oportet, quod in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium reperiuntur multa, & diuersa ad materiam pertinentia Excommunicationis.

¶ Et primò sunt quædam, vbi eisdem Fratribus imponitur sententia Excommunicationis. Istud autem est multipliciter, seu propter varias causas.

¶ Nam aliquæ Excommunications inueniuntur eis infite ratione receptionis nouitiorum ad habitum, vel professio nem. Et de hoc habetur in dictione Nouitij. §. 3. & 4. & 9.

¶ Aliæ vero Excōmunicationes tangunt eosdem Fratres, quando recedunt sine licentia ab huiusmodi Ordinibus, aut quādo postquam sunt licentiati, vel electi faciunt aliqua, quæ sunt eis prohibita, ut continetur in dictione Apostatæ, in multis. §. in dictione Eijcrr ab Ordine.

¶ Aliæ etiam Excommunications concernunt illos, qui præfatos Fratres Apostatas recipiunt, aut illis fauent, prout habetur in dictione Recipere Fratres, & in dictione Apo statæ.

¶ Quamplures autem Excommunications sunt impositæ contra Fratres propter varias causas, quæ ponuntur infra prope finem.

De absolu
tione ex
communi
cationum
suprascri
ptum.

¶ Item qualiter præfati Fratres, tam professi, quam Nouitij, & etiam Apostatae possint absolvi ab Excommunicationibus, in quibus inciderunt, habetur latè in dictione Absolutio quoad Fratres, in multis. §. vbi in in margine posita est hæc dictio Excommunicatio.

Excommu
nicationes
pertinentes
ad secula
res.

¶ Secundò principaliter in præfatis Priuilegijs inueniuntur, qualiter personæ seculares occasione prædictorum Fratrum, aut Monialium, quæ eorum curæ sunt commissæ, seu Ecclesiærum, & Monasteriorum suorum, incurrire possunt multas Excommunications. Et istæ subdistinguntur.

¶ Nam, quædam Generaliter sunt promulgatae contra violatores Priuilegorum prædictorum Fratrum, prout habetur in dictione, Priuilegia. §. 12. & 22.

¶ Aliæ

A ¶ Aliæ tangunt illos, qui aliquam violentiam inferunt Ecclesijs, aut domibus, seu rebus, vel personis prædictorum Fratrum, & hæc habentur in dictione Ecclesiæ Fratrum. §. 3. & in dictione Eleemosinæ. §. 6. & 7. & 10. & 13. & in dictione Exemptio. §. 9. & 23.

¶ Aliæ verò Excommunicationes respiciunt illo, qui contra Stigmata Beati Francisci aliquid dicere præsumperint, aut qui ausi fuerint depingere Sanctam Catherinam de Senis cum stigmatibus, & hæc habentur in dictione Stigmata. §. 8.

B & 9 ac 10.

¶ Aliæ autem Excommunicationes spectant ad ingrediētes Monasteria Sanctæ Claræ contra tenorem suæ regulæ, aut indultorum Apostolicorum, prout continetur in dictione Ingressi Monasteria Monialium. §. 2. & 15.

¶ Nonnullæ aliæ Excommunicationes continentur sub varijs dictiōnibus huius Compendij, quas longum fore hic referre, reperientur tamen signatæ in marginibus foliorum cū

C hac dictione Excommunicatio.

¶ Qualiter autem personæ seculares valeant absolui à præ. fatis Fratribus ab Excommunicationibus supradictis, habeatur supra in dictione Absolutio quoad seculares, in omnibus. §. vbi posita est hæc dictio Excommunicatio.

De absolu
tione Exco
municatio
num prædi
starum.

¶ Insuper quoad euitationem Excommunicatorum, quomo do Fratres se debeant habere, reperietur infra. §. 1. & 2. & 4. ac. 6.

D **G**REGORIVS 9. concessit Fratribus Minoribus euntibus ad partes infidelium, seu ibidem existentibus, vt in terris illis sit eis licitum communicare cum Excommunicatis in ijs, quæ ad salutem pertinent animarum. b. fo. 20. Et ff. 22. concess. 3.

Infideles'.

¶ Aduerte, quod istud modo est ius commune.

Collector.

CLEMENS 4. concessit Fratribus Minoribus, vt interris Excommunicatorum liberè commorari possint, & ab eis tunc, & quando per eorum terras ipsos transire contigerit, necessaria vitæ depositare, ac recipere. B. fo. 56. Et ff. 140. conce. 317.

2.

Pro terris
Excommu
nicatorū.

¶ IDEM Clemens concessit Fratribus Mino. ne ab aliquo Legato, nisi de latere Sedis Apostolicæ missio, vel de Legato, aut Subdelegato, auctoritate litterarum Sedis prædictæ, possint Excommunicari, suspendi, vel interdicti, nisi litteræ ipsæ

3.

Exemptio.

plenam, & expressam de Ordinæ præfato, & indulto huiusmo
di facerent mentionem. b. fo. 29. Et ffo. 29. Concessione. 25. Et
B. ffo. 3. conce. 1.

4
De euita-
tionē Excō-
municato-
rum.
Nota'.
Interdictū

EVGENIUS 4. concessit Fratribus Minoribus Obseruan-
tibus, quod non teneatur euitare Excommunicatos, nisi
nominatim sint a Iudice denunciati, & euitentur a clero, &
populo. Et sic, quod non teneantur Fratres euitare dictos Ex-
communicatos, nisi quando in communi euitantur. Et quod
idem sit de interdicto, & de obseruatione cuiuslibet censuræ
Ecclesiasticae. o. fo. 61. Et ffo. 64. Concessione. 75. Et ffo. 95. B
concess. 312.

5
¶ IDEM Eugenius fecit alias concessiones, pertinentes ad
materiam Excommunicationis, quæ positæ sunt in dictione
Exactiones. 9. 2. & 3.

6
Indulgen-
tia.

¶ IDEM Eugenius concessit, quod si tempore nostro con-
tigerit (quod absit) scisma, possint Fratres Minores partici-
pare cum scismaticis, nec teneantur Fratres recedere a locis
suis. Et quod toties quoties dixerint orationem Deus omniū
fidelium, &c. pro vero Papa, habeant centum dies indulgentię,
o. ffo. 101. conce. 402. C

7
Prælati
Fratum.

LEO 10. concessit, quod Prælati Ordinis Min. Regularis
Obseruantia, cum aliquem Fratrem propter apostasiā,
vel aliam causam Excommunicant in Capitulo Fratrum, aut
in communitate, non teneantur proferre sententiam in scri-
ptis, prout in iure sub pena suspensionis præcipitur proferen-
tibus. o. ffo. 93. conce. 291. D

8
Prohibitio
pró Fratri
bus Mino-
res.
Obser-
&
Conuētua
libus.

¶ IDEM Leo præcepit firmiter, & mandauit sub pena Ex-
communicationis latæ sententiæ ipso facto incurrenda, aqua
nullus præterquam in mortis articulo, nisi a Summo Pontifi-
ce, aut Sede Apostolica possit absolui, ne aliquis Frater Ordin-
nis Sancti Francisci appellat alium Fratrem eiusdem Ordinis
maliciose, & irrisoriè, seu improprio se Priuilegium, Colle-
gianum, Bullistam, amadeitam, Clarenum, de Euangelio, seu
de Capucio, Bigotum, aut alio quoquis nomine, etiam de nouo
reperto, seu alio quoquis irrisorio, seu improprio se nomine,
aut quod pro improprio se a patientibus habeatur. Nec non
omnibus tam Clericis, quam Laicis, ne Fratres huiusmodi, aut
corum fautores præfatis nominibus irrisoriè, seu maliciose
appellent, sed omnes Fratres ipsius Ordinis, Fratres Mino-
res, E

A res, seu Sancti Francisci à sciphi, & omnibus alijs nominentur. Collector.
B. fffo. 30. concess. 99.

V L T R A predicta, quæ continentur in Priuilegijs Fratrū Mendicant. circa Excoicationes, oportet nonnulla notabilia hic apponere, ut Fratres predicti sint plenius informati de huiusmodi materia, in qua eximum periculū verti solet.

P R I M V M scire expedit, Excommunications contentas in processu Annali, seu in Bulla, quæ appellatur in cena Domini, ne quis de illis absoluere ex ignorantia præsumat. Et quia præfatæ Excommunications à diuersis Summis Pontificibus diuersimodè promulgatae, & numeratae reperiuntur, & à posterioribus latius positæ sunt, ideo illas hic ponere curaui, prout in predicto processu per Leonem decimum facta, sub forma, & Ordine sequenti existunt. b. fffo. 138.

Verum, quia modo plura alia reperiuntur addita, Ideo loco Bullæ Leonis, ponam Bullam Cœnæ Sixt. 5. anno D. 1586. publicatam.

**C EXCOMMUNICATIONES, QVÆ IN
Bulla Cœnæ Domini Sixti V. habentur.**

R IMÒ Excommunicantur omnes Hæretici cuiuscunque sectæ, eorumque fauctores, legentes eorum libros, retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendantes, & omnes schismatici.

D 1. Excommunicantur omnes, à Rom. Pont. ad futurum Cibilium appellantes.

2. Excom. Piratæ, eorumq; receptatores, & fautores.

3. Excom. omnes ij, qui surripiunt bona Christianorum naufragantium, licet talia bona in littore inueniantur.

4. Excom. imponentes noua pedagia, seu Gabellas, vel augentes, seu imponi, aut augeri prohibita exigūt.

5. Excommunicantur falsificantes litteras Apostolicas, aut supplicationes signatas à quocunque auctoritatem habente.

E 6. Excom. deferentes arma, & alia vsui bellico idonea ad turcas, vel ad alios inimicos nomini Christiano.

7. Excom. Qui impediunt, & inuadunt portantes victuallia, & alia necessaria in Urbem Romæ.

8. Excom. Qui sua, aut aliorum opera, lœdunt, venientes ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentes.

9. Excom. qui leserint Romipetas, ac peregrinos ad Urbem accedentes, & in ea morantes, & ab ipsa recedentes; &

Primū no-
tabile cir-
ca Excom-
municatio-
nes.

qui dant auxilium, consilium, & fauorem.

11. Excommunicat. Qui nocuerint S. R. E. Cardinalibus, & alijs Prælatis, eosque ab eorum Dicecesi eiecerint eorumque fautores.

12. Excommunicat. Qui lèdent, & fauent lèdentibus eos, qui ad Romanam Curiam in negocijs suis recurrunt, vel per se, vel per alios.

13. Excommunicat. Qui appellant à grauamine, vel futura exequutione litterarum Apostolicarum ad Laicam potestatem.

14. Excom. Quicunq; exequutionem litterarum Apostoli carum, aut aliarum expeditionum impediunt, & ad gratias impecrandas accedentes prohibent.

15. Excom. Iudices seculares, qui trahunt ad sua tribunalia personas Ecclesiasticas, quiq; tollunt, aut perturbant Ecclesiastica libertatem.

16. Excom. Qui impediunt Prælatos, omnesque alios Iudices Ecclesiasticos, Ordinarios, in sua iurisdictione vtantur quique illorum, & delegatorum iudicia eludentes ad Cancelarias recurrent.

17. Vsurpantes Sedis Apostolicæ, & quarumcunq; Ecclesiarum iurisdictionis, vel fructus etiam sequestrantis.

18. Excom. Imponentis Decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesijs, Monasterijs, aut eorum fructibus.

19. Excom. Iudices Seculares, qui se interponunt in causis Capitalibus, seu Criminalibus cōtra Ecclesiasticas personas.

20. Excom. occupantes bona, aut Terras Ecclesiæ Romanæ, & in illis supremam iurisdictionem usurpantes.

Absolutio. Cæterum à prædictis sententijs nullus per alium, quam per soli Pôtif. Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo cōstitutus, nec reseruatur etiam tunc nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuscunq; personis Ecclesiasticis secularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantiū, ac militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsisq; Ordinibus, & eorum Monasterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confrater nitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, nec non Laicis, & Imperiali, Regali, & alia mundana Excelléti ful géribus pnos, & dictâ Sedé, ac cuiusvis Cōcilij decreta Verbo

litte-

A literis, aut alia quacunque Scriptura in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum, nisi in eis, etiam casus praesentibus literis expressi, comprehendantur, &c.

B Quod si forte aliqui contra tenorem praesentium, tali excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto presumperint, eos Excommunicationis sententia innodamus, grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus processuri.

C ¶ Quia (ut supra diximus) diversi Summi Pontifices præcedentes sub diversis formis fecerunt supradictum processum, seu Bullam coenæ Domini, & similiter credendum est, quod scient successores eorum, ideo oportet semper inquirere quo libet anno, vtrum aliquid fuerit innouatum per Pontificem tunc Præsidentem. Nam alias forte ex ignorantia iuris (quæ neminem excusat) mitterent falcem in messem alienam, seu absoluissent à quibus non possent, & sic incidenter in Excommunicationem Papalem, & penas suprascriptas.

D **A** L T E R V M sciendum quoad predictam materiam Excommunicationis est, quod Sextus 4. in extrauaganti, quæ incipit; Et si Dominici gregis, posuit multos alias casus à quibus etiam nequeunt Fratres absoluere, quorum tamen aliqui sunt de contentis in Bulla Coenæ Domini, & sunt sequentes, videlicet. Offensa Ecclesiastica libertatis; Violatio interdicti à Sede Apostolica Crimen heresis postquam de eo fuerint sententialiter condénavi, declarati, seu publicè diffamati. Conspiratio in Romani Pontificis personam, aut eius statum, vel dictæ sedis. Mutilatio membrorum, aut cuiuscunq; in sacris constituti occisio. Offensa personalis in Episcopum, seu alium Prælatum. Inuasio Romipetarum, seu quorumcunq; ad Romanam Curiam venientium. Prohibitio deuolutionis causarum ad dictam curiam. Inuasio, occupatio, deprædatio, aut deuastatio terrarum Romanæ Ecclesiæ mediata, vel immediata subiectarum. Delatio armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium. Impositio nouorum onerum realium, vel personalium Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis. Demū simoniz super Ordinibus, vel beneficijs assequendis, in dicta curia, vel extra eam quomodolibet contractæ.

E ¶ Aduertendum est, quod prefata Bulla Sixti solum habet Collector.

Collector.

Notæ.

Secundum
notabile
circa Exco
mmunica
tiones.

locum in concessionibus ab ipso factis, non autem in alijs, prout ex ipsa Bulla clarè colligitur. Et sic quidam famosus Doctor vniuersitatis Salmantinæ declarauit. Itaq; de casibus in ea contentis non est curandum, nisi tantum, de illis qui in dicto processu cœnæ Domini continentur, excepto quòd per aliquod confessionale Sixti, nullus posset ab aliquo prædictorum absolui.

A Tertiū notabile circa Excommunicationes.
A LIVD insuper notandum est, quòd in casibus inferius Annotatis incurrint Excommunicationis sententiam Fratres prædicti. Et ideo ut ab illis se abstineant, ponuntur hic succintè. Qui autem illas plenius voluerit intelligere, videat originalia, vel ad minus summistas.

Collector. **S**E QVNTVR Excommunicationum sententiæ, quæ in iure Canonico reperiuntur contra Religiosos, præsertim Ordinum Mendicantium specialiter latæ.

HONORIVS 3. protulit Excommunicationis sententiā in Religiosos, de claustris ad audiendum leges, vel physicam exeentes, & infra duos menses ad claustrum non redeūtes. Quam sententiam, vel penam voluit ipso facto incurrire. Ac districte præcepit tā à Dicefanis, & Capitul's ipsorum, quam à ceteris Episcopis in quorum dicefanib[us] huiusmodi student, tales Excommunicati publicè nuntientur. Habetur in c. Super specula, extra Ne Clerici, vel Monachi.

BONIFACIVS 8. vt periculosa Religiosis vagandi mate
Ex iure co- bria subtrahatur districtus inhibuit, ne de cetero aliquis
muni. quancunq; Religionem tacitè, vel expressè professus, in scho-
Habitus. lis, vel alibi temerè habitum Religionis suæ dimittrat. Nec ac-
Studium. cedat ad quævis studia litterarum, nisi à suo Prælato cum con-
 filio sui Conuentus, vel maioris partis eiusdem sibi eundi ad
 studia licentia primitus sit concessa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit Excommunicationis sententiam voluit incurrire ipso facto. Doctores quoque, siue Magistros, qui Religiosos, habitu suo dimisso, leges, vel physicam audientes, scienter docere, aut in scholis suis præsumperint retinere, simili eo ipso sunt sententia innodati. Habetur in c. Ut periculosa. Ne clerici vel Monachi. lib. 6.

A CLEMENS 5. in Concilio Vienensi protulit sententiam Excommunicationis contra Religiosos simplices , seu subditos non habentes aliquam administrationem , vel beneficium , qui Decimas Ecclesijs debitas usurpare presumunt , nisi post requisitionem desistant à præmissis infra mensēm , & damnificatis Ecclesijs emendam infra duos menses faciant , prout latius positum est supra in dictione Decimæ .

3
Ex iure cō
muni.
Decimæ.

B IDEM Clemens temerarios violatores illius constitutionis , quæ Religiosis , & Clericis secularibus prohibet , ne aliquos ad vouendum , vel fide interposita , seu aliâs promittendū inducunt , vt sepulturas apud eorum Ecclesiās eligāt , vel iam electam vterius non mutent , sententiam Excommunicationis (pœna in dicta constitutione contenta in suo perdurante robore) incurrere voluit ipso facto , ab alio quād à Sede Apostolica (præterquād in mortis articulo) nullatenus absoluendos , nullis Priuilegijs , aut statutis cuiuscunq; teñoris existant , in contrarium super his valituris . Habetur in Clementina Cupientes de pœnis .

4
Ex iure cō
muni.
Sepultura

C Constitutio , de qua hic fit mentio est Bonifacij . 8. quæ ponitur in dictione Sepultura . § . 6.

D IDEM Clemens prohibuit , ne Monachi , aut Regulares Canonici administrationem aliquam non habentes , ad curiam Principum , absque speciali Prælatorum suorum licentia se conferant . Quod si , vt damnum aliquod inferant suis Prælatis , aut Monasterio , se conferre præsumperint Excommunicationis sententiam eos incurrere voluit ipso facto . Habetur in Clementina Ne in agro . de Statu Monachorum .

5
Ex iure cō
muni.

E IDEM Clemens , Monachos infra septa Monasterij sine licentia Abbatum suorum arma tenentes Excommunicationis sententiæ ipso facto decreuit subiacere . Habetur in Clementina Ne in agro . § . præfatæ . De Statu Monachorum .

6
Ex iure cō
muni.
Arma.

F IDEM Clemens statuit , quod Religiosi , qui Clericis , aut Laicis Sacramentum vñctionis extremæ , vel Eucharistie ministrare , vel Matrimonium solennizare , non habita super his Parochialis presbyteri licentia , aut quemquam Excommunicatum à Canone (præterquād in casibus , à iure expressis , vel per Priuilegia Sedis Apostolica concessis eidem) vel à sen-

7
Ex iure cō
muni.
Sacramēta

tentij per Statuta Prouincialia, aut Synodalia promulgatis, A
seu si à culpa, & pena absoluere quemquam præsumperint,
Excommunicationis sententiam incurvant ipso facto, à Sede
Apostolica dumtaxat absoluendi. Habetur in Clementina Re
ligiosi. De Priuilegijs.

¶ IDEM Clemens, Religiosos, qui aliqua (vt audientes à
Decimorum Ecclesijs debitum solutione retrahant, in ser
monibus suis vel alibi) proferre præsumunt, Excommunicatio
nis subiacere sententiæ decreuit ipso facto. Habetur in Cle
mentina Cupientes, de pœnis. B

¶ IDEM Clemens statuit, quòd Religiosi, qui scienter post
posuerint confitentibus conscientiam facere de soluēdis De
cimis Ecclesijs debitis, ab officio Prædicationis tamdiu ma
neant ipso facto suspensi, donec confitentibus ipsis (si hoc ip
sum eis dicendi commode facultatem habuerint) conscient
iam fecerint, Excommunicationis cursuri sententiam ipso
facto si prædicare præsumperint, prædicta negligentia, vt pre
mittitur, non purgata. Ad Religiosos tamen Monasteriorum,
vel Ecclesiarum Decimas percipientes, noluit hoc extendi.
Habetur in Clementina Cupientes. De pœnis. C

¶ IDEM Clemens circa interdictorum Obseruantiam Ge
neralium auctoritate Sedis Apostolice, aut à locorum Ord
narijs positorum, districte præcipiendo mandauit, quatenus
Religiosi quicunque tām exempti, quām non exempti, cuius
cumque Ordinis, & conditionis existant, cum Cathedra
le, vel Matricem, seu parochiale loci Ecclesiam illa vi
derint, aut scierint obseruare (non obstantibus quibuscum
que appellationibus, antea etiam ad eādem sēdem, vel alium,
seu alios interiectis, & alijs obiectionibus quibuscumque)
absque dolo, & fraude, cum moderatione tamen Capituli
Alma mater, inuiolabiliter ea obseruent. Alioquin non ser
uantes Excommunicationis sententiæ voluit subiacere. Quod
etiam in interdictis, & in cessationibus à diuinis indictis per E
Prouincialium Conciliorum Statura, vel ipsorum auctorita
te voluit obsernari. In cessationibus verò Generalibus à
diuinis Ciuitatum, Terrarum, & aliorum locorum quas ali
quando ex consuetudine, vel alijs Capitula, Collegia, vel
Conuentus Secularium, aut Regularium Ecclesiarum sibi
vendicant, idem voluit intelligi. Habetur in Clementi
na D

A na Ex frequentibus . de sententia Excommunicationis.

MARTINVS 5. statuit: vt nullus ex professoribus alicuius ex Ordinibus Mendicantium, quorumcunq; in aliquem Monasticum Ordinem (tam Sancti Benedicti, quā Cisterciensis, Camaldulensis, Vallis Umbrosæ , Canonico rum Regularium S. Augustini , vel aliorum Monasticorum Ordinum (Cartusiensium dunxat, excepto) possit, aut debeat per quemcunq; recipi , vel admitti virtute alicuius indulti, absq; Sedis Apostolice licentia speciali , sub excōmunicatio- nis latē sententiæ pœna incurrenda , Papæ reseruata. Qua tā incipientes , quām recepti ipso factō incurvant. Et secus fāta, non teneant ipso iure. Habetur in extrauganti , quæ incipit . Viam ambitio sā.

11
Ex iure cō muni.
Apostasia ab ordine.

PAVL VS 2. protulit sententiam Excommunicationis in C in eos, qui bona Ecclesiastica quecunq; alienant , vel pāctum , per quod ipsorum dominium transvertuntur , faciunt , & in illos, qui ipsa alienata recipiunt, ipsamq; alienationē nullius voluit esse momenti. Habetur in extrauganti. Ambitio sā. Quæ habetur latius supra in dictione Alienatio. §.4.

12
Ex iure cō muni.
Alienatio rerū ecclē sā.

SIXTVS 4. statuit, quod Excommunicationē incurvant D votorum substantialiū in manibus sui Ministri , vel Ministræ, matrimonium contrahunt , seu ante contractum consumant, aut Religionem ipsam dimittut , ad secularem vitam euentes. Et tale matrimonium est nullum, nec possunt ab olui, nisi habitu reasumpto, suam professionē, collegialiter viuentes obseruēt, à suis Superioribus absolui meruerint. Habetur in extrauganti quæ incipit. Ad Christi Vicarij præsidentis.

13
Ex iure cō muni.
Cōtra fra- tres, & fe- rores ter- tij ord.

IDEM Sixtus statuit: quod Excommunicationem incur- E rant Fratres Minores, & Prædicatores recipientes, siue ad- mittentes ad Priuilegia , & immunitates Ordinum suorum, quoscunq; laicos vtriusq; sexus, prætextu tertij Ordinis, seu alterius modi, nisi gestauerint habitum prædicti tertij Ordinis solitum , & professionem emiserint solitam , & in aliqua domo , seu Congregatione dictorum Fratrum , vel Sororum vitam duxerint in communi. Non obstantibus quibuscumque literis.

14
Cōtra fra- tres Mi. & Præd.

literis Apostolicis. Habetur in Bulla, quæ incipit: Detestā-
da nullorum ambitio.

ANNOTATIO CORDVBAE.

Admitti-
ad commu-
nicationē
nōstrorū
privilegio-
rum, quan-
do possunt
Tertiarij.

QUÒ A D 6. 14. notandum, quòd ultra ea qua ibi Sixt. 4. ex-
plicat, possunt admitti ad communicationem Priuilegiorum
nostri Ordinis mulieres castam, seu vidualem ritam ducen-
tes, voto expresso sub Tertio Ordine, etiā si in proprijs domibus, vel con-
sanguineorum riuant, vt patet per Leo. 10. ffff. 28. & infra in eodem
Compend. tit. Tertiarij Fratres. 6. 20. habetur. possunt etiā admitti alij,
quodad hoc priuilegiati, etiam per confirmationem Priuileg. per Clem. 7.
rt familiares suo modo, & alij eiusmodi, de quibus in Compendio, in di-
uersis titulis secundum subiectam materiam habetur, & ibidem tit. Ter-
tiarij, latius videbitur, qui Tertiarij possent, & qui non, & quomodo vti-
nostris Priuilegijs. Et notandum insuper quòd hec Bulla Sixt. 4. quam
hic ponit Collector, non debuit allegari, tanquam nunquam visa, & in-
usitata, seu moribus vntentium non approbata. Imò, & videtur iam per
non vsum, aut per oppositam consuetudinem omnino derogata, & nihil
valere, sicut, & multæ aliæ eiusmodi Bullæ, statuta, leges, & Consue-
tu'. per d'f'suetudinē non valent, vt elicitor ex Gerson in 3. parte, de
vita spirituali lect. 5. & 6. Et Caietanus tit. excommunicatio, in summu-
la post cap. 81. & facit adhoc, quòd habetur infra tit. Symonia, simili-
ter. 6. 1. annotatum.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Coc. Trid.

LT R A supradicta Collectoris notabilia, sunt etiam alia val-
dè necessaria. Vnde Notandum, quòd secundum Conc. Trid.
Verbis. vlt. cap. 12. de Regular. Cenjuræ, & interdicta, nedum
à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinarijs promul-
gata, mandante Episcopo, à Regularibus in eorum Ecclesijs publicari,
atq; seruari debentur.

In 6. 4.

Pro eo, quod dicitur in 6. 4. de cuitatione excommunicatorum.

Primò est notandum, quòd hodie per Constitutionem Concilij Consta-
tiæ, quæ magis recepta est, qudm Basiliensis, & refert Couar. in C. Al-
ma mater. 6. 2. nu. 9. vers. supereft. Nullos tenemur ritare excommu-
nicatos, nisi in duobus casibus.

Ut inquit
Sotus in 4.

Primus est si sint nominatim excommunicati, & denuntiati, sicut
vñs, & communis interpretatio Doctorum in hunc sensum accepit prædi-
ctam

- A** Nam Constitutionem, ut refert Couar. qui supra nu. 7. versic. 4. Secundus, si percussores Clericorum sint adeo notorij per operis euidentiam, ut factum nequeat aliqua tergiuersatione celari, atq; nulla valeat ratione excusari, quod tamen secundū vetera iura satis erat aliquid esse notorium eo modo, quo aliquid dicitur notorium iuris, scilicet, per confessionem, vel per sententiam, & similia. cap. Vesta. cap. fin. de cohab. Cleric. vel mulier, & ita absq; dubio tenendum est contra tex. in cap. cum non ab homine de sent. excom. Verum, si essent notorij alia ex causa, quam percussionis Clericorum, illos non tenemur vitare, ut Decius in cap. à nobis. nume. 21. de except. & Sotus ubi supra. Contra Sylu. in vers. excom. 5. nu. 9. qui extendit dictam extrauagantem ad omnes notrios excommunicatos, ita ut participantes cum illis, sint excommunicati, quam Sylu. opinionem sequitur etiam, omnibusq; viribus conatur defenre Auctor Catachesi Neap. in lib. 5. cap. 13. in noua illius editione allegans nonnullos alias Doctores huius opinionis, & præcipue Nauar. in Man. cap. 9. à nu. 6. rfsq; ad 8. & cap. 26. nu. 26. Attamen hæc opinio, licet in rigore verborum supradictæ extrauag. videatur vera; non est tamen vsu recepta, sed tantum illa Soti, scilicet, ut non euitare teneamus, nisi illas duorum excommunicatorum species, quas prædictum Conc. inssit. Et ita tenendum esse concluditur in Sum. Cassin. lib. 4. c. 13. nu. 2.
- B** Secundo. Notandum, quod cum Conc. Constantiense supradictum, loquatur de publico Clerici percussore, ita ut nulla tergiuersatione possit celari, Ideo sciendum est, iuxta tex. in cap. restra, & c. fin. de cohabit. Cleric. Notorium duplex esse, iuris, & facti. Iuris dicitur, quando percussio fuit facta occulè, & secreta, tamen deductum est delictum in foro contentioso, & lata est super eum sententia excommunicationis, vel quia ipsem percussor confessus fuit delictum, vel quia erat coniunctus. Et tunc talis percussor dicitur publicus notorietate iuris, & per consequens euitandus est. Notorietas vero facti dicitur illa, cuius percussio est adeo manifesta, ut nulla possit tergiuersatione celari, supple probabiliter, quando ita deprehensus est quis in crimen, vel ita delictum patens est, & certum omnibus, quod non est locus inficiacioni, ut quia publicè tenet concubinam, ac vxorem. 2. q. 1. de manifest. l. si vicinis. C. de secund. nupt. Vele eius delictum est notorium maiori parte Ciuitatis, vel villæ, Oppidi, Collegij, vel viciniæ, sive Gymnasij, modo in eo sint saltem decem, vel etiæ pauciores, quando illi pauciores essent maior pars Villæ, Gymnasij, &c. qui administrus debet esse sex. Ita Nauar. & Panor. Et hinc ipse Nauar. de sent. excom. lib. 5. cons. 40. consuluit Religiosum esse publicum excommunicatum censem, & ita vitandum, qui coram maiori parte Conuentus Clericum à sede expulit, vel brachio violenter extra-
- d. 22. q. 1.
art. 4.
- Duo gene
ra exòica
torum de-
bent eui-
tari.
- Alia opin.
- Cùtraria-
ri sibi vide
tur Nauar.
i c. 27. nu.
35. &c. 22.
nu. 5.
- Et lex, vsu
non rece-
pta, non li-
gat. gloss.
in c. 1. de-
treg. & pa-
ce, Syl. in
verb. lex.
Notorium
duplex iu-
ris, & facti.
- ii. q. 1. nos
quemquā.
5. q. 5. Epiph-
phan. de
prob. c. fin.
de cohab.
Cleric. c.
vestra. §.
cæterum.
- Nau. c. 25.
nu. 73. Pa-
nor. in d. c.
vestra.

extraxit, & ita etiam resert & tenet Sum. Cassin. rbi supra.

Tertiò. Sed quando in percussorem Clerici, requiratur citatio, & sententia declaratoria excommunicationis incurse vide in eadem Sum. Cassin. D. Iacobi de graff. lib. 2. c. 63. cum sequentibus, & vide infra verbo exemptio, in Annotatione nostra.

Quarto. Item nota. excommunicatum specialiter ob contumaciam non comparandi, vel non parendi, antequam declaretur, & denuncietur, non esse hodie euitandum; propter verbū, quod sequitur in dicta extrauag. ibi (specialiter expressè) quia oportet eum, qui non est notorius, esse, non solum specialiter, sed etiam expressè, idest nominatim denunciatum, & ita rsum Vrbis, & Orbis habet, & consentit etiam Nauar. Et sic quando sciucrim aliquem esse excommunicatum, puta, quia detinet rem alienam, propter quod lata suit excom. aut quia legit, & detinet libros prohibitos, aut quia non communicauit in Pascha, non teneor illos euitare etiam in secreto. immo potest coram illis celebrari ratione supradicta, nec teneor euitare, quando crimen est notorium, vel est fama publica, & adhuc non est delinquens nominatim, & expressè denuntiatu. & haec sunt memoria tenenda, quia quotidiana.

Quinto. Item nota. hodie propter dictam extrauag. licere orare publice pro excommunicato, dummodò non sit denunciatus, aut notorius. Nec obstat. D. Thomae doctrina, & aliorum Theologorum; quia eo tempore dicta Extrauag. non fuerat emanata; unde nec etiam sepultura eis negatur. Quapropter, doctrina Theologorum tradita super participacione cum excommunicatis, restringitur hodie in duobus casibus tantum, videlicet, ad excommunicatos notorios, & ad denuntiatos, loquendo de iure; sed de consuetudine, & in praxi hodie est receptum, ut euitentur illi tantum, qui specialiter, & nominatim fuerint excommunicati, vel declarati; vel si percussissent Clericum notoriè.

Sexto. Ipsi tamen excommunicati, etiam occulti, in nullo relevantur per praedictam Extrauag. nec quantum ad paenam spirituales, nec quantum ad temporales. Unde non poterunt tales participare in diuinis; & peccant semper mortaliter, quoties audiunt Missam, vel intersunt diuinis officijs, aut adsunt cum alijs in publicis rogationibus; aut adstant benedictioni Mensæ cum alijs, aut huiusmodi. In tantum, quod non requiritur aliqua publicatio, quantum ad paenas, & praesertim spirituales, quas excommunicati ipso facto incurruunt. Pro quo ride Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 35. not. 2. 7. Quapropter tenentur Confessarij de hoc suos paenitentes admonere, quando scient eos in aliquam excommunicationem incuruisse.

Aduertalit cōfessores Dubiū dīſſile. Settimò. Sed num Catholici Galliae, aut Germaniae, aliorumq; Regnum,

A rum, qui cum hæreticis manifestis, imò & palam se tales esse afferentibus, in eorum Trouincis participant in externo coniunctu; peccent, atque in excommunicatione minorem incurvant; cùm tales Lutherani, aut Calvinistæ, etc. sint manifestè, & notoriè excommunicati propter hæresim notoriam? Et respondetur, illos non peccare, & excusari propter necessitatem, & propter consuetudinem, quæ dicitur optima legum interpres. Quæ consuetudo cùm sciatur, & tolleretur à Sūmis Pontificib[us] qui propter illorum multitudinem nō audient procedere, excusat catholicos illa videntes; vt tenet Nauar. in Man. c. 9. nu. 6. & c. 27. nu. 35.

Et propter Bullā Cœ-næ Domini.

B Octauo. Notandum, quod Fratres, & personæ Ordinis Sancti Hieronymi Hispan. ab alijs, etiam Legatis Apostol. nisi de speciali mādato Sedis Apostolice, excommunicari, vel suspendi non possunt. Nec Monasteria Ordinis, contra istud Priuilegium interdicti possunt. Ita concessit Honorius 3. Cisterciens. vt refertur Priuileg. 10. Et Urbanus 4. eisdem Priuileg. 35. et 36. Quod etiam extenditur, ad familiares, benefactores, & seruientes, vel ad Molendina Ordinis venientes; ne, quia illis communicant, à quoquam excommunicari possint: alijs quicquid contra attentatum fuerit, irritum, & inanè declaravit Innoc. 4. Priuileg. 19. Cisterciens. Et Leo. 10. pro Congreg. Camaldulensi. Priuileg. 14. Et tandem Paulus 3. anno 1549. hanc declaracionem fecit pro Societate Iesu. vt in illius Compend. verbo Prælati. §. 2. & refertur in Compend. Priuileg. S. Hieron. Hispan. fol. 96. §. 4.

Pro Fratribus S. Hieron. Cistercien. Camaldul. & Soc. Iesu.

C Nicolaus 4. Noluit Fratres Minores ligari aliqua sententia excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, iuris, vel hominis, nisi nominatim fiat mentio; nec sufficit si dicatur in sententia generaliter, vt perinde valeat, ac si essent nominati expressè. Habetur hæc declaratio Pontificis, in Ceremoniali, seu Pontificali in Bibliotheca Vaticana, vt refertur in Compendio Societatis Iesu, verbo Excommunicatio. §. 3.

An detur cōcitatō cēfurā ad inuicē inter Mendi cantes vi de sup. in verbo cōcitatō Priu.

D Non. Quod illud, quod supra dictum est à Collectore, in primo notabili, de excommunicationibus reseruatis in Bulla Cœnæ, plura alia sunt notanda.

Pro oībus Regular.

E Et primo Nota. quod in Bullis Cœnæ emanatis à Greg. 13. usque ad istam ultimam à S. D. N. Papa Clem. 8. publicatam; nihil ferè reputatur esse immutatum, vel additum; sunt tamen, multæ aliae excommunicationes in ipsis reseruatae, quæ non sunt in supraposita Bulla Leonis 10. à Collect. & fortiores non obstantiæ, ac clausulæ derogatoriae, vt in illis est videre, ad quas, breuitatis causa me remicho, solum loco illius Bullæ Leonis, volui ponere illam Six. 5. vt supra.

Quod ad Bul à Cœnæ.

F 2. Nota. quod quicunque Sacerdos absoluīt aliquem (nisi in articulo mortis) ab aliquo casu existente in Bulla Cœnæ Domini, est ipso facto ex-

Excom. cōtra absolu-

nētes à ca-
sibus Bull.

communicatus; Et omne officium legendi, prædicandi, & sacramenta
administrandi, est sibi interdicendum, & tamen quicquid aget absoluendo, A
vel alia, nullius est roboris, vel momenti.

Et hanc se
quitur in
Cat. Nea.
lib. i. c. 25.
n. 1.

Et hoc excommunicatio licet, secundum aliquos dicatur, quod sit in
in eadē Bulla reservata Papæ; tamen Nauar. In expositione dictæ Bul-
lae, tenet quod non, & videtur melior opinio, quia hodie inflictio dictæ
Censuræ, in dicta Bulla apponitur, non ante; Sed post reservationem om-
nium excommunicationum, ibi contentarum. Olim vero fortasse non sic,
& ideo, tunc Doctores illi recte senserunt.

3. Not. Quomodo in articulo mortis constitutus possit absoluvi a sententiæ B
tuis huic Bullæ, & in casibus illis 1. 2. quos Sixt. 5. ponit in extrauag. Et
si dominici, de penit. & remiss. sic ait Caiet. in summula de excommun. C
cap. 77. Nota casus huiusmodi dupliciter inueniri. Primo ut non rema-
serit penitentia ad satisfaciendum obligatus, & tunc potest in articulo mor-
ti quilibet absoluvi, cum promissione, vel iuramento, quod presentabit se
(si euaserit) valenti legitimè absoluere; non quidem pro absolutione, sed
ad standum mandati Ecclesie. Si autem penitentia remanserit obligatus ad
satisfaciendum, premiti debet (si potest) satisfactio, quod si non potest,
tunc prestare debet idoneam cautionem, antequam absoluatur, prout ip-
se Papa mandat.

De hoc èr-
vid. D. Th.
3. par. 1. ad
3. q. 8. ar.
6. ad 2.

Vocatur autem cautio pignorantia, quod si hanc non potest, det fide-
inßoriam, & si hanc etiam non potest, det iuratoriam, & in hoc aduer-
tant bene confessores, ne illaqueantur.

Nullus ex-
cusari pot.

Et quia quotannis hec Bulla posset immutari, curialis est, ut singulis
annis, ab Ordinariis, vel alia via inquiratur, an aliquid innouatum fue-
rit in ea nec ne. Nec Confessorum ullus, aut penitentium, possunt ullæ,
escusationem pretendere, aut ignorantium allegare, si contradicta Bulla
lam præsumperint venire. Hoc habetur ex ipsa Bulla, quia subdit Pa-
pa. Cum non sit verisimile, id reminere incognitum, quod tam patenter
omnibus publicatur.

Confesso-
res debet
Bullæ ha-
bere,

Et ideo omnes Confessores, etiam Regulares, sub pena peccati morta-
lis, tenentur habere apud se, transumptum huic Bullæ. Curati vero te-
nentur dictam Bullam quotannis populo nunciare, sub eadem pena, pro-
ut ex eadem met Bulla colligitur. Aliquando tamen Papa bortatur, non E
autem precipit, & tunc non erit mortalis, non retinere penes se hanc
Bullam, prout aliqui periti obseruauerunt.

Nihil ob-
stat contra
Bullam.

4. Not. nihil omnino obstat contra sententias contentas in hac
Bulla Cœne; Neq; etiam (ut Pius 5. addidit) cuiusvis Concilij genera-
lis Canones; Neq; Regularium Privilegium aliquod, ut latè supra dixi-
mus, in verbo Absolutio, in resolutionibus.

5. Not.

A 5. Not. quod quamvis aliquando nonnulli facultates habeant a Papa, ut semel in vita, & semel in articulo mortis, valeant ab omnibus casibus absolui, etiam Sedi Apostolicae reservatis; non tamen poterunt, earum rigore a casibus contentis in Bulla Cœna Domini absolui; nisi de ea specialis, & expressa mentio habeatur. Quod quidem ferè nunquam facere consuevit Papa, nisi in Jubilei solemnibus, qui rarissime a Sanctitate sua emanant. Per Indulgentias autem septemnes, aut huiusmodi, sæpe daris solitas, nunquam ferè a casibus reservatis absolutio concedi solet, ut supra in verbo absolutio late diximus, qua in re plurimi labuntur.

Facultas p
art. mortis
non exten
ditur ad re
seruata in
Bulla Cœ-
nx.

B 6. Notandum, quod etsi a Pio Quinto iniunctū fuerit, ut omnes Confessarij apud se haberet transumptum Bullæ Cœna per eum decretæ; Patres tamen Societatis Iesu, eiusdem Pontificis concessione, ab hoc furent excepti. Declarauitque viuae vocis Oracle, satis fore, si in singulis Collegijs, vel Domibus, rnicum haberetur, quod in eo loco affigeretur, in quo omnes Confessarij leggere illud possint, ut habetur in Compend. eorum Privileg. verbo Bulla Cœna. §. 1.

Ex Priuil.
Soc. Iesu.

C EXEMPTI FRATRES.



L EMENS 4. prohibuit, ne aliquis Frater Minor exemptus ab obedientia Ordinis, posset cōtra Statuta Religionis morari in Domibus Fratrum dicti Ordinis, aut in eorum officijs se immiscere, vel intromittere. B. fflo. 75. concess. 224.

I
Officia er-
dinis.

D REGORIVS 11. statuit, & ordinavit, quod omnes, & singuli Religiosi, qui oruncumq; Ordinum, etiam Mendicantium, Sedis Apostoli cæ Capellani, perinde eorum Superioribus, & ipsorum correctionibus in omnibus, & per omnia sint subiecti, ac si prædicti Capellani non essent. Non obstantibus exemptionibus, & alijs quibuscunque Priuilegijs in contrarium facientibus. b. fo. 37. Et fflo. 35. concess. 39.

2
Pro omni-
bus Mend.
Correccio.

E BONIFACIVS nonus statuit, & ordinavit, quod omnes, & singuli Religiosi quoruncumq; Ordinum, etiam Mendicantium, Sedis Apostolicae Capellani, perinde eorum Superioribus, & correctioni ipsorum in omnibus, & per omnia sint subiecti, ac si prædictæ Sedis Capellani non essent. b. fol. 126. concess. 563.

3

C ALIXTVS 3. statuit, & ordinavit, quod nullus dictorum Fratrum beneficia secularia, seu etiam regula-

4
Prohibi-
tio.

Excommu-
nicatio.

ria quo quis modo in titulum, vel commendā pro tempore ha-
bentium possint Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus,
aut Congregationibus, seu negocijs, vel officijs, aut alijs ad-
ministrationibus Ordinis (nisi generalis pro tempore cōsen-
su interueniente) quomodolibet admitti sub excommunicationis
pœna, quam admissi, & admittentes incurvant ipso fa-
cto. B. fo. 92. Et ffo. 175. concess. 410.

Minister
generalis.

NICOLAVS quintus, concescit Ministro Generali Fra-
trum Minorum, quod possit visitare, & corrigerem quos-
cunq; Fratres exemptos præfati Ordinis, prout latè possum
est supra dictione Correctio. 6.9.

6
Fro fratri-
bus prædi-
catoribus,
& Minor.

SIXTUS 4. statuit, vt si aliqui Fratres Minores, aut Præ-
dicatores obtinuerint habilitationem ad habenda bene-
ficia Ecclesiastica, & quod interim, vel postquam ea habue-
rint valeant residere in domibus dicti Ordinis, & ibidem ca-
meras, ac vocem actiuam, & passiuam in Capitulis Genera-
libus habere, & Priuilegijs dictorum Fratrum, & Ordini num
gaudere, quod isti tales postquam aliquod beneficium paci-
ficè adepti fuerint, aut pro Capellanis in aliquibus Ecclesijs
deferuire cœperint, concessionibus prædictis nequeant gau-
dere, aut alijs consimilibus Ordinem concernentibus, nisi de
Prælatorum consensu. Et idem statuit de promotis ad Cathe-
drales, etiam titulares, ac alias dignitates Ecclesiasticas. B.
fo. 66. Et ffo. 149. concess. 365.

7
Ex Priuil.
Carmelit.

TI DEM Sixtus concescit, seu statuit, vt nullus professor
Ordinis Carmelitarum beneficia secularia, seu etiam regu-
laria, quorumuis Romanorum Pontificum, aut Sedis Apo-
stolicæ, vel Legatorum eius Concessione, vel indulto, quo-
uis modo in titulum, vel commendam pro tempore obtinen-
tiam, aut quæ futuris temporibus quomodolibet obtinebūt,
etiam si illa simpliciter, vel alio quo quis modo dimiserint, in
Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, aut Congrega-
tionibus, seu negocijs, officijs, vel alijs administrationibus
dicti Ordinis (nisi Generalis pro tempore consensu interue-
niente) quomodolibet admittantur sub excommunicationis
pœna, quam admissi, & admittentes ipso facto incurvant. B.
B. ffo. 188. concess. 482.

Excommu-
nicatio.

8
De exami-
natione Pri-
leg. exem-

VLIVS Secundus, cōmisit vniuersis Prælatis, & alijs per-
sonis in dignitate Ecclesiastica constitutis, vt requisiti à
Prælatis Ordinis Minorum, & Commissarius Romanæ Cu-
riæ,

Ariæ, aut alijs Fratribus ad hoc per eosdem deputatis, examin-
ent quascumq; literas Apostolicas, quas Fratres dicti Ordini-
nis super exemptionibus, & habitus mutationibus, & dimis-
sionibus, & alijs extorsionibus impetratas repererint, & quod
causas per eosdem Fratres in illis allegatas dijudicent, & si ve-
ras non repererint, eas reuocent, & annulent, ac eisdem Fra-
tribus minimè suffragari debere declarent. Ac quod predictis
Fratribus ad Ordinem Canoniconum Regularium translatis,

ptionū Fra-
tium parti-
culiarū.

Nota.

B seu vt seculares incidentibus, ne in ciuitatibus, oppidis, vel
locis, vbi domus dicti Ordinis fuerint, permaneant, inhabent:
vel si in eis manere voluerint, ut ad Ordinem, seu familiam,
cuius habitu temere reliquerint, redeant, B. ffo. 13. conce. 50.

L E O X. statuit, quod nullus Frater Ordinis Mino. obser-
uantia obtinere possit aliquam Exemptionem, aut Indultum
Apostolicum, sub quavis forma, & expressione verborum: nisi
Generalium, aut Commissariorum suorum, in Romana curia

De licentia
regula pro
imperatiōe
exēptionis.

C existentium, ad hoc expressus accedat assensus. Et quod, si illa
imperauerit, illa nullatenus sibi suffragentur, ut illorum ob-
tentu, à Prælatorum suorum iurisdictione, & Regulari disci-
plina exemptus censeatur, B. ffo. 15. conce. 52.

10

Idem Leo statuit, quod nullus Prælatus, aut Apostolicae Se-
dis Nuncius, aut Legatus nisi esset de latere Legatus aliquem
ex professoribus Ordinis Mino. ad secum morandum, vel pro
suis negotijs promouendum, absq; Generalis, seu Prouincia-

Conc. Trid.
fess. 22. de re
format. c. 5.
vult. ut Episcopus bie-
nua recogno-
scat.

Dlium petita, & obtenta licentia, & in scriptis habita, assumere
polsit, sine speciali Sedis Apostolicae mandato, de presentibus
speciale mentionem faciente. Super quo ponit censuras, B.
ffo. 15. concessione 53.

11
De licentia
commisarii
pro impera-
tione exem-
ptionis.

Idem Leo iterum prohibuit, nè aliquis Frater Minor cuius-
cumque conditionis & gradus existat, vigore cuiusvis rescri-
pti Apostolici, sub quavis verborum forma, & cum quibusvis
derogatorijs, & efficacissimis clausu'is quomodo libertemana

Eti, exemptus à iurisdictione suorum Prælatorum in aliquo cé-
seatur: nisi prius Commissarij dicti Ordinis in Romana curia
residentis, ad hoc expressus, & in scriptis accedat assensus, de-
cernens irritum, & inane quicquid lecus à quoq; quavis au-
toritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, B. ffo.
18. concessione 59.

A
ANNOTATIO CORDVBAE.

 Voad. §. 6. notand. quod Clem. 7. fff. 75. concessit nobis, & prohibuit omnibus Fratrib. ab Ordine nostro exemptis quomodo libet, et quibusunque dignitatibus fungentibus: ne possint contra Statuta, moresq; nostra Religionis in nostris domibus commorari, aut in nostris officijs, aut Capitulis se immiscere, seu intromittere. & de his exemptis Fratribus videatur etiam in eod. Compen. tit. Apostata, secundum materiam. ¶ Quoad. §. 24. quomodo censuræ, aut sententiæ inflicte contra alios, occasione nostra, contra nostra Privilieg. non sint universaliter nullæ in casu speciali hoc per Privilgium aliquod sit concessum, sed generaliter sunt annulandas; quomodo contra nos ipsos inflicte sint ipso facto nullæ. Videatur infra. Tit. Primi. §. 4. & alibi secun. subiectam materiam. Maximè tit. Canonica portio. §. 5. & 6. & tit. Exemptio. §. 22. et alibi vide, ut oportet. C

EXEMPTIO.

I
Exemptio à
Prælatis Ec-
clesiasticis.



De Moniali-
bus & aliis
Religiosis.

LEMENS IV. exemit Fratres in multis à iurisdictione, & subiectione Prælatorum Ecclesiæ. Primò concessit, quod per literas Apostolicæ Sedis, aut Legatorum, seu Delegatorum ipsius conueniri à quoquam minimè valeant prædicti Fratres Minores. ¶ Secundò, quod ad pecuniā colligendam cogi non possint inuiti, etiam per literas Sedis Apostolicæ de cetero imperandas. ¶ Tertiò, quod nullus prædictorum Fratrum teneatur correctionis, seu visitationis, vel inquisitionis officium Monasterijs, vel Ecclesijs, seu quibusunque personis impendere, vel ad cognitiones causarum, seu citationes partium, & denunciations sententiarum interdicti, & excommunicationis procedere. ¶ Quartò, quod non teneantur recipere curam Monialium, seu religiosarum, quarumlibetue personarum per quascunque literas Apostolicas, nisi de hoc induito, & ordine prædicto expressam fecerint mentionem, B. fo. 57. & ffo. 140. conce. 321.

2 Idem Clemens concessit, ut ad visitandum aliqua Monasteria Monialium cuiuscunque Ordinis, vel ad audiendas confessio-

A fessiones earum nequeant prædicti Fratres aliquatenus compelli. Nec ad recipiendum commissiones cauilarum , seu sententiarum executiones , vel alia contingentia causas ipsas, per literas Sedis Apostolicę (in quibus non facta fuerit de indulto huiusmodi mentio specialis) sive per Legatos, vel Delegatos ipsius , aut etiam per alios quoscunq; , B. fo. 57. Et fo. 140. concessionē 322.

B Idem Clemens concessit insuper, quod nullus Archiepiscopus , vel Episcopus, nullusq; alius Prælatus Ecclesiasticus valeat compellere Fratres Minores ad portandum , seu deferendum literas , vel exequendum , aut denuntiandum sententias contra Principes seculares, communitates, populos, seu alios quoscunq; benefactores eorundem Fratrum . Ac etiam, quod nullus Delegatus, vel ordinarius Iudex possit eosdem Fratres compellere ad faciendum citationes , vel commissiones recipiendas, sive ut sint in aliquibus causis assessores, sive ad lites, & controvorias contingentia , in causis, que coram ipsis tractantur, sine Sedis Apostolicæ speciali mandato , vel licentia, expressam faciente de huiusmodi Indulso mentionem . Nec quisquam eorum teneatur parere, vel intendere super his motionibus , seu mandatis , aut iussionibus eorundem , aut facere , vel implere quod in hac parte duxerint iniungendum, B. fo. 57. Et fo. 140. concessionē 323.

C Idem Clemens concessit , quod nullus Legatus, nisi de late-
D re, auctoritate literarum Apostolicarum specialem de indulto huiusmodi, & Ordine prædicatorum Fratrum Minorum non facientium mentionem, nullusq; alius Prælatus, nec aliqua persona religiosa , vel secularis de huiusmodi Fratribus ad sua, vel alterius negotia procuranda , seu ad secum manendū, aliquem assumere valeat , nisi quos Generalis, vel Prouinciales Ministri tanquam idoneos , & discretos eis duxerint assignados. Quos etiam subiacere voluit Ordinis disciplinæ, B. fo. 57.

E Et fo. 141. concessionē 325.

F Idem Clemens prohibuit vniuersis Ecclesiarum prælatis, & alijs, ne confessiones Fratru Mino. inuitis Prælatis eiusdem Ordinis audire præsumant . Nec eos compellant ad Synodos, seu Congregationes suas accedere, vel cum eis extra ciuitates, vel intra, processionaliter exire, aut suis constitutionibus subiace re, vel Capitula , scrutinia, & inquisitiones in locis , seu Monasterijs Fratrum , vel alibi, de eisdem facere . Aut fidelitatem

3
De Exemptio-
ne ab omni-
bus actibus
fori judicia-
lis.

4
Exemptio ab
occupacione
in quibusli-
bet negotiis
extra Ordin.

5
Confessiones
Process.
Obedientia

- A** Qobedientia. iuramento firmatam, & manualem obedientiam Ministris, seu Custodibus, vel Guardianis eiusdem Ordinis, exigere, aut de ipsorum institutione, vel destituzione, sive de Statutis Ordinis se aliquatenus intromittere, seu prohibere, ne ad civitates, & villas, ubi religiosè vivere, & morari possint, a populis eucat, audeant accedere; ibique pro suis visib[us] cōstruere ad officia, seu Ecclesiæ, & Oratoria, aut in sic accedentes, seu in constructores Fratres huiusmodi, vel receptatores ipsorum excommunicationis sententias proferre presumant. B. fo. 58. Et ffo. 142. **B** concessione 338.
- C** **E**llūcare. Idem habetur quoad Fratres Carmelitas, B. fo. 186. Concessione 476. Et quoad Fratres Prædicatores, B. fo. 238. concessione 564. Et quoad Augustinenses, B. fo. 246. conce. 604.
- F** **E**ccl[esiast]ica portio. Idem Clemens exemisit prefatos Fratres à solutione canonicae portionis, de ornamentis, & pluribus alijs, prout ad longum positum est supra in dictione Canonica portio 9.3.
- G** **E**xemptione à quibuslibet exactionib[us]. Idem Clemens concessit eisdem Fratribus Minoribus, ut ad præstationem procurationum Legatorū Sedis Apostolice, vel Nuntiorum ipsius, seu diœcesanorum locorum, aut exactiōnum, vel collectarum, seu subsidiorum, vel prouisionum quorumcumque minimè teneantur. Nec ad ea soluenda per literas dictæ Sedis Apostolicae, aut Legatorum, vel Nuntiorum eiusdem, seu Rectorum terrarum Ecclesie Romanæ, cuiuscumque tenoris fuerint, compelli possint: nisi huiusmodi literæ Apostolicae impetranda, plenam, & expressam de hoc indulto, & Ordine Prædicto fecerint mentionem, B. fo. 59. Et ffo. 142. concessione 341.
- H** **D**e exemptione ab omnibus iurisdictionibus prelatorum Ecclesie. Idem Clemens exemisit eosdem Fratres, ita, quod non obstante constitutione Innocentij IV. non teneantur etiam ratione delicti, contractus, seu rei de qua agitur locorum Ordinarij subiacere. Decepcionis irritum, & inane quicquid secus attendari contigerit, B. fo. 59. Et ffo. 142. conce. 342.
- I** **E**ccl[esiast]ica portio. Idem Clemens prohibuit, ne Fratres Minores ab aliquo Legato (nisi de latere Sedis Apostolicae misso) vel delegato, aut subdelegato auctoritate literarum Apostolicarum excommunicari, suspendi, aut interdicti possint: nisi literæ ipsæ plenam & expressam de prædicto Ordine, & indulto huiusmodi facerent mentionem, B. ffo. 3. concessione 1.
- NICOLAVS IV cōcessit Exemptionē totalē Ordini Minorū, decernēs Ord. p[re]dictū, & Fratres eiusdem immediate Sedi Apostolice

A stolicæ subiacere. Ac Ecclesiæ, & oratoria, domus, loca, libros, utensilia, & alia mobilia, & immobilia (quorum vsum habent Fratres prefati) in ius, & proprietatem Sedis Apostolicæ suscepit, B.fo.28. Et ffo. 112. conce. 243.

De immedia-
tè subiectio-
ne Sedi Apo-
stolicæ
Collector.

Vide ampliationem prefatæ concessionis, infra, §. 14.

BONIFACIVS VIII. confirmauit literas prædecessorum suorum super Exemptione prædicta, & de nouo exemit Fratres Mino. prefatos, & illorum Ordiné ab omnium, & singulorum quorumlibet Prælatorum, & personarum Ecclesiasticarum, omnimoda potestate, ac iurisdictione, decernens prefatos Fratres, & Ordinem eorum immediatè Sedi Apostolicæ tantummodo, & Rom. Pont. subiacere, b.fo.32. Et ffo. 32. cōc. 34.

II
Cōfirmatio
exēptionū
suprascripta
rum.

Idem Bonifacius concessit Monialibus Sancte Clare, ut ad præstationem decimarum de quibuscumque possessionibus, & omnibus alijs bonis, quæ iustè habuerint; vel ad contribuendum procurementibus quorumlibet Ordinariorum, & etiam

I 2
Pro Monia-
libus Sancte
Clare.

C Legatorum, & Nūciorum Sedis Apostolicæ, ac quibuslibet talibus, & collectis, aut ad exhibendum pedagia, telonea, & alias exactiones quibusvis Regibus, Principibus, seu alijs personis minimè teneantur: nec ad id Compelli aliqualiter valeat, B.fo.38. et ffo. 122. conce. 267.

Idem Bonifacius dedit copiosam Exemptionem Fratribus, Augustinensibus, & eorum Ordini, sicut cōcesserat Fratribus, & Ordini Minorum. B.fo. 247. conce. 619.

I 3
Pro Aug-
stinensibus.

D BENEDICTVS XI. exemit Ordinem Fratrum Mi. sicut fecerat Nicolaus IV. supra. 6. 10. & addidit, quod nec etiā ratione delicti commissi, vel initi contractus, aut rei sitę, vel posita, seu existentis extra loca eorundem Fratrum exēpta, possint coram Ordinariis, vel alijs Prælatis Ecclesiasticis molestari, seu quomodolibet conueniri. Non obstante constitutione Innocentij IV. in contrariū faciente, B.fo.24. Et ffo. 108. concessione 232.

I 4
Amplia-
tionem
exēptionū
suprascripta
rum.

E MARTINVS V. approbavit, & confirmauit literas Bonifacij IX. qui dedit amplissimam Exemptionem Ordini Fratrum Prædicatorum, & ab ea dependentibus, sub sequentibus verbis: Vestigijs nonnullorum prædecessorum nostrorū it: hęrentes, Ordinem ipsum, ac Magistrum Generalem, & Priors, & Fratres prædictos, necnon quascunque Sorores, ac domos, Monasteria, & Hospitalia quęcunque, quæ sub cura, & regime Ordinis Fratrum Prædicatorum fuerint

I 5
Plenissima
exēptio pro
Fratri⁹ Pre-
dicatoribus,
& alijs per-
sonis eis su-
biectis.

pro tempore constituta , & eorum Rectores , & Gubernatores A
cum omnibus suis iuribus , & pertinentijs , quæ in præsentia-
rum obtinent , & in futurum (dante domino) iustis modis po-
terunt adipisci , ab omni iurisdictione , dominio , subiectione ,
& potestate quorū bet Ordinariorum , & Prælatorum , ac per-
sonarum Ecclesiasticarum , necnon à solutione cuiuscunq; col-

Exactiones. lecte: pedagij , aut cuiuscunq; alterius generis exactionis , de
Apostoljæ potestatis plenitudine , & de certa scientia pror-
fus eximimus , & totaliter liberamus , illaq; in ius , & proprie- B
tatem Beati Petri , & Sedis Apostolicæ , & sub eorum speciali ,
& immediata protectione fulcimus , decernentes , Ordini-
nem , Magistrum , Piores , Fratres , & Sorores , qui nunc sūt ,
& erunt pro tempore , domos , Monasteria , loca , & hospita-
lia supradieta , eorunq; rectores , & gubernatores , cum omni-
bus iuribus , & pertinentijs huiusmodi solum immediate Sedi
Apostolicæ subiacere . Ita quod Ordinarij , & Prælati huius-

Censuræ Ecclesiastice. modi , siue quavis alia persona generaliter , vel specialiter , C
aut communiter , vel diuisim , non possint , quavis auctoritate ,
excommunicationis , suspensionis , & interdicti sententias pro-
mulgare , aut alias etiam ratione delicti , seu contractus , uel

Decime. rei de qua agitur , vbiunque committatur delictum , iniatur
contractus , aut rē ipsa consistat , potestatem , seu iurisdictionem
aliquam quomodolibet exercere . ¶ Ibidem est concedit
omnibus supra nominatis , exemptionem à solutione decima-
rum , & pedagiorum , & collectarum valde copiosissimè , ita D
quod in omnibus exemptionibus Ordinum Mendicantium ,
nulla reperitur copiosior , b. ffo. 262. conce. 68 t. Et habetur sub
autentico B. ffo. 80. conce. 240. sub nomine Eugenij 4.

16
Pro Fratribus Preparatoribus. EVGENIVS IV. approbavit , & confirmauit literas Bo-
nifacij IX. & Martini V. in quibus datur copiosissima Exem-
ptio Ordini Fratrum Præparatorū , vt supra possum est . §. 15.
Hec autem approbatio Eugenij habetur auctentica , B. ffo. 80.
concessione 240. E

17
Pro Monialibus Sancte Claræ. Idem Eugenius exemit Ordinem Sanctæ Claræ Abbatissas ,
Conuentus , Moniales , Monasteria , & loca eiusdem Ordinis ,
cum omnibus iuribus , & pertinentijs , ac bonis mobilibus ,
& immobilibus quibuscunq; ab omni iurisdictione , ac do-
minio , & potestate quorumcunque Legatorum , & Prælatorum
Ecclesiasticorum , cum maximis clausulis , & non obstantijs .
Decime. Ac similiter exemit à præstatione , seu solutione decimarum ,
Exactiones. colle-

A collectarum, talliarum, subsidiorum, angariarum, ac qua-
rūlibet aliarū exactiōnū, b. ffo. 41. conc. 46. Et ffo. 85. conc. 248

N I C O L A V S V. quia aliqui Ecclesiarum Prælati, & alij
non obseruabant Exemptionis literas cōcessas Fratribus Mi-
no. statuit, & mandauit, vt nulla persona cuiuscunq; digni-
tatis, gradus, status, vel conditionis existat, de cætero prædi-
ctos Fratres molestare, aut perturbare præsumant, sub excom-

18

Excommu-
nicatio.

B nem, ab huiusmodi Fratribus factam, contrarium præsumpe-
rint. ¶ Et ibidem concedit Generali Ministro potestatē cor-
rigendi omnes Fratres dicti Ordinis, siue in Monasterijs Mo-
nialium, siue in alijs domibus, & Eremitorij, seu locis com-
morantes, etiam ab obedientia, visitatione, & correctione
dicti Ministri per specialia Sedis Apostolice indulta se' exem-
ptos esse (præter Regulæ, & Statutorum dicti Ordinis formā)
prætendētes. Non obstantibus quibuscunq; Priuilegijs, exē-
ptionibus, & indultis Apostolicis in genere, vel in specie con-
cessis, b. ffo. 47. concessione 50. Et ffo. 87. conce. 250.

Generalis
Minister.
Correccio.

C S I X T V S IV. eximit Fratres Minores à solutione deci-
marum quarumcunque, etiam Papalium, vt habetur supra Decimæ.

19

Decimæ.

Idem Sixtus exemit Moniales Sanctæ Clare à solutione de-
cimarum, etiam illarum terrarum, & possessionum, quas
per colonos faciūt cultuari, prout positum est supra in dictio-

20

Decimæ.

D ne Decimæ. §. 7.

Item Sixtus eximit Ecclesiæ parochiales apud quas Mo-
nasteria Fratrum Minorum sunt constructa, & Capellanos in
illis pro parte Fratrum eorundem positos ad seruendum, à
iurisdictione, & superioritate Ordinariorum, B. fo. 60. Et ffo.
144. concessione 151. Et habetur supra latius, in dictione
Ecclesiæ Fratrum §. quinto.

21
Pro Ecclesi-
rum visita-
tione ab Or-
din. facienda
vide glos.
meam supr.
verbo. Ecclæ
siæ Fratrum.
Parochia.
Ecclesiæ.

E Idem Sixtus inhibuit locornm Ordinarijs, sub interdicti
ingressus Ecclesiæ, & suspensionis à regimine, & administra-
tione Ecclesiarum suarum, ac rectoribus, & alijs quibuscun-
que, sub excommunicationis latæ sententiaz, & priuationis
earundem parochialium Ecclesiarum, ac omnium aliorum
beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, necnon inha-
bilitationis ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnis (eo
ipso per eos qui contrafecerint incurrendis) ne Ordines Fra-
trum Prædicatorum, & Minorum, & illorum domos, & pro-

22
Pro Fratrib.
Pred. & Mi.

Excoicatio.

ffessores, præter, aut contra tenorem Priviliegiorum suorum per literas Apostolicas concessorum, eos inquietare, seu molestare præsumant. Ac eos, aut testamentorum ultimarumq; voluntatum executores, & hæredes, seu quoscunque alias directè, uel indirectè, ad solutionem cuiuscunq; quartæ Parochialis, seu Canonicæ, uel alterius portionis, seu oneris; vel ad faciendum celebrari aliquod officium in eorum Ecclesijs, vel alibi: dum apud ipsos Fratres decedentium corpora tumulantur, ante, vel post eorum sepulturam cogant. Nec confessis dictis Fratribus Eucharistia, seu Extremæunctionis Sacra menta sine rationabili causa denegare; uel illorum exhibitionem malitiosè differre; aut eorum Parochianis, ne prædictis Fratribus confiteantur, prohibere, vel persuadere; nec etiam ad præmissa, aut aliquod præmissorum auxiliuni, consilium, vel fauorem dare directè, vel indirectè quoquo modo præsumant, B.fo. 61. Et fo. 145. concessione 356.

23
Inhibicio.
Idem Sixtus statuit, ne locorum Dicæsanii, aut aliij Ordinarij, seu aliij quicunque in personas, aut loca Fratrum Mino, contra prohibitionem supra positam Clementis IV. 9.8. & 9. sibi quamcunque iurisdictionem, aut superioritatem vendicare præsumant. Ac districte inhibuit, ne quispiam, absq; Sedis Apostolicæ speciali commissione, aut auctoritate, in personas, domos, & loca dicti Ordinis (ut potè prorsus exempta) aliquas censuras, vel sententias, specialiter, vel generaliter promulgare audeat, B.fo. 60. Et fo. 144. conce. 347.

24
Cenfusæ.
Pro Fratrib.
Carmelitæ.
Excoicatio.
Idem Sixtus concessit Fratribus Carmelitanis copiosam Exemptionem, dicens in summa, quod nullus Ordinarius, seu Legatus, quanis auctoritate vtés, quamcunque superioritatem super prædictos Fratres sibi vendicare præsumat. Neq; aliquis, absque speciali commissione Sedis Apostolicæ, faciente mentionem de verbo ad verbum de huiusmodi Indulto, valeat promulgare aliquas sententias excommunicationis, seu alias cenfuras super eosdem. Et voluit, quod processus facti contra Fratres præfatos pro infectis habeantur, etiam si eorum Exemptio (ut potè notoria) non fuerit allegata, B.fo. 99. Et fo. 183. conce. 449. Et etiam fo. 185. conce. 446. extendit Exemptionem prædictorum Fratrum ad hoc, ut nullus possit compellere eos ad cognoscendum causas, & pleraq; id genus, etiam per literas Apost. non facientes de indulto hoc specialē mentionē.

25
Idem Sixtus exemit prædictos Fratres Carmelitas à qua cunque

Acunque iurisdictione Inquisitorum hereticę prauitatis , cum magnis non obstantijs , B.fo. 112. Et fo. 196. conce. 489.

Pro Carmelituis.

Idē Sextus dedit copiosam Exemptionē Fratribus Ordinis Prædicatorū, ad instar Exemptionis data Fratrib⁹ Carmelitis, & Mi. B. flo. 238. conc. 560. & 564. & usque ad conce. 570. & fit de illa mentio in summa Armill. tit. de Exemptione, num. I.

26
Pro Fratribus Prædic.

Ex Privilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

BE VGENIVS IV. concessit Monachis Sancti Benedicti Congregationis Italie, ut cum contigerit fieri Concilia generalia , prouincialia, seu synodalia , etiam Apostolica , aut quavis auctoritate firmata, seu quasvis Congregationes, quouis nomine censeantur , Ecclesiasticarum , vel laicarum personarum cuiuscunq; dignitatis , aut status existant , Prælati, seu Monachi præfati , ad ea ire, seu mittere , nisi ad ipsius Congregationis Capitulum generalem celebrandum, aut alia, iuxta eorum ordinationes, nullatenus compelli possint, etiam

Cper literas Apostolicas, non facientes speciem mentionem de huiusmodi Indulto præfate Congregationi concessso . ¶ Nec Congregationis personę huiusmodi, quod in eorum locis misfa , aut alia Diuina Officia celebrentur, Ordines conferantur, vel agitantur causę ciuiles , seu criminales , procelsiones cōuocentur , aut Synodus , Conuentus , seu quævis congregations , tam Ecclesiasticarum , quam laicarum personarum congregentur : siue quod huiusmodi Congregationis loca ad

Missa

Dvlum , hospitium , habitationem , detentionem , & incarcerationē Ecclesiasticarū, vel laicarū personarū deputentur, astrin gi, seu cogi aliquiliter valeant. Contra quæ omnia, vel aliquod prædictorū, quouis persona cuiuscunq; conditionis, aut status existat, attētare præsumēs, nisi facta ei de hmoi indulto notitia destiterit, ipso facto sententiā excommunicationis incurrat.

Excommu-
nicatio.

Eidem Eugenius , ne Prælatos , & Monachos Sancti Benedicti causarum strepitū inquietet, & ab ocio deducat, concessit, ne quis Prælatos, Monachos , & personas prædictas subire de calūnia, & veritate dicenda iuramentū, aut ad ferendum testimonium quacunq; ex causa cōpellat inuitos, siue extra ciuitates , & Diceceles suas trahat, seu in eos, vel eorū aliquē propterea excōicationis sententiam, vel alterius censurę, seu pœnę sententiam proferat per literas Apostolice Sedis, vel Legatorum eius: nisi in eisdē literis de hmoi indulg. plen. & expressa, ac de verbo ad verbum facta fuerit mentio specialis. B.

Excōicatio-



CAPVCCINI ANNOTATIO

In S. 14. &
15.

Vt dixi sup.
in verbo cō
ueniri in Iu
dic.

HOC scias fuisse revocatum à Pio IV. anno 1560. vt in
const. 17. De salute gregis, &c. que est confirmata à
conc. Trid. Sess. 6. cap. 3. de reformatione, ubi habe
tur, ut nemo secularis clericus, vel regularis, extra Mo
nasterium degens, etiam sui Ordinis Priuilegij pretextu, tutus censea
tur, quo minus, si deliquerit, ab Ordin. loci, tanquam super hoc à
Sede Apostolica delegato, secundum Canonicas sanctiones visitari,
puniri, & corrigi valeat. Sed modificatur in Sess. 25. tit. de Regul.
cap. 14. ubi dicitur Regularis non subditus Episcopo, qui infra Clau
stra Monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, ut populo
scandalo sit, Episcopo instantे, à suo Superiore, intra tempus ab Epi
scopo presigendus, seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certio
rem faciat, sin minus à suo Superiore Off. priuetur, & delinquens ab
Episcopo puniri possit. Idem statuitur in Sess. 21. cap. 8. de reform.
Quod si Episcopus aliquem Regularēm incarceraret. An excommu
nicationē incurreret. vide supra verbo Conueniri in Iud. in fine nostræ
Annotationis.

Sed an, si Regularis exemptus percutserit clericum, secularēm extra
claustra in Diœcesi Episcopi, possit Episcopus ipse illum denuntiare ex
communicatum? R. quod sic. facit tex. in cap. 1. de Priuileg. in 6.
ubi Io. Andr. tenet, quod exemptus delinquens in loco non exempto
possit puniri per Episcopum, quod idem confirmat Francus in cap. 2. de
const. in 6. Quod intellige nisi esset exemptus ratione delicti, etiam in
loco non exempto; vt sunt: i) in supradicto S. 14. & 15. à Benedicte
XI. & à Clemente V. expressi: quia tunc non posset denuntiari exco
municatus, facit tex. in Clem. 2. §. fin. vers. sibi subiectos de pœnis. Et
nec obstat tex. in Clem. 1. vers. suffragante de Triuileg. ubi denuntia
tio extenditur etiam ad exemptos, quia dupliciter responderi potest.
Primò, ut sit ibi speciale, cum de ipsis specialis mentio fiat, ergo regu
lariter nequit Episcopus in illos manus extendere, cum immediatè sub
sint Papæ. C. si Papa de Priuileg. in 6. C. penul. de Offic. Ordin. Vel
secundo, quod ille Tex. loquatur de exemptis ratione delicti, etiam in
loco non exempto, facit tex. in d.c. 1. de Priuileg. in 6. & per Domin.
in c. 1. de statu Regul. Quare concludendum videtur, quod in Regula
ri non subdito Episcopo, obseruetur dispositio supradicta Conc. Trid.
Sess. 25. c. 14. de Regul. Qui intra Claustra Monasterij degit, & ex
tra ea, ita notoriè deliquerit, &c.

Si vero

- A** Si verò delictum esset notorium, & ageretur de pena excommunicationis incursa ipso iure, An Episcopus posset denuntiare exemptos excommunicatos, ad finem, ut à suis subditis evitentur? Domin. in c. Episcoporum, Vers. sed posset saluari, & ibi Francus num. 3. de Privilieg. lib. 6. inquit, quod sic. Et Anto. de butri in c. patentibus vlt. notab. de Privilieg. & ibi Abbas in gloss. 2. qui dicunt, quod quando exempti in loco exempto aliquid committunt, cuius effectus extra locum exemptum porrigitur, Ordinarius potest eos corrigere, & punire; ut
- B** idem Abbas in cap. cùm inter, num. 3. de consuet. assert ex. in illicita pulsatione campanæ, seu votum prolatione, & facit id quod dicit Bart. in l. 2. s. si quis in suo. ff. ne quid in loco publico, de proiciente lapidem extra locum exemptum, quod tunc possit à loci illius Ordinario conueniri. Sed hoc quidem intellige, quando exemptio conceditur aliquibus ratione certi loci, ut Monachis respectu Monasterij, quia possunt conueniri per Ordinarium, quando effectus protenditur extra locum exemptum, uel delictum secùs verò si exemptio concederetur personæ;
- C** quia tunc non possent coram Ordin. conueniri, ratione delicti, ut sunt supradicti Religiosi exempti: vt probat predictas D. Iacob. Cassines. vbi supra lib. 2. cap. 49. num. 70.
- D** Vbi etiam probat quod si exempti citaretur ab Ordin. & essent notoriè exempti, & iam diu toleratis Privilégio exemptionis, non tene-rentur comparere, alias si non essent notoriè exempti, & partibus, & Indici, vel communiter tenerentur comparere, & allegare Privilé-gium, &c.
- E** Sed quomodo & quando ipsi Regulares exempti teneantur parere Curiæ seculari bannitos persequenti, eisque Monasteria, & Eccle-sias aperire iam dictum est supra in verbo Ecclesiæ, in nostra Anno-tatione, fol. 306. C.
- Circa autem materiam exemptionum Clericorum, & Ecclesiastica-rum personarum à pedagys, vestigalibus, Dathys, Doganis, guidagys, & alijs oneribus, & grauaminibus, & secularibus exactionibus pro re-bus suis proprijs, quas, non causa negotiandi, deferunt, uel deferri fa-ciunt, seu transmittunt; aut etiam pro personis suis, videndum est.
- Cap. Quanquam, de censib. lib. 6. vbi hac habentur, & ait.
- Quanquam pedagiorum exactiones, tam iure Canonicō, quam Ci-tili, Regulari meritò sint damnatae, tanto tamē distictius, ne ab Ec-clesijs, & personis Ecclesiasticis, talia exigantur, prohiberi oportet; quanto, si id fiat, in maioris inde transgressionis reatus incurritur, & offendam euidentiorem comprobatur, licet igitur Ecclesiæ, Ecclesiasti-ca & q; personæ, ac res ipsarum, non solum iure humano, quinnimò, & diuino,

Ecclesiastica
iure diuino
sunt iuris

ab exactiō- diuino, à secularium personarum exactionibus sint immunes, iuxta cō- A
nibus, secu- stitutionem felicis recordationis Alex. Papa IV. predecessoris nostri,
laribus, &c. & idē sentit. quæ statuit; Eccl. et personas Ecclesiast. ad pedagia, et guidagia penitus
Conc. Trident. non teneri. Nec ad exhibendum, uel soluendum taleas, pro rebus suis
proprijs, quas, non causa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt,
seu transmittunt, uolentes propter multorum insolentiam, & abusum
pene adminiculo adiuuare. Adyicimus distictius inhibendo (contraria
consuetudine quorumcunq; quæ dicenda corruptela uerius, non obstā- B
te) ut nec Collegium, nec Vniuersitas, nec aliqua etiam singularis per-
sona, cuiuscunq; sit dignitatis, conditionis, aut status, à p̄fatis Ec-
clesijs, aut personis ipsis, aut rebus pr̄dictis, talia exigat, uel extor-
queat per se, uel per alium suo nomine, uel etiā alieno, aut eos ad
Hodie est in Bulla Cœnæ Sixti v.n. 18. huiusmodi persoluenda compellat. Qui uero contra fecerint; si perso-
nae fuerint singulares, excommunicationis; si autem Collegium, uel
Vniuersitas, Ciuitatis, castris, seu loci alterius cuiuscunque; ipsa Ci-
uitas, uel Castrum, uel locus, Interdicti sententiam ipso facto incur-
rat: nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem, uel Interdi- C
cti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint, & de
transgressione satisfecerint.

Et in Concilio Viennensi (ut habetur in Clement. de censibus, c. p̄-
senti) fuit præceptum Episcopis impositum, super exequutionem su-
perioris Constitutionis: vt excommunicationis, & Interdicti senten-
tias à iure publicent, uel à suis subditis, tandiū faciant publicari, do-
nec illi, sic exacta restituerint, & de transgressione huiusmodi satisfe-
cerint competenter.

D
Notanda cit- Primò notandum, quod prædicta Excommunicatio, quamvis
ca predicta. nigore prælatorum Capitulorum sit Episcopalis, hodie tamen est
Pro Regula- Papalis, ut ait Sil. in uerbo excommunic. 4.5.21. & Tabien. In
ribus specia liter, vide ex- uerbo Excommunic. 5. casu 19. & Armil. eodem tit. excom. 11. quia
trau. Pii V. continetur, ut aiunt, in Bulla Cœnæ Domini, cap. 18. sub illis uerbis;
dum ad ube- ubi ait Papa (uel qui prohibita exigunt) scilicet excommunicamus, et
res, quæ po- anathematizemus. Reliqua omnia, que pro libertate, & immuni-
netur in fin. huius com- tate Ecclesiasticarum personarum faciunt, amplissimè uideas hodie in E
pendit cum aliquibus aliis Annotationib- Bull. Cœnæ Domini; per quam quidem, fauores omnes, pro hoc in iure
valde necessa- concessi, augentur, & ampliantur: & plurima Doctorum opiniones,
riis f.3. Error molto restringentes prædictam immunitatem, corriguntur, & è medio tollū-
rum Docto- tur. Quia in re multi Doctores decipiuntur; qui in multis, dūm doctri-
rum. Romanus Pontifex in prædicta Bulla corrigit, aut innouat.

Deinde

A Deinde est uilùe notanda confirmatio, seu dispositio illa facta à Sac. Conc. Trid. sess. 25. cap. 20. de reformatione, circa huiusmodi immunitates, & exemptiones.

Conc. Trid.
verba.

Cupiens (inquit) Sancta Synodus, &c. Decernit itaque, & præcipit Sacros Canones, & Concilia generalia omnia, nec non alias Apostolicas Sanctiones, in favorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis Ecclesiastice, & contra eius uiolatores editas; que omnia, præsenti etiam decreto innouat, exactè ab omnibus obseruari debere. Propterea admodum Imperatorem, Reges, &c. & omnes cuiuscumq; status extiterint,

B ut quo largius bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctius que Ecclesiastici iuris sunt, tanquam Dei præcipua, eiusq; patrocinio recta, uenerentur, nec ledi patientur: sed seuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atq; iurisdictionem impediunt, animaduertant.

28

LEO X. confirmauit literas predictas Innocentij VIII. ac de nouo cōcessit easdem, inserendo illas de verbo ad uerbum, decernes illas de bere inuiolabiliter obseruari à quibuscumq; Inquisitoribus heretice prauitatis, B. fffo. 21. conc. 64.

C Idem Leo iterum prohibuit districte Inquisitoribus hereticis prauitatis, nē se villo modo intromittant de Fratribus Mino. Super quo dedit Conferuatores vniuersos Ecclesiarū Praelatos, B. fffo. 20. conce. 63.

29
Inquisitores
hereticis.

D Idem Leo approbauit, ac de nouo concessit literas suorum prædecessorum, qui exemerant Moniales Sanctæ Clare ab omni iurisdictione, & a solutione quarumcumq; decimarum, etiā de terris, & possessionibus, quas per colonos faciunt cultuari, B. fffo. 44. conce. 139 & 140.

30
Pro Monia-
bus S. Clae-
ri.

Idem Leo postea exemit Moniales S. Clare, & tertiarias à solutione cuiusvis decimæ, uel taxæ, etiam per Sedem Apostolicam impositæ: si tamen ita sunt pauperes, quod ipsarum redditus non sufficiunt pro commoda illarum iustificatione, B. fffo. 48. conce. 143.

31
Pro Mon. S.
Cl. & Tertiis.

E Idem Leo exemit Fratres Minores Obser. à iurisdictione Commissariorum Cruciatæ, & alijs consimilibus, præcipiens huiusmodi Commissarijs, sub graibus censuris, ne assumant Fratres Minores prefatos ad prædicandum Cruciatam, B. fffo. 48. conce. 144.

32
De comiss-
ariis Cruciatæ

Hoc positum est supra, ad longum, in dictione Cruciatæ, §. 4. Collector.

De exceptione à quarta funeralis solutione, sunt multæ Concessiones diuersorū Pôtif. supra positæ, in dictione Can. portio.

Circa

Circa præfatā materiam est sciendum, quod suprascriptarum Exemptionum, & nonnullarum aliarum Cōcessionum in favorem Fratrum Mendicantium concessarum, fuerunt aliquę derogatę per Concilium Lateranense, ultimò celebratum, ut possum est in dictione Concilium. §. 6. Attamen, quia, ut ibidem. §. 7. dicitur, fuerunt revalidata nostra Priuilegia, & per consequens sunt annullatae huiusmodi modificationes, seu derogationes: ideo nō oportet illas hic inserere; præsertim, quia quo ad exemptionem propriè sumptam, ferè nil innouatum, seu derogatum est per Concilium præfatum.

FAMILIARES, SEU FAMULI FRATRVM.

1
Inteidiū.

LEXANDER IV. fecit quandam concessiōnem famulis, seu familiaribus, & procuratoriis, ac operariis Fratrum pro tempore interdiū, qua ponitur ad longum in dictione Interdictum 3. in. §. 1.

2
Ex Priuileg.
Carmelitarū

ALEXANDER IV. concessit Fratribus Ordinis Carmelitarum facultatem ministrandi Ecclesiastica Sacramenta familiaribus suis, ac tradendi eos sepulturę Ecclesiasticę, cùm decesserint, B. fo. 85. Et ffo. 168. conce. 391.

3
Sacramēta.
Sepultura.

CLEMENS IV. concessit Fratribus Mino. ut his, qui in eorum morantur obsecquis, cuncta liberè ministrare possint Ecclesiastica Sacramenta; & ipsos, cùm decesserint, in suis Cœmertijs sepelire, B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 315.

4
Interdictum

Idem Clemens statuit, quod si quando in terras, in quibus resident Fratres Mino. vel eorum personas excommunicationis, seu interdicti sententias contigerit promulgari, pueri seruitijs Fratrum deputati, negotiorum quoq; gestores, & operarij, qui in locis Fratrum eorum operibus personaliter continuo extiterint, huiusmodi sententijs obnoxij minimè habebuntur. Ibiq; possint audire Diuinā, iuxta formam, quę ipsis locis in eo casu à sede Apostolica est concessa: nisi ijdem causam derident, vel contigerit eosdem excommunicari specialiter, seu interdicti, B. ffo. 150. conce. 316.

5
Ex Priuileg.
Fratrū P̄ad.

GREGORIVS XI. fecit consimilem Concessionem familiaribus Fratrum Ordinis Prædicatorum, per eadem verba, sicut Clemens IV. fecerat familiaribus Fratrum Mino. ut supra possum est. §. 3. & 4. B. ffo. 236. conce. 346.

Familiares, seu famuli Fratrum. 367

A **SIXTVS IV.** concessit, quod illi, qui sunt in seruitio Fratrum Mino, & Sororum Sanctae Clarae, habeant Indulgientiam plenariam in morte, ac semel in vita de referuatis, o. fo. 62. Et ffo. 66. Concessione 96.

IVLIVS II. concessit, Fratribus Ordinis Minimorum, quod famuli domorum sui Ordinis, nec non ceteri eiusdem Ordinis habitum portantes, & in articulo mortis in dictis dominibus sepulturam eligentes, omnibus, & singulis Priuilegijs

⁷
Ex Priuileg.
Fratrum Mi-
nimorum.
Sepultura.

B Ordinis Minimorum huiusmodi quomodolibet concessis gaudere, libere, & licite valeant, B. ffo. 8. Concessione 22.

LEO X. in concilio Lateranensi statuit, quod Fratres familiis eorum obsequio insistentibus, sacramenta ecclesiastica nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio, B. ffo. 26. Concessione 74.

Idem Leo, ubi supra, statuit, quod Procuratores, & negotiorum gestores, ac operarij Fratrum seruitijs insistentes, sententijs excommunicationis promulgatis illaqueati sint, & esse censantur, si illis causam dederint, aut dantibus consilium, auxilium, vel fauorem praestiterint, B. ffo. 26. Concessione 85.

⁸
Prohibitio.

Aduerte, quod nonnulla alia concessa sunt in fauorem familiarium Fratrum, pro tempore interdicti. Et haec ponuntur in dictione Interdictum, 3.

Collector.

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

MARTINUS V. concessit Monachis Sancti Benedicti obseruan. Hispaniq, ut confessiones quorumcumq; familiarium suorum, tam Laicorum, quam Regularium, & secularium, intra, & extra septa suorum Monasteriorum commorantium audire, & pro eorum commissis debitam eis absolutionem impendere, necnon dictis familiaribus, tam intra, quam extra septa prefata commorantibus Ecclesiastica sacramenta, quoties fuerit opportunum, ministrare valeant, b.

⁹
Confessio.

Sacramenta.

Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Ieronimi Hierosolymitani.

ALEXANDER IV. confirmavit literas Honorij, & Innocentij predecessorum suorum, quibus authoritate Apostolica interdixerunt, ut nemini liceat, sine speciali mandato Romani Pontificis, Fratres Hospitalis Sancti Iohannis Hierosolymitani, vel seruientes eis Clericos, sive laicos, donec in seruitio domus fuerint, excommunicationi, vel interdicto subiungere: Et siqua sententia in prefatos aliter lata fuerit, & eam irritam esse, & inanem censuit, B.

¹⁰
Excoicatio.

Interdictum.

CAPVCCINI ANNOTATIO

In. 5.3.



O C sancte debet intelligi, secundum Constit. 17. Leon. X. ut in Bullario, uidelicet, pro tempore, quoniam in actuali eorum seruitio perseverant, & sint professi. Et an, & quando possint immunitatibus gaudere, vide superius. Excomm. in fine, num. 14. & Conc. Trid. sess. 24. de Re form. c. 11. sed Tertiarii, qui uiuent in communi, sub obedientia Fratrum Minorum, gaudent immunitatibus, & eorum exemptionibus, ut in Constit. 63. Pii V. & dicemus infra, in uerbo Tertiarii.

F E R I A.



IXTVS IV. concessit, quod quando quis solus dicit Matutinum in quadragesima, non teneatur dicere litanias duplices, prout in choro dicuntur, quando fit de feria, o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 132. Et ffo. 96. concessione 328.

2 IVLIVS II. statuit, ut quoties in Aduentu & Quadragesima occurruunt responsoria aliqua, vel laudes propriæ, fiat de feria: nisi tunc festum duplex, vel solenne occurreret.

Collector. Hoc non habetur in libris Privilegiorum Ordinis, sed fuit impressum in calendario ordinato in Capitulo generali, celebrato apud Rothomagum, tempore prefati papæ.

3 LEO X. concessit, quod Fratres Prædicatores, & Confessores Ordinis Mino. de Observantia, quando actu prædicant, & confessiones audiunt, ut puta in Aduentu & Quadragesima, possint officium feriale anticipare, & festa illis diebus referuare, quibus amplius laborare necesse est. Ita tamen, quod non fiat in fraudem Diuini Officii: sed ut liberius valeant studio vacare: & spirituali consolacioni fidicium populorum incumbere, o. ffo. 91. concessione 265.

4 Idem Leo declarauit, seu concessit, quod Fratres Mino. dicens officium extra chorum, propter occupationes occurrentes, non teneantur duplicare letanias: quæ ex ordinario in Quadragesima solent, post Matutinum, dici, o. ffo. 91. concessione 266. Et ffo. 96. concessione 328.

CA-

CAPUCCINI ANNOTATIO.

DE Indulgencia, quæ conceditur visitantibus confessis, et In. §. 1.
communicatis Ecclesiam aliquam Conuentualium, vel Indulg. pro
Capuccinorum, vel de Observantia Fratrum, in Festis Visitantibus
Sancti Francisci, Bonaventura; Ludouici, Antonij Ecclesias.
Bernardini, & S. Claræ, est const. 13. Sixti V. Et de
duplici off. Sancti Antonij rniuersaliter est Pij V. const. 19.

Idem mandauit obseruari Sixtus V. ut Festum eius sub duplici off. In. §. 2.
celebraretur, ac sic in Calendario describeretur, ut in const. 19. in pr. D. Anton.
parte eius Bulla & Indulg. plen. pro hoc Festo concessit visitantibus
Ecclesias Fratrum Conuentualium Capuc. & de Obser. ut in const. 13, ut
supradiximus.

Vide Conc. Trid. Seß. 5. de peccato originali, & Sixtus V. in const. In. §. 6.
C 42. omnibus visitantibus Ecclesias Monialium, tit. Concept. Beate Ma- De Cocept.
rie in Festivitate illius Indulgenciam Plenariam concepit, ut infra est Virginis.
dicetur in verbo Indulgencia.

Sed hac non obstante Sixti IV. ordinatione, Sixtus V. in anno 1587 In. §. 7.
statuit, & ordinauit, ut Festum Sancti Bonaventurae, pridie Idus, id est,
14. Iulij, sub duplici off. & Doctoris Ecclesiae nomine ab omnibus Chri- De S. Bon
sti fidelibus Religiosis, siue secularibus celebretur; eoq; die à primis Ve- uentura.
speris, usq; ad occasum Solis eiusdem diei, qui Ecclesias Fratrum Mi-
norum Sancti Francisci deuotè visitauerint decem annos, & totidem

quadragesas de iniunctis eis, seu quomodolibet debitib; pænitentiis eis co-
cedit: sed in Urbe Roma Confessis, & Eucharistiq; Sacramentū su-
mentibus, Festumq; hoc obseruantibus, Indulgenciam plenariā elar-
gutur, ut in Bulla, quinta, in 2. parte Bullarij eius, patet.

Tamen aduertendum est, quod in const. eiusdem 13. in pr. parte eius
Bullarij, in anno 1585. emanata, concedit Inaugentiam plenariam
omnibus visitantibus Ecclesias Conuentualium, Capuccinorum, et de Ob-
servantia Fratrum in Festivitate Sancti Francisci, Bonaventurae, Antonij, Lu-
douici, ac Bernardini; ut sup. est dictum.

Item Fratres debent obseruare, & celebrare illa alia Festa, quæ po-
pulus, et clerus obseruare solent, ultra alia Curia Romana: & licet, re Festa, qua
Sum. & Ang. tit. fer. n. 5. dicat, Episcopum, & Clerum non posse festa
aliqua obseruari iubere; tamen Conc. Trid. Seß. 25. tit. de Regul. c.
12. contrarium ordinauit, scilicet ut Regulares teneantur obseruare
Festa illa, quæ Episcopi in sua Diœcesi obseruari iussent.

FRANCISCVS PATER NOSTER SERAPHICVS.

Festiuicas.



REGORIVS IX. ascripsit beatum Franciscum catalogo Sanctorum, maxima cum solēnitate; ac præcepit omnibus Ecclesiæ arum Prælatis, ut quarto nonas Octobris celebrent, & celebrandam denuncient populis eiusdem Sancti Festiuitatem, b fo. 19. Et ffo. 22. conce. 2.

Idem Gregorius dedit multas Bullas, seu Breuia in fauore Stigmatum Beatisimi Patris nostri Francisci; quæ reperiuntur infra, in dictione Stigmata.

Stigmata.

EVGENIVS IV. concessit, quod in Festiuitatibus Sancti Francisci possint Fratres dicere propriam Præfationem, & Credo, o. ffo. 101. conce. 408.

Indulgentia.

SIXTVS IV. concessit indulgentias celebrantibus Festum Beati Francisci; ac voluit, quod sub ritu duplici celebretur ab omnibus. Et mandauit huiusmodi Festum sub præcepti vinculo obseruari; ut supra, in dictione Festiuitas, §. 8. latius positu ē.

Credo.
Collector.

Idem Sextus concessit, ut possit dici Credo, in Octaua Festiuitatis Sancti Francisci, o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 133.

Vide supra in dictione Credo, declarationem huius Cœfessionis.

Præfatio.

Idem Sextus concessit, quod in die Sancti Francisci, & Stigmatum eiusdem, possint Fratres Minores dicere propriam Præfationem in Missa, o. fo. 63. Et ffo. 97. conce. 110. Et ffo. 100. D concessione 186.

Præfatio.

Idem Sextus concessit, quod in omnibus Missis votiuis Sancti Francisci, dicatur propria Præfatio, o. ffo. 102. conc. 412.

Habit⁹ Ord.

Idem Sextus concessit aliqua in fauorem habitus trium Ordinum S. Francisci; prout habetur in dictione Habitus, §. 8. & 9. & 10. & 11. Et in dictione Indul. plen. quoad Fratres, §. 12.

Collector.

Multi alij Summi Pontifices concesserunt magnas remissiones peccatorum morientibus, & sepeliri se mandantibus in habitu Sancti Francisci; quæ etiam reperientur infra in dictione indulgentiæ, quoad Seculares, 6.

Indulg.

Quamplures etiam Summi Pontifices concesserūt multas, & uarias Indulgentias, & peccatorum remissiones visitantiibus Ecclesiæ Sancti Patris Francisci: ac etiam in illis sepeliri se mandantibus, aut in earū Claustris, & Cœmiterijs; necnō portigentibus manus adiutrices pro illarū edificatione, aut repARATIONE

A ratione, & similiter exhibentibus opera pietatis, & charitatis Fratribus Mino. filijsq; præfati Sanctissimi Patris. Quæ omnia distinctè reperiètur infra, in dictione Indulgétiæ, quoad seculares, 1. & 2. & 3. & 4.

Insuper nonnulla pertinentia ad Stigmata prædicti Seraphi Stigmata^{ci} Patris, ponuntur infra in dictione Stigmata.

B

GENERALIS ORDINIS.

CLEMENS IV. statuit, quod Generalis Minister statim, postquam electus (secundum Regulam, & Constitutiones Ordinis) fuerit, eo ipso uerius eiusdem Ordinis Generalis Minister effectus, curam animarum Fratrum ipsius Ordinis plenam habeat, & liberè gerat: ac, quod Fratres prædictos, auctoritate propria, ligare, ac soluere: necnon in eodem Ordine agere valeat, quæ ipse Minister, & Diffinitores Capituli generalis, iuxta constitutiones prædictas, Ordini, & Fratribus, secundum Deum, viderint expedire. Ipsiq; Fratres huiusmodi Generali Ministro, deuotè, ac humiliter obedient. Et similiiter voluit, quod Generalis Minister à Prouincialibus Ministris, & Custodibus, secundum Regulam, & Constitutiones ipsius Ordinis, absolui, & amoueri possit, B. fo. 56. & ffo. 139. conce. 307.

¹ Electio.

Idem Clemens fecit aliam Concessionem, circa electionem Generalis Ministri; quæ posita est supra, in dictione Electio, s. 3. Vide etiam ibidem alias duas Nicolai IIII. s. sexto, & septimo.

² Electio.

ECCLESIA obseruantia consonum, iuxta declaraciones, & Statuta Sedis Apostolicæ, & Ordinis, reducere; tollendo quascunque superfluitates, siue sint in rebus mobilibus, quantum fieri poterit, bono modo; habito semper consilio maiorum, & Discretorum sibi obedientiū. Ac eligendo (si opus fuerit) aliquas personas, quæ ipsas superfluitates, auctoritate dicti Concilij, vident, commutent, aut alias in operibus Conuentuum conuentant, B. fo. 26. Et ffo. 110. conce. 236.

³ Reformatio
Vendeic.

4 VIRBANVS V. concessit Generali Ministro , posse dare de **A**
Indu. entie toto Ordine suffragia indulgentiarum , & orationum, ac bene-
ficiorum spiritualium, quibuscumq; personis deuotis, & bne-
factoribus Ordinis nostri, b. ffo. 261. conce. 671.

5 BONIFACIVS IX. concessit Magistro Generali Ordinis
Ex Priuileg. Prædicatorum pro tempore existenti, quod in quolibet Capit-
Predic Magi- tulo generali dicti Ordinis pro tempore celebrando, vni ex
ster. Fratribus dicti Ordinis in theologica facultate puecto huius-
modi , per Generalem , & Diffinitores dicti Capituli , vel ali- **B**
quos Magistros ad hoc assūmendos diligent , examinatione
sufficiens, & idoneus inuenitus fuerit , Magisterij honorem , &
docendi licentiam , seruatis conditionibus Viennensis Con-
ciliij , & alijs solennitatibus in talibus consuetis , auctorita-
te Apostolica elargiri possit . Sibiq; vt infra dictum Ordinem
& extra, omnibus gratijs, Priuilegijs, libertatibus, & indulgē-
tijs, tam à Sede Apostolica, quam ab Ordine prædictis Fratri-
bus eiusdem Ordinis in eadem theologia Paris. Magistratibus **C**
concessis , perinde uti , & gaudere valeat , ac si in Pari-
sieni studio huiusmodi Magisterium recepisset , b. ffo. 117.
concessione 426.

6 EVGENIUS IIII. concessit , vt Generalis pos-
sit tollere superflua à Conuentibus sibi subiectis , ac in
alijs Conuentibus reponere , aut commutare, o. ffo. 261. con-
cessione 676.

7 Idem Eugenius districte præcipiendo mādauit Provincia- **D**
Appellatio. libus , & alijs Fratribus Ordinis Mino. Regularis Obseruan-
Statuta. tiaz, quatenus Generalibus dicti Ordinis pro tépore existētib⁹
(appellatione & contradictione qualibet remota) in omnib⁹, &
singulis licitis, & honestis, Regulā, & Statutū, ac Ordinem ip-
forum Obser. necnon officium eorundem Generalium quomo-
dolibet concernentib; quæ dicti Generales pro tempore du-
xerint ordinanda, seu illis iniunxerint , aut mandauerint,
humiliter pareant , & intendant , ac illa efficaciter studeant **E**
adimplere, b. fo. 47.

8 NICOLAVS V. cōcessit Generali Ministro prædicto, quod
Exempti. Fia omnes singulosq; Fratres sui Ordinis, quantuncunque exem-
ptos, virtute literarū Apostolicarū, præter Regulæ, & Statutorū
Correctio. eiudem Ordinis formā, possit visitare, corrigere, & punire.
Non obstatibus quibuscumq; in contrariū facientibus; prout la-
tius positū est supra, in dictione Correctio Fratrum. §. 12.

A PIVS II. concessit, quod Generalis Ordinis Minorum possit dare auctoritatem celebrandi per vnam horam ante A-
roram, quibus sibi videbitur, Apostolica auctoritate, o. ffo.
97. concessione 346.

SIXTUS IV. concessit facultatem Generali Fratrum Mi-
norum, ut quandocunq; viderit Fratres suos, vel aliquem ip-
sorum abuti gratijs, & facultatibus Apostolicis ab eodem co-
cessis, possit gratias, & facultates huiusmodi suspendere, ac
10 De suspen-
sione Piuil.
particulariū.

B suspensas tenere, donec consulat Summum Pontificem, & ab
ipso responsum accipiat, b.fo. 56. Et ffo. 52. conce. 58.

Vide circa hoc illam concessionem Leonis infra, §. vltimo. Collector.

Idem Sextus concessit, quod Generalis Fratrum Carmeli-
tarum administret, & exerceat ea, quae ad suum officium Ge-
neralatus pertinent, reiecta quavis professorum sui Ordinis,
& aliorum, sibi ratione dicti officij subditorum appellatione;
que ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, & man-

Ex Privileg.
Carmelitarū
Appellatio.

C datis, ac decretis, Regulari disciplina, quomodolibet inter-
poni contigerit, B.fo. 99. Et ffo. 182. conce. 446.

Idem Sextus fecit consimilem Concessionem, sicut imme-
diatè suprapositam, Generali Fratrum Augustinensium in suo
Mari magno, B.fo. 251. conce. 636.

Appellatio.

D INNOCENTIUS VIII. concessit, quod Minister Ge-
neralis possit benedicere Corporalia; & similiter Prouincia-
les Ministri, o. ffo. 98. conce. 354.

Benedicere.

E Idem Innocentius concessit, quod Generales, & Prouincia-
les Ministri possint dispensare cum Fratribus suis, ut ad Sacerdo-
tium promoueantur in vigesimo secundo anno completo, hoc
est cum attingentibus vigesimum tertium annum, o. ffo. 99.
concessione 356.

Dispensatio.

Circa hanc Concessionem, vide supra in dictione Dispensatio, §. 15. & ibi notata.

Collector.

F ALEXANDER VI. concessit, quod Generalis possit
dispensare cum Bizochis viuentibus in communitate, seu in
Congregatione, quando fecerunt Votum Religionis Sanctæ
Claræ, quod remaneant ibi, si commodè non possunt ingredi
Monasteria S. Claræ, o. ffo. 99. conce. 360.

Dispensatio.

Quoad prefatam Concessionem, vide supra, in dictione Di-
spensatio, §. 20.

Collector.

G IULIUS II. concessit Generali Fratrum Augustinensiū,
& Fratribus sui Ordinis, Motu proprio, ac ex certa scientia,
16 Pro Augu-
stensibus.

- Priuilegia.** & de plenitudine sua potestatis, ut quęcumq; Instrumēta, Exēplaria, seu Transumpta Iuorum Priuilegiorum ostendantur firmata, seu signata sigillo Generalis prædicti, eandem omnino vim habeant, ac illis eadem fides adhibeatur, ac si plumbi signum, vel sigillum haberent, b.ffo. 267. concessione 6. 8.
- 17** LEO X. confirmauit, ac de nouo concessit, immediatè præcedentem Concessionem Iulij II. b. ffo. 123. conce. 559.
- 18** Idem Leo concessit, quod Generalis Minister possit etiam, extra Capitulum declarare, quę res debeant dici viles, aut pauci valoris, ad hoc, vt intra, & extra Ordinem possint à Fratribus dari; prout latius positum est supra in dictione Dare, §.
- 19** **Declarare.** 2. Et habetur, O. ffo. 59. concessione 175.
- Declarare.** Idem Leo in Bulla Vnionis statuit, quod ex tunc in perpetuum eligatur Minister Generalis totius Ordinis Mino. à Ministerjs, & Custodibus Reformatis; seu Obseruantibus eiusdem Ordinis. Qui similiter sit Reformatus, & pro Reformato habitus à communitate Fratrum Reformatorum. Et quod huiusmodi Generalis habeat plenariam auctoritatem super omnes Fratres Mino. prout ex Regula ei competit. Ac quod Ministeriatus officium duret tantum per sexennium: nisi antea vniuersitati Ministrorum Provincialium, & Custodum visum fuerit debere deponi. Et quod dicto sexennio elaplo, sit absolutus ab officio. Decernens irritum, & inane quicquid in contrarium factum fuerit, sicut magis latè habetur supra, in dictione Elec̄tio, §. 10. & 11. B. ffo. 29. concessione 93. & 94. D
- 20** **Elec̄tio.** Idem Leo statuit, quod Minister Generalis eligatur semel, seu uno sexennio ex Fratribus cismontanis; & alio sexennio ex ultramontanis, &c. prout habetur ubi supra, in dictione Elec̄tio, §. 11. B. ffo. 29. conce. 93. & 94.
- 21** **De Generali facto Cardi- nali.** Idem Leo ordinauit, quod primus Minister Generalis ex Obseruantibus electus Romæ tempore eiusdem Leonis, non obstante illius assumptione ad Cardinalatum, haberet officium Generalatus, vsq; ad primum sequens Capitulum generale in Festo Pentecostes, anno sequenti celebrandum, B. ffo. 34 conce. 117.
- 22** **Elec̄tio.** Idem Leo annullauit electionem Generalis Ministri Fratru Mino. Conuentualium, factam sub nomine Ministri Generalis, B. ffo. 33. conce. 116.
- 23** **De Visitatio- ne Monialium.** Idem Leo concessit, quod Generalis Minister possit visitare, & corriger Moniales, seu Sorores quascunq; que per Provincias

Auinciales, vel Visitatores solite sunt visitari; præcipiens Monialibus, & Sororibus huiusmodi in virtute Sancte obedientiae, ac sub excommunicationis latæ sententiæ poena, quatenus præfato Generali pro tempore existenti, humiliter obediant, & ipsum ad Visitationis officium admittant; seq; & earu Domos, ac Monasteria, & loca, visitari in capite, & in membris, & corrigi, ac puniri liberè permittant, B. ffo. 34. conce. 118.

Excommuni-
catio Vi-
sitationis.

BItem Leo concessit Generali Fratrum Mino. ut in suo Capitulo Generali, de consensu eiusdem Capituli, vel maioris partis, declarare possit, & valeat, vtrum ab vsu alicuius Concessionis viuæ vocis Oraculo factæ abstineri debeat. Post quam quidem Declarationem, tam Fratres, quam Moniales suæ obedientiae, ac si Concessio huiusmodi per Sanctitatem suam suspensa, vel reuocata fuisset, Concessione eadem in posterum non vtantur, o. ffo. 94. concessione 296.

24
Oracula
Capitulum
generale.

C

CAPVCCINI ANNOTATIO.

D



Vomodo superfluitates, curiositates, et prætiositates circa omnes res, quæ ad vestitum, & vestitum, habitacionem, & ad Diuinum cultum sint prohibite, videatur Declaratio Nic. III. in C. Exi. §. 7nsuper. Et cuius indicio, superflua ista iudicare, sit standum, videoas Cord. in Exposit. 6. cap. Regul.

In §. 3.

Item conceditur à Iulio 11. Generali & Provincialibus, ut in visita possint Fratribus & Sororibus Indulgentiam Plenariam Concedere, & Idem concessit Leo. X. ut infra in verbo Indulg. Plen. quoad Fratres, §. 17.

In §. 4.

Item Generalis in Capitulo generali potest taxare, ac moderare numerum Missarum, prout gratius Deo, & Ecclesijs utilius fuerit visum;

E & etiam Episcopus in diœcesana synodo potest, ut in Con. Trid. sess.

25. de Refor. cap. 4. & uide infra in verbo Missa, hoc enim debere Passarello f. intelligi de onere Missarum ante Conc. Trid. imposito, Respondit Passarello, in anno 1573. Sacra Card. Congreg. Ac alibi declarauit, hanc taxationem esse intelligendam de Missis tantum, & non de alijs suffragijs, Nec de Missis in fundatione impositis, sed de relictis alio modo a testatoribus.

232.
Sacrae con-
greg. Card.
responsum .

GLORIA IN EXCELSIS DEO.

Hodie tam
men debet
celebrari se-
cundū Rubri-
cas Miss-
alis noui.



ALEXANDER IV. concessit, Fratribus uniuersis Ordinis Mino, quod in Missis votiuis, tā solennibus, quam priuatis, quas de Spiritu Sancto, aut de Beata Virgine Maria dixerint, possint dicere hymnum Angelicum s. Gloria in excelsis Deo. Ac quod similiter possint dicere Proses, seu sequentias, b.fo. 23. Et ffo 25. conce. 14.

2 SIXTVS IV. concessit Fratribus Mino. de Obseruantia, vt possint dicere in omnibus Missis votiuis Gloria in excelsis Deo, o.fo. 69. conce. 143. Et ffo. 100. conce. 389.

Collector.

Licet supra dicatur in omnibus: non per hoc est intelligendum posse in illis Missis, quae in suis proprijs diebus carent illa; ut in Missis Dominicarum Aduentus, & Septuagesimæ, & consimilium.

3 LEO X. ad instantiam cuiusdam boni Patris, qui ignorabat suprascriptas Concessiones generales, concessit, Fratres predictos posse dicere Gloria in excelsis Deo in Missis votiuis, quando vocantur ad loca, vbi requiescant corpora Sanctorum, ad celebrandum: vel vbi habetur de illis celebris memoria; sicut Ianua, de Sancto Ioanne Baptista: & in Provincia S. Ludouici, & sanctæ Mariæ Magdalena, o.fo. 92. concessione 266.

Collector.

Aduertat qui hec legerit, quod hec ultima Concessio stricta non derogat in aliquo precedentibus magis amplis: quia Pontifex concessit conformiter ad relationem petentis, qui, ut alias dictum est, ignorabat Concessiones latiores ante eas. Aliter enim non est credibile, quod sic petisset.

GVARDIANVS.

I
Absolutio.



LEMENS IV. concessit, siue statuit, vt Guardiani, qui secundum Statuta Ordinis Fratrum Minor. aliter quam per electionem instituuntur, post ipsam institutionem, seu prouisionem de ipsis factam, curam animarum Fratrum sibi subditorum habeant; ipsosque ligare, ac soluere possint, iuxta

A iuxta ipsius Ordinis Instituta, B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 309.

SIXTVS IV. fecit consimilem concessionem Priorib^o Conuentualibus Fratrum Ordinis Carmelitarum, vt habetur in suo Mari Magno, B. ffo. 182. conce. 446. 3
Habitus Fratrum.

Idem Sixtus statuit: quod habitus Fratrum Mino. non possit dari his, qui cum eo se elegerint sepeliri, nisi per Guardianos dicti Ordinis, vel eorum Superiores, B. ffo. 149. conc. 364. Collector.

Ista concessio habetur latius infra in dictione Habitus Fratrum. §. 11.

IVLIVS II. concessit, quod omnia Priuilegia, & Indulta Apostolica, concessa Ordini Fratrum Prædicatorum, quæ spestant ad Piores Conuentuales dicti Ordinis, pertineant etiam ad Guardianos Conuentuum Ordinis Mino. B. ffo. 73. concessione 222. 4
Priuilegia.

Quoad præfatam Concessionem est notandum, quod auctoritas Priorum Conuentuum Ordinis Prædicatorum est valde magna, vt patet in Mari Magno predicti Ordinis, & alijs eorum Priuilegijs, quia semper parificantur Piores Conuentuum Prioribus Prouincialibus, quoad fr̄os subditos; quod nunquā, aut raro reperitur in Priuilegijs Fratrum Mino. in Guardianis, & Prouincialibus. Attamen virtute suprascriptæ Concessionis, poterunt Guardiani vti omnibus concessis Prioribus Fratrum Prædicatorum: saltem in quantum non fuerit eis restrictum per Superiores. Et circa huiusmodi auctoritatem, vide supra, in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, post .§. 7. Et in eadem dictione propè finem, vbi dicitur Tertiū dubium est. Vide etiam supra in dictione Apostatę, post .§. 8. & 9. & 11. Et in dictione Nouitius, §. 21.

LEO X. concessit, quod omnes Fratres, quisunt nimis scrupulosi, possint in omnibus dubijs, conscientiam suā tangentibus, secūra conscientia stare determinationi sui Guardiani, vel cuiuscunq; alterius Prælati, o. ffo. 93. conce. 287. 5
Declarare.
Scrupula.
Collector.

E Circa suprascriptam Concessionem est aduertendum, quod in ipsa non conceditur aliqua auctoritas noua Prælatis, vt valent determinare ad libitum suum: sed solum prouidetur serenitati conscientiarum subditorum.

- De duratione autem officij Guardiani, vide infra, in dictione Officia Ordinis, §. 2.

A
ANNOTATIO CORDVBÆ.

*Guardiani
sunt vele Pre-
lati.*



VOAD. §. i notandum, quod Guardiani quomodocunque electi secundum Statuta nostri Ordinis, sunt uerè Praelati, & habent curam animarum, ut declarauit Clem. IV. et Six. IV. ff. 139. Et in Comp. tit. Absolutio, quoad Fratres, in multis §. habetur quod ibi à Pontificibus uocantur Praelati. Et Iulius II. in Privileg. Exponi nobis. ff. 226. et fol. 16. B uocat eos Praelatos, et alibi sepius. Et in Compendio tit. Accedere ad Monasteria, §. 13. et quod super eodem annotatum est, ut etiam habetur in c. 2. fi. de pœnit. et remiss. secundum Panor. ibidem, &c. Et concordat Siluest. tit. Praelatus, §. 2. et sum. Ang. tit. delegatus. §. 3. ubi etiam habetur, quod habent dignitatem Ecclesiasticam; insuper habetur idem in Statutis generalibus Ordinis nostri. Et tandem in Cap. generali Florenciaco, anno Dom. 1493. celebrator, sic habetur. Declaratur, quod nomine Praelati intelligitur Generalis, Provincialis, & Custos, & Guardianus. Ita quod quandoquaque in Regula, & Declarationibus Summorum Pontificum, Statutis, & Ordinationibus aliquid continetur faciendum, uel prohibendum per Praelatum, seu Praelatos, aut de eorum licentia, seu concessione, intelligitur de aliquo predicatorum, qui sunt uerè Praelati ordinarij, si non exprimitur alter eorum per quæ sit tale quid faciendum, prohibendum, uel corrigendum, hæc ibi.

Item, an præfati Guardiani ex officio suo sint illi Praelati, qui secundum c. fin. de pœnit. et remissio. possunt sibi eligere Confessorem ubi- D cunque, & an per Superiora possit hoc Privilegium ab ipsis tolli, latius dictum est in his annotationibus super. tit. Accedere ad Mo- nasteria, super tit. Absolutio ordina. quoad Fratres, §. 7. ibi uideat- tur latius de his.

C
GRADVS SCOLASTICI.

I
Prohibitio.



*De ascensu
ad gradum
magisterij.*

ARTINVS V. præcepit in virtute sanctæ obe- E dientię vniuerſis Cancellarijs, Rectoribus, Decanis, Magistris, & Doctoribus studiorū, ac vniuerſitatibus eorundem, vbi cunque consistentiū, ne Fratribus Mino. seu alicui eorum gradum, & honorem, ac insignia magisterij conferre prælumant, niſi curſum per conſtitutiones Apostolicas, & Ordinis præfati instituta perfecerint, & alias ad dictum gra- dum

A dum obtinendum idonei existant. Et decreuit ac statuit, quod quilibet ex Magistris, aut Doctoribus, qui aliis (quam ut praedictum est) gradum, & insignia alicui Fratrum praedictorum impendere presumperit, gradu, & honore Magisterij careat, atq; à Lecturis, & alijs actibus, & gratijs Magistralibus: ipso facto sit perpetuò priuatus, & ad eadem de cætero inhabilis existat. voluit insuper, quod eisdem pœnis subiectus sit, quicunq; qui præter rigorem huiusmodi, gradum & insignia praedita

B fulscipere presumperit, b. ffo. 35. conce. 40.

Idem Martinus ordinavit, quod si aliqui ex Fratribus predictis Bachalariatu pro huiusmodi gradu magisterij assequendo, Contra onstitutiones Apostolicas & instituta praedicta fuerint adepti, & illius praetextu, libros sententiarum publicè & actualiter legant, à lectura huiusmodi (sub pœnis supradictis) penitus, & omnino cescent: alijs ab eorū Superioribus, per censuram Ecclesiasticam arceantur, b. ffo. 35. conce. 40.

De gradu Bachalariatus.

C Idem Martinus statuit, & decreuit, quod quicunq; Fratres Ordinis Mi. promoti tuerint ad magisterij gradum in theologia extra vniuersitates (ab ipso Ordine p generalia Capitula) ad hoc specialiter electas, & absque eo, quod ante perfecerint debitum cursus suos, ac sententias legerint in vniuersitatibus approbatis, & actus legitimos, & cetera exercitia scolaistica fecerint, prout legere, & facere tenentur de consuetudine, vel de iure in huiusmodi rite magistrandi scientia, minimè de cæ-

3
Degrado
Magisterii.

D tero gaudere possint beneficijs, officijs, honoribus, gratijs, priuilegijs, exemptionibus & indulgentijs, tam in dicto ordine, quam extra, magisterio in theologia (Apostolica vel alia quavis auctoritate) concessis, & quibus Magistri huiusmodi vti, & gaudere consueverunt. Et insuper statuit, quod praediti promoti non seruatis modis debitiss, non habeantur, nec reputentur pro Magistris in theologia, nec se pro talibus gerere, & nominare presumant. Ac etiam mandauit Generali,

E & Prouincialibus Ministris, Custodibus, & Guardianis, & eorum vices gerentibus, ac generalibus, & prouincialibus Capitaliis, & officialibus quibuscumque praedicti Ordinis, sub pena excommunicationis, quatenus has literas (quantum vnumquaque concernunt) obseruent & faciant inuiolabiliter obseruari, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus, b. ffo. 39. conce. 43.

Excōicationis.

EUGENIUS IV. praedictas literas Martini V. quoad promotoe

motos post ipsarum literarum datam, uoluit inuiolabiliter A obseruari, & eas auctoritate Apostolica confirmauit, inferendo illas de verbo ab verbum in suis literis, b. ffo. 39. conce. 43.

⁵
Magistri.
BONIFACIVS IX. concessit Magistro Generali Ordinis Prædicatorum, vt in Capitulo suo Generali possit promouere vnum Fratrem sui Ordinis ad gradum Magisterij, prout posita est supra in dictione Generalis, s. 5.

⁶
Pro Fratrib^o Prædicato.
Particularis pro Hispania
INNOCENTIVS VIII. statuit, quod nullus Frater Ordinis Prædicatorum Reformatorum, seu de Obseruantia Prouincie, aut congregationis Hispaniæ, magisterij, vel aliū quēquā gradum in sacra Theologia (nisi ad illum pro Capitulum dictē Congregationis expositus fuerit) assumere quoquo modo præsumat. Et quod si qui aliter promoti fuerint, pro non promotis habeantur; & ad huiusmodi gradus inhabiles sint, & esse censeantur, b. ffo. 75. conce. 194.

⁷
Pro Fratribus Predicatoibus Particularibus pro Hispania
Idem Innocentius cōcēsit Fratribus Ordinis Prædicatorū, ut, quia propter magnas expensas, quē in suscipiendis gradibus in vniuersitate Salmantina fiunt, Fratres prædictæ Congregationis gradus huiusmodi ibidem suscipere commodè non possunt, quod Regens, & in eius absentia Prior domus Sancti Stefani Salmantinæ dictæ Congregationis, possint cōferre quoscunq; gradus Fratribus eiusdem Congregationis, per eandem Congregationem expositis & admissis per Capitulum, vel Magistrum generalem dicti Ordinis, dummodo sic graduandi peregerint cursus suos, b. ffo. 75. conce. 194. D

HABITVS FRATRVM, ET MONIALIVM.

¹
Ex iure cōmuni.



NNOCENTIUS III. firmiter inhibuit, ne quis Monachorum, seu Religiorū lineis camis ijs utatur. Habetur in capitulo cū ad Monasterium, extra de statu Monachorum.

²
Apostatē.

GREGORIVS IX. prohibuit, ne sub habitu E Fratrum Mino. liceat alicui extra obedientiam euagari. Et quod si qui forte præsumperint, liceat Generali, & Prouinciabus Ministris, & Custodibus, in Fratres ipsos, donec resipuerint, censuram Ecclesiasticam exercere, B. ffo. 201. conce. 94.

³
De habitu S. Claræ.

Idem Gregorius præcepit Ecclesiarum Prælatis, quatenus mulieres deferentes habitum sanctæ Clariæ, & cum illo per ciuitates disurrentes (cū requisiti super hoc fuerint) monitione

Habitus Frat. & Monialium. 381

A tione premissa, compellant per censuras Ecclesiasticas ad di-
mittendum huiusmodi habitum, b. fo. 21. Et fo. 23. conce. 7.

INNOCENTIUS IV. prohibuit, ut nullas, qui non sit
de Religione Fratrum Minorum, habitum dictorum Fratrum,
aut ita consimilem, quod propter eum Frater Minor credi pos-
sit, deferre presumat, absq; mandato speciali Sedis Apostoli-
ce. Et mandauit Ecclesiarum Prælatis, quatenus singuli eo-
rum in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus illos, qui præfatum ha-
Bbitum, vel ei consimilem deferre præsumperint, ad deponen-
dum ipsum, cum à Fratribus prædictis fuerint requisiti (mo-
nitione præmissa) compellant, B. fo. 19. Et fo. 103. con-
cessione 216.

CLEMENS IV. inhibuit, ut nullus, siue Religiosus, si-
ue Secularis habitum Fratrum Minorum, aut ita consimilem,
quod propter eum Frater Minor credi possit, deferre valeat,
absq; mandato speciali Sedis Apostolicæ. Et, ut dicta inhibi-
tio maiorem consequatur effectum, statuit, ut ij, qui habitum
prædictum, vel ei consimilem deferre præsumperint, ad depo-
nendum ipsum per diœcesanos locorum, cum requisiti fuerint
(monitione præmissa) per censuram Ecclesiasticam (appella-
tione postposita) compellantur, B. fo. 58. Et fo. 141. conce-
ssione 333.

DIdem Clemens, & multi alij Summi Pontifices successores
eius concederunt plures Indulgencias morientibus, & sepul-
chris cum habitu Fratrum Minorum, ac etiam osculantibus ha-
bitum Ordinis; prout habetur infra, in dictione indulgentia,
quoad Seculares, ratione habitus 6. Ac similiter aliæ Indulgé-
tiae pertinentes solùm ad Fratres, ratione huiusmodi habitus,
habentur in dictione Indulgétiæ plenariae, quoad Fratres, §. 3.

BONIFACIUS VIII. vt periculosa Religiosis vagan-
di materia subtrahatur, distinctius inhibuit, ne de cætero ali-
quis, quamcumq; Religionem tacite, vel expresse professus,
E in scholis, vel alibi temerè habitum Religionis suæ dimittat.
Nec accedat ad quævis Studia literarum, nisi à suo Prælato,
cum consilio sui Conuentus, vel majoris partis eiusdem, sibi
eundi ad studium licentia primitus sit concessa. Si quis au-
tem horum temerarius violator extiterit, excommunicatio-
nis sententiam voluit incurrire, ipso facto. Doctores quoq;
sive Magistri, qui Religiosos, habitu suo dimisso, leges, vel
physicā audientes, scienter docere, aut in scholis suis præsum-
pferint

4 Prohibitio.

5 Prohibitio.

6 Indulgencie

7 Ex iure cōi.

studium.

Excoicatio.

pserint retinere, simili, eo ipso, sint tententiae innodati. Habētur in cap. Ut periculosa. Ne Clerici, vel Monachi, lib. 6.

8 *SIXTVS IV.* auctoritate Apostolica perpetuò indulxit **Sepultura.** omnibus, & singulis vtriusq; sexus personis, in habitu Fratrū Minorum sepeliri volentibus, quod id eis liceat (sine tamen aliquo alterius præjudicio) districtius inhibens Curatis, & Rectoribus Ecclesiarum, sub excommunicationis poena; quā (canonica monitione præmissa) contrafacientes incurvant: & à qua per alium, quam Romanum Pontificem, & in mortis **B** articulo dumtaxat, absolvi non possint: ne taliter sepeliri voluntibus, quo quis modo impedimentum afferant, sed permittant illos patenter ad Ecclesiæ, & locum sepulturæ, in habitu huiusmodi deferri. Iure parochialinn Ecclesiarum, & cuiuslibet alterius, in omnibus semper saluo, b. ffo. 88. conce. 251.

9 *Sepultura.* Idem Sixtus decreuit, vt illi, qui ordinauerint, quod eorum corpora cum habitu Fratrum Minorum sepeliantur; ne ex illorum corporum delatione, ad alia loca, Ordini, & Fratribus **C** prædictis iniuria irrogentur, tales apud Fratres huiusmodi esse sepeliendos, etiam si alibi suam elegissent sepulturam: nisi fiat de licentia, & assensu Fratrum Domus loci, in quo tales decesserint, B. fo. 60. Et ffo. 144. concessione 350.

Collector. Circa hoc vide infra §. ultimo Decretum Leonis in Concilio Lateranensi; quod in foro exteriori saltē debet obseruari.

10 *Pro Carmelite.* Idem Sixtus fecit consimilem Concessionem Fratribus Carmelitis per eadem verba, addendo, quod contradictores sint **D** excommunicati, B. ffo. 182. concessione 447.

11 *Pro Prædicatoribus, & Mino. insimul.* Idem Sixtus in Bulla aurea statuit, quod habitus Fratrum Minorum, vel Prædicatorum, non possit dari his, qui cum eo elegerint sepeliri, nisi per Guardianum Domus Ordinis Minorum, aut per Priorem Domus Ordinis Prædicatorum loci, in quo tales decedere contigerit; vel per Superiorum Prælatum dictorum Ordinum; aut cui illi duxerint committendum: & non per alium quavis auctoritate, vel prælatione fungentem, exhiberi debere. Et voluit, quod prædictum habitum recipientibus declarare teneantur prædicti Prælati, quod apud eorum Ordinum Ecclesiæ debent sepeliri, quorum habitum suscipiunt. Ac etiam statuit, quod illorum sic indutorum cädauera dilcoporta, nullo pallio, vel tegumento superimposito, cum habitu huiusmodi, ad sepulturam deferri possint. Nō obstante Ordinariorum locorum (etiam sub censuris) prohibitione

Sepultura.

A bitione, & ordinatione qualibet in contrarium edita, B.fo.65.
Et fto.149. concessione 364.

ALEXANDER VI. concessit, vt Generalis Fratrum Minorum per se metipsum, & Prouinciales, cum consensu majoris partis Capituli prouincialis, possint Fratres predicti Ordinis, quos incorregibiles repererint, (tanquam membra putrida) habitu sui Ordinis expoliare, & a se eijcere. Ac etiam possint contra quoscunq; eis forsan auxilium, consilium, vel fauorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, aut quisquis quæsito colore, supradicti habitus delatione praestantes, etiam cuiuscunq; dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existant, per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedias (appellatione postposita) procedere, b.fo.56. concessione 65.

Circa præfatam Concessionem, oportet notare illa, quæ Collectio supra, in dictione Eijcere, post §.4. posita sunt.

LEO X. in Concilio Lateranen. statuit, quod volentes se-
Cpeliri in habitu Fratrum, si non sunt personæ in Claustro, seu Sepultura, in eorum domibus degentes, sed in proprijs domibus habitan tes, in eorum vltima voluntate sepulturam sibi alibi libere eligere possint, B.ffo.26. concessione 77. Vide etiam infra, in verbo Sepelire, & Sepultura, §.14. eiulde Leon. dispositione quodam possint intrare Fratres Parochias cū cruce ad leuanda corpora, &c. & habetur in Bulla Const. 17. ipsius Leonis.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

D  Vnde hanc materiam notandum etiam, quod seculares ludibriosè, seu ignominiosè habitum Religionis approbatæ portantes in ludis, uel lascivijs, peccat mortaliter, & in super incurruunt alias penas ciuiles criminales, & possent grauiter puniri, etiam per Iudices seculares, secundum iura; ut de hoc habetur latius in summis, præcepit Silvestrina, tit. habitus §. 5. &c.

Contra portantes habitu ludibriosè.

E CAPVCCINI ANNOTATIO.



IRC A formam habitus Congreg. Ioannis de Dio, approbatæ à Pio V. in anno 1571. est sciendum, quod à Sac. Card. Congreg. anno 1588. fuit interpositum Decretum, ut non deberent portare Capuccium acutum, sed rotundum. Ac à Sixto V. eodem anno fuit concessa inuocatio brachij Secularis, cōtra eos: Greg.

XIV. in hoc anno 1591. renouando Const. Pauli 3. ubi idem quod §.

num.

num. 3. & 4. præcipiebat, & Const. Pij. IV. ubi nec habitum consimilem Capuccinis omnino alio portari iubetur, & Const. 13. in qua ne Terziarii Cöuentualium nuncupati, habitu, nisi berrettini coloris, ut à Capuccinis disungerentur, deferent, inhibetur: fecit constit. in qua sub pœnis taxatis à supradictis Pontificibus inhibetur, ut Reformati Cöuentualium non tantum Cappucium rotundum, & cilorem berettinum, uel subcineritium, ut prouisum est, sed etiam mantellum longum ad Conuentualium longitudinem, deferre; & mozettam latam, & longam, non sub mantello, sed super gestare teneantur, ut à Capuccinis realiter, & uerè distingueretur. Et insuper prohibuit sub eadem excommunicationis sententia, ne ipsi Reformati præsumant recipere Cappucium aliquem, incurrenda, tam à Capuccinis receptis, quam ab ipsis recipientibus: & hoc etiam determinat de Eremitis, circa habitum, ut latius in ipsa met Bulla est uidere.

De excommunicatione habitum dimittentib^o.

Circa tamen dimissionem habitus à quocunque Religioni facta, est sciendū, quod in Cap. ut periculosa, in sexto, ne cleric. uel monac. ex cōmunicantur omnes Religioni temerē habitum sue Religionis dimittentes, et tunc dicentur temerē illum dimittere, cum quis dimittit habitum ad finem uagandi, quia dicitur in tex. ut periculosa Religiosis uagandi materia subtrahatur. Item temerē sit, cum sit ex turbi causa cum scandalo, secundū Palud. in 4. d. 18. 9. 3. ar. 3. puta cum quis dimittit habitum eundo de nocte ad lupanar, & simile.

Dimittentes habitum sue Religionis, & aliometas alterius Religionis, non incidunt in censurā.

Secūs autem esset, quando habitum quis dimitteret non temerē, sed iusta & rationabili aliqua causa, ut notant Doctores: quo casu non esset peccatum. De dimittentibus autem habitu sue Religionis, & assumentibus habitum alterius Religionis, sunt opiniones, an ipsi incident in censuram; Siluest. tenet (quem sequitur Caiet. in summa, et Nauar. in man. c. 27. n. 13. 1.) quod sic: quia propterea in textu ponitur illud non men, sue Religionis: aliquando frustra poneretur: sed Gem. tenet oppositionem, & ita Consultit Ipus, & ad uerbum, sue Religionis respondet, quod non obstat, quia una est Religion generaliter sumpta, quoad tria Vota; quāuis Sylu. dicat, quod, secundū istum intellectum, satis fuisse dicere, Religionis, absolutē, sine illo nomine sue. sed pro concordatia potest dici illud, quod à simili de Apostasia dicit Caiet. 2. 2. q. 12. art. 1. quod si quis dimittens habitum sue Religionis cum effectu, & transit ad aliam Religionem, approbatam, non incidit. & sic posset substineri opinio Gem. dummodo cum effectu, statim, sine temporis intermissione sub induendo habitum alterius Religionis intret illam Religionem; rationabiliter tamen secundū Caiet. In summa, quia si quis habitu suū dimittendo non statim intrat sed circueundo ambulat, ut sic exutus, citius in alia

R. cli-

A Religione recipiatur: incidit secundum Rosellam, in uerbo excommunicatio 16. Sed si cum effectu non transit, sed solum portat habitum alterius Religionis extra Claustra, incidit: & sic posset sustineri opinio silvestri.

De portantibus autem habitum absconditum, est aduertendū, quod ex uigore Concilii Tridentini Regulari potest dari licentia occulte ferendi habitum suae Religionis.

Portare habitum absconditum, sest. vlt. de Regu. Cap.

19.

B HÆREDITAS, ET HÆREDES.

C  LEMENS IV. concessit, quod Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum possint liberè succedere in bonis temporalibus, in quibus succederent in seculo existentes; ac bonorum ipsorum possessionem apprehendere, & vendere libere bona ipsa, eorumq; pretium in utilitate suam conuertere; prout Prælati dictorum Ordinum melius visum fuerit expedire, B.fo.64. Et ffo.147. concessione 357.

I
Pro Fratribus Minor. & Prædica.

Huiusmodi Concessio, seu relaxatio non habet locū in Fratribus Mino. Observantibus; ut in sequentibus. §. apparebit: præterim in §. 2. & 4.

Collector.

D CLEMENS V. in declaratione, quæ incipit Exiui de paradiſo, super Regulam Fratrum Mino. declarauit, quod huiusmodi Fratres nullatenus sunt capaces successionum hæreditatum. Ac etiam, quod non licet eisdem Fratribus, valorē hæreditatum talium, vel tantam earum partem, quasi sub modo, & forma legati, dimitti sibi facere (quod presumi possit hoc in fraudem fieri) vel sic dimissa recipere. Quin potius ista sic fieri ab ipsis Fratribus, simpliciter prohibuit, B. fo. 14. in tracta. 3. Et ffo. 15. tractatu secundo.

2
Paupertas.

Legata.

E SIXTVS IV. concessit Fratribus Mino. quod hæreditates, quæ eisdem Fratribus (si in seculo forent) ab intestato deferentur, deferantur Ecclesia Romana, quæ ipsorum Fratrum (quoad hoc) locum tenet. Et quod ipsa Ecclesia Romana, quoad hæreditates, & bona, quæ Ordinem prædictum ingredientes, sub conditione mortis eorum sine filijs, restituere grauati sunt, filiorum locum teneat; sicut tenet Monasteria proprium habentia in communi: si tales Fratres grauati illum in gressi forent. Ac concessit, ut prædicta petere possit Syndicus, Ecclesiæ prefato Ordini deputatus, B. fo. 63. Et

3
Pro Conuectualibus.
Fratribus Mino.

ffo. 146. concessione 356.

Collector.

Huiusmodi concessio non est intelligenda de Fratribus Mi-
no. Obser. ut inferius ab eodem Sixto, & ab alijs Summis Pô-
tificibus declaratur.

4
Pro obser-
uantib⁹ Fra-
trib⁹ Mino.

Idem Sextus postea declarauit, se fecisse prædictam Conces-
sionem generalem ad importunam nonnullorum instantiam.
ac ex certa scientia decreuit, & declarauit, suæ mentis, & in-
tentionis fuisse, & esse, vt prædictæ suę literę, & alię similes, cir-
ca successionem hæreditatum huiusmodi, ad Fratres de Ob-
seruantia nullatenus extendantur; nec eis, aut illorum alicui,
in iudicio, vel extra, quoquo modo suffragentur; nec aliquam
vīm habeant. Et insuper mandauit prædictis Fratribus de
Obseruantia in virtute sanctæ obedientiæ, ne quis eorum Cō-
cessione huiusmodi vti velle præsumat, quonis prætextu, vel
colore: quinimmò in puritate sua Regulæ (sicut eos decet)
permaneant, perinde ac si literę prædictę nunquam emanas-
sent, B.fo. 22. Et ff. 106. concessione 228.

paupertas.

5
Pro Fratri-
bus obser-
transfunti-
bus ad Cō-
uentuales
Fratres Mi-

ALEXANDER VI. decreuit, quod nullus Professor Or-
dinis Mino. de Obseruantia, si illam egrediatur, & ad Conuē-
tuales eiusdem Ordinis transeat, possit succedere parentibus;
propinquis, vel affinibus suis quovis modo, nec aliquo indul-
to, prædictis Fratribus Conuentualibus ad hoc concessio, gau-
dere valeat. Nec etiam Conuentus aliquis occasione Fratris
sic egredientis, ius aliquod in hæreditate, vel quavis alia suc-
cessione propinquorum acquirere, & consequi possit, b. fo. D
56. concessione 66. Et ff. 3. concessione 4.

6
Prohibilio.

Idem Alexander iterum decreuit, & prohibuit supradicta,
scilicet, ne Fratres Obser. transentes ad Conuentuales, suc-
cedere propinquis valent vlo modo; prout habetur sub au-
thentico ad literam; sicut in Concessione immediate suprapo-
sita, B.fo. 136. concessione 302.

Collector.

Primum re-
medium.

Circa præfatam materiam hæreditatum, est aduerendum,
& notandum, quod, licet Fratres Minores non sint capaces hæ-
reditatum, & relictorum in testamentis, vt patet in Clementi-
na Exiunde paradiſo, §. Cūm igitur, de verbo signi. Et per
Bar. in l. Ne quicquam, §. f. ff. de Offic. procon. Et in l. 1. co-
lum 4. de lega. primò: Attamen eis consulitur dupli remedium,
secundùm Doctores. ¶ Primò enim eis consulitur Iudicis of-
ficio. Potest namque Iudex ex suo mero officio (nemine etiā
ad hoc agente) compellere hæredem, vel illum, qui ad hoc te-
netur.

A netur, ex testamento, vel alias, quatenus reliqua Monasterio, vel Fratribus Mino. adimpleat, & exsoluat. Hoc tenet speculator, in titulo de instru. edi. s. Nunc verò aliqua. Et Barto. in dicta l. Ne quiquam. Et Ioan. And. in c. Si hæredes, extra de testa. Et est videndus ad hoc Baldus, in l. Nulli, C. de Episcopis, & Clericis. ¶ Sed circa hoc querendum videtur, quæ potuit esse ratio istius Decisionis; & vnde potuit hoc venire. Respondeo, quod duplex est ratio huius. ¶ Prima, quia inter-

Quæstio.
Responso.

B rest rei publicæ, ne sua quis re male vtatur, ut in s. Sed hoc tempore. Insti. De ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris. Et ratio etiam istius rationis est, & colligitur à fortiori. Nam, si commodum rei priuate prouidetur, ut in l. Si quis, C. de bonis pro scrip. fortius circa voluntates defunctorum prouidendum est. De quo per Andream Barba, in rubrica De testa. colum. 25. Et per glo. in l. Julianus ff. de actio. emp. Et arguit bene in hoc casu Barba. in c. Tua nobis, colum. 26, extra, de testa. facit etiā,

C quia anima cunctis rebus præferenda est, l. Sancimus, C. de sacro. eccl. Et authentica Multò magis, &c. Numerosa est ad hoc iurium sylua. ¶ Secunda ratio est; quia, si ita cantum nō esset, accideret nonnumquam, quod pium propositum defunctorum, improba fratidianum calliditate celaretur; ut dicit ille textus notabilis in dicta l. Nulli, C. de Episcopis, & Clericis. Et quia magna est pietas, voluntatem illius adimpleri, qui nec se iuuare, nec iam loqui poteſt. Quapropter voluntati defunctorum ita consultum iri oportet. Et quoad primū remedium, quo Fratribus Mino. & alijs pauperibus non valentibus agere in iudicio, subuentum est officio Iudicis. ¶ Deinde autem dicunt Doctores, quod alterum remedium, quo dictis Fratribus consulitur, est illud, quod sequitur. Quia cui libet de Populo competit actio, & quilibet de Populo potest agere, ut legata, & reliqua ad pias causas; puta Monasterio, Hospitali, Fratribus, Pauperibus, & similibus, adimpleantur.

Alterum re-
medium.

D per illum, qui grauatus est à testatore, vel alias ad hoc tenetur. Iura sunt de hoc bona, textus in authentica De Ecclesiastis titulis, s. Si autem, collatione 9. Et tenet Ludouicus Romanus in authentica Simile, C. ad legem falci. Et fuit originale dictum Angeli de Perusio, in dicto s. Sin autem. Ita etiam tenet Bar. in dicta l. Ne quicquam; qui allegat l. Hæreditas, ff. de pe. hære. Et l. Quintus, de annuis legatis. Et est de hoc casus formalis, & in indiuiduo, in dicta l. Nulli, C. de Epif. & cler. in

Modo ē ad-
uertendum
q. l. q. 6. fe-
cit testamen-
torum ex-
equatores mi-
nistris fabri
cæ s. Petri,
modo & for-
ma quo in
consc. 95. &
96. habetur

Collector.

fine. Et facit ad hoc dictum Barba. in c. Nos quidem, colum. A
 16. De testa. ¶ Prædicta fuerunt practicata in Ciuitate Barbastri Regni Aragonie; vbi ab Vniuersitate eiusdem ciuitatis fuit cōstitutus Procurator, seu Syndicus ad agendum pro legatis relictis Monasterio Beati Francisci, anno à nativitate Domini 1521. quo tempore erat Aduocatus dicti Monasterij quidam insignis utriusq; iuris Doctor nomine Leonardus de sancto Angelo: qui supralcripta fundavit, & exequi fecit.

Nota.

Ex supradictis infertur, quod purius facerent hoc modo B
 præfati Fratres, quam procurando, quod eis vel suis Ecclesijs, aut Conuentibus relicta in testamentis, petantur in iudicio per Syndicum deputatum à Sede Apostolica, vtendo concessionibus relaxatiuis, & destructiuis perfectionis voti paupertatis in sua Regula promitsi: præsertim cum facilius possint obtinere huiusmodi relicta in testamentis medio aliquius deuoti iudicis, qui in hoc potest prouidere ex suo officio; vt supra probatum est; aut vtendo altero remedio, scilicet, quod C
 Aduocatus Fratrum, vel alias amicus spiritualis petat prædicta in iudicio, non tamen vt Syndicus, sed sicut unus de populo: cum etiam hoc fieri possit; sicut supra dictum est.

ANNOTATIO CORDVBÆ.



Vnde §. 6. ubi in fine ait Collector, quod Fratres Minoris purius facerent procurando per aliquem de populo, nomine populi, quam per Syndicum nomine Pape in iudicio legata sibi facta, &c. Notandum quod quānis, propter bonum exemplum secularium, & propter uitandas alias occasiones ad peccata alia, sit purius sic facere, ut ibi dicit Collector, hoc tamen non obstante potest Syndicus petere nomine Pape, &c. & hoc est licitum Fratribus potentibus uti Syndico ad prædicta, & dum modò fiat cum aliis debitis circumstantiis circa hoc; ut debis latius habetur in expositione Reg. 4. c. q. 16. ibi uid.



CAPVCCINI ANNOTATIO

E



In §. 2. & 4.
 Fratres hæredes esse
 non possunt
 nec directe
 nec iure si-
 deicōmiss.

VM ergo clare constet ex supradictis Prinilegiis in §,
 2. & 4. ex Fratribus Minoribus Conuentuales tantum,
 et non eos, qui Regulam secundum suam puritatē profitentur,
 posse hæreditatū, et relictorū in testamento esse capaces.
 est proinde sciendū, quod, si ipsi incapaces de facto insti-
 tuerentur, hæredes ipsa pigneret ad cohæredē, vel substitutū, si habet; uel
 ad ue-

A ad venientes ab intestato; ut comprobatur in l.pr.C. de hæreditib. insti-
tuendis, & l. i. 9. 1. C. de Caducis tolle. Et hoc non tantum habere locū
aiunt communiter expositores Regul. post Clem. Exiit, & Bartholus
in Minorica, lib. I. d. 1. c. 2. & d. 2. cap. 1. in hæreditatibus directè proue-
nientibus, sed etiam iure fidei commissi relictis.

- Et ipse Bartholus ibidem asserit, harum hæreditatum estimationē
ab adeuntibus hæreditatem, ipsis Fratribus institutis deberi: quoniam in
re canetur, quod, quando quis non potest capere rem sibi relicta, propter

Estimatio
hæreditatis
non est lici-
ta Fratribus.

B qualitatem persona sue absq; suo delicto, tunc tenetur hæres ad esti-
mationem. Vt de legat. 1. l. apud Iulium. §. fin. cum l. seq. et ibi nota-
tis, & de legat. 3. l. fidei commissum. §. si seruo. Idemq; dicendum es-
se putat, quando Fratres instituerentur hæredes cum Clausula: Quod si
non valeat iure Testamenti, valeat iure Codicilli, & omnimodo, quo
valere potest. quoniam predicta verba important de iure, ut institu-
tione irrita, videantur rogati per fideicommissum hi, ad quos hæ-
reditas deuenerit, restituere institutis. Vt l. eam, quam C. de fid. com. &
C l. ex Testamento, & ibi notatis, & ff. de Vulgar. & pupil subst. l. cohæ-
redi. §. cum filie. Nisi tamen (inquit ipse Bart.) valor hæreditatum ta-
lium, non sit tantus, nec tanta earum pars, quod presumi possit in fra-
udem esse paupertatis; hoc est, quod quātitas non sit tata, quod magis the-
saurizationē, quā pro imminentib⁹ necessitatib⁹ prouisionē sapiat. Et tūc
(cum ipsis Fratres sint omnis iuris, ex uoto, & professione sua incapaces)
nō propria auctoritate, sed Syndico potius Romanæ Ecclesiae, vel Episco-
pis, estimationem illam repetere; ut hic etiam ipse Collector, ait.

D Sed quibusdam alijs nostræ Reg. professoribus uidetur (& fortè tu-
tius) hanc estimationem Fratribus non deberi; nec per eos, ut debitam,
posse recipi; illa Clausula freti in Clemen. exiit posita; Fratres succe-
ssionum, quæ ex natura sui indifferenter ad pecuniam, & etiā ad alia mo-
bilia, & immobilia se extendunt, considerata sui puritate voti, nulla-
tenus sunt capaces, &c. Nota illam particulā Nullatenus, &c. si enim
Uniuersalium successionum, nullo modo Fratres capaces sunt; ergo nec
estimationis earundem. Nam unus modus percipiendi successionem, est,

E eius estimationem recipere, arguta l. si domus. §. confitetur ff de legat.
3. Vnde si Fratres talij hæreditatū estimationē recipere nō possunt, nec
ergo ad eā dandā tenebūtur hæredes, uel ij, adquos hæritas deuenerit.

- Et quia à Corduba in exposit. 6. cap. nostra Regul. q. 4. & 5. & ab
alijs expositioribus nonnulla alia scitu, digna ad huiusmodi supradictā na-
teriam pertinentia, discutiuntur exācte; ideo illarum alij quas resolu-
tiones, ad communē legentium eruditionem, breuiter afferre censui.

Premium hæ-
reditatis nō
potest a Fia-
tribus acce-
ptari.

Quæritur enim nū possint Fratres institui hæredes cum causa appo-

390 *Habitus Frat. et Monialium.*

sita; quod pro eorum necessitatibus vendatur, & in eas convertatur.
 Ad quod Bart. in Minoric.lib. I. d. 5. c. 2. respondet, quod talis disposi-
 tio defuncti, licet non teneat, quoad institutionem heredum, & habeat-
 tur pro non scripta: cum talium institutionum Fratres, penitus sint in-
 capaces; tenet tamen, & ualidum est testamentum, quoad causam pia-
 ibi appositam, ut scilicet, uendatur, & convertatur in necessitates Fra-
 trum. Nec obstat, quod non subest persona, in qua ius, & nomen ha-
 redis cadat: cum persona (ut diximus) ipsorum Fratrum subducatur, &
 pro non scripta habeatur, & sic testamentum videtur non ualere, &
 pro non scripto esse; sicut quando instituitur heres, qui iam est mortuus.
 Quoniam in pijs causis sufficit, quod hereditas ad piam causam relinqua-
 tur; ut puta, sic generaliter, pro redemptione captiuorum, pro Eccle-
 siis conseruandis, pro alimentis pauperum, & similibus, ut C. de Epi-
 scopis & Cler. l. si quis ad declinandam. Constat autem Fratres Mino-
 res in summa pia uertute esse: ergo ad validitatem Testamenti sufficit,
 quod sit apposita pia (scilicet, pro eorum necessitatibus) licet eorum
 subducatur persona, & pro non scripta habeatur. Nec est verum, C
 quod non subest persona, que hereditatem adeat, quia personam repre-
 sentabit Episcopus, uel Republica, ut dicitur in d. l. si quis ad declinan-
 dam. Et pro hoc facit. si quis in nomine, Authentica de Ecclesiast.
 Titu, Vbi si quis instituit heredem aliquem Sanctum, cuius Ecclesia non
 reperitur in illa ciuitate, nec in eius rerritorio: dabitur hereditas Ec-
 cleiae illius Ciuitatis, ubi testator habet domicilium. Et sic, licet Eccle-
 sia illius Sancti instituti non adsit; testamentum tamen, cum sit ad piam
 causam, subsistit, & valet; & de necessitate intelligitur facta institutio D
 in memoriam, & reverentiam dicti Sancti, hoc est, ut in honorem ip-
 sius hereditas expendatur, et Episcopus capiat hereditatem.

Respondet
objectioni
Baldi.

Nec obstat videtur, quod obiicit Bald. in Authent. Ingressi de
 sacros. Eccles. n. 50. Quod hereditas est ins. universale, cuius Minores
 Fratres in capaces sunt, & sic destructo principali, ipsa, scilicet, ha-
 redis institutione, destruitur & accessorium, scilicet, causa adiecta, quod
 hereditas vendatur, & convertatur in necessitates Fratrum. Nam, li-
 cet verum sit, quod testamentum sit nullum, quoad primum caput de E
 heredis institutione; cum instituti sint incapaces, ualeat tamen Testa-
 mentum ex secundo capite, scilicet, quia relicta est hereditas ad piam
 causam, & ipsa pia causa sustinet vicem heredis: ut iura praedicta pro-
 bantur.

Nec est uerum, quod destructo antecedenti, destruatur, & conseques,
 quia hoc esset, quando unum esset ab substantiandum, seu qualificandum
 alterum: sed in casu, neutrum est ad substantiandum alterum, quando
 si testa-

A si testator, omisso primo capite institutionis hæreditis in personam Fratrum, disposuisset de secundo, scilicet, Relinquo hæreditatem meam, ut vendatur, & conuertatur in necessitates Fratrum Minorum; validus esset dispositio, ut dicitur in d. l. si quis ad declinandam ergo non est rerum, quod irrito Testamento, quoad institutionem hæredum, sit etiam irritum, quoad renditionem hæreditatis conuertenda ad piam causam: quia ex pia causa, quæ sustinet vicem hæredis, validum fit Testamentum: unde concludit ipse Bart. quod, ubi causa pia est expressa, noce, vel scripto, vel saltem nutu certo ipsius testatoris (que necessario requiritur, ut iuria volunt) sufficit ad validandum testamentum, alios inualidum, ex institutione Fratrum. Illo tamen semper intellecto (ut supra dictum est) quod quantitas non sit tam magna, quod nideatur in fraudem facta paupertatis, sed quod tantum sit ad sublevandas Fratrum necessitates presentes, vel imminentes; quia alias saperet thesaurizationem.

B Si autem Fratres non instituerentur hæredes, sed alter, qui debeat hæreditatem ipsam vendere, & eius pretium in Fratrum necessitates expendere; hoc nullo uidetur iure Fratribus esse prohibitum. Quare licet hoc poterunt acceptare (modo quantitas non sit immoderata) ex quo non succedunt in aliquo iure defuncti.

C Sed cum Fratres Minores, nec institui, vel substitui, nec directè, nec per fidei commis. hæredes possint, dubitatur, num eorum Ecclesia, vel Altare institui valeant? Ad quod (licet Barthol. in Minorica lib. 1. d. 4. cap. 1. dicat, quod sic) respondendo resolutè dicimus cum Bald. in Authent. Ingressi. Et Petro Anchæ. in dicta Clem. exiui, & se-
D ren. conscientia q. 17. & Corduba in expositi 6. cap. R. eg. q. 11. quod non possint, cu in successionibus (ut supra dictum est) dominum transse-
ratur pecuniarum, & aliorum honorum in hæredem. Et licet Barthol. opinio satis probabilis nideatur, tutius tamen est, pro puriori Regula obseruantia, negatiuam cum prædictis Doctoribus, partem tenere; prout sic nos Capuccini obseruamus.

E Circa autem obseruantiam aliorum Mendicantium, & non Mendicantium ad hanc materiam successionum spectantem, ad eorum Constitutiones, & Statuta me remitto; cum singulorum illa præ manibus habere minimè potuerim. Illud tamen de iure pro certò habetur, quod Monachi ad utilitatem Monasterij, singuli de Religione suis parentibus, & agnatis ab intestato, quemadmodum, & alijs existentes in seculo posse sunt succedere. Quinimò non licet eorum parentibus, eos à portione legitima repellere, ut probatur in l. de nobis C. de Episc. & Cler. in C. unico 18. q. 1. & cap. non licet Parentibus 19. q. 1. Et hoc indubitanter est tenendum de Religione, quæ licet singulis de Religione pro-

Pretiū hæreditatis quādo poterunt acceptare
Fratres .

Ecclesia seu
Cappella
Fratrum nō
possit insti-
tui hæres.

prietatem deneget, eis tamen in communi concedit. Ut in Regula **A**
Cassin. Carthus. & aliorū. Sed in illis Religionibus, in quibus ex propria
Regula interdicitur dominium, & proprietas aliquius rei particularis
in cōmuni, ut est nostra Religio Minoritana, & diximus supra ex Clem.
exiui. s. prouidè de uerb. signif. communis est opinio, ut inquit Panor.
in Conf. 27. in 2. Volum. quod non admittantur Religiōsi, sed neniunt
alij succedentes ab intestato, ac si ipsi essent mortui Argum ff. de his, qui
pro non script. hab. l. in Metallum, & C. de hæred. Inst. lib. 1.

Hodie uero per Privileg. Nicol. Mare Magn. Ordines Minorum **B**
Prædicatorum, Eremitarum, & Carmelitarum statuitur, quod, licet
non possint habere bona immobilia, possunt tamen habere fructum bon
orum stabilium, ut inquit Napo. in consuet. Neap. si quis, vel situa,
in verbo proximiores. Et Resert Cassin. in Summa lib. 3. de Regul. cap. 5.
n. 34. sed secus est de Fratribus Minoribus, purè Regulam obseruant
bus, ut est iam supra dictum. Et hec pro huiusmodi materia successio
num sufficient.

D. Iacobus
de Graffis.

HÆRESIS, ET HÆRETICVS.

1
Pro terris in
fidelium.
Absolutio.



REGORIVS IX. concessit Fratribus Minoribus
proficiscientibus in terras infidelium, ut eos, qui
per apostasiam, scisma, vel hæresim, à Christia
ni nominis confessione recesserunt, inter Sarra-**D**
cenos habitantes, absoluere possint, ac reconciliare
per gratiam penitentiae salutaris: si ad obedientiam Ec
clesiæ Romanae in humilitatis spiritu uoluerint redire, b. ff. o.
22. concessione 4.

2
Pro terris in
fidelium.
Absolutio.

Idem Gregorius concessit præfatis Fratribus euntibus
ad terras infidelium, ut eos, qui quomodolibet à fide, uel
unitate Romana Ecclesiæ discesserunt, si redire voluerint,
& satisfacere, pro commissis, ualeant reconciliare, & ab **E**
anathematis vinculo (quo tenentur) absoluere, b. ff. o. 257.
concessione 64.

3
Absolutio.
quoad Fra
tres ac relap
fos.

ALEXANDER VI. concessit omnibus, & singu
lis Prælati Ordinis Minorum de Obseruantia (scilicet Ge
neralibus, Provincialibus, & Custodibus) plenaria in fac
tatem, & auctoritatem, ut quo sunque subditos suos (Fra
tres, videlicet, & Moniales Sanctæ Claræ, ac utrinque
sexus

A sexus Tertiarios) inuenient in aliquo hæresis, vel apostasiæ criminè lapsos, ac etiam relapsos, possint eos absoluere, & cum eis dispensare; prout magis latè possum est hoc, supra, in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. 18. & o. fo. 65. Et ff. 70. concessione 164.

B Aduertendum, quod supradictus casus est de contentis in processu Bullæ cœnæ Domini; & ideò dicendum est de illo, si-
cuit de alijs similibus, prout habetur supra, in dictione Abso-
lutio ordinaria, quoad Fratres, post §. 13.

B Reliqua attinentia ad huiusmodi materiam: præsertim cir-
ca Inquisitores huius criminis, vide infra, in dictione Inquisi-
tores hæreticæ prauitatis.

CAPVCCINI ANNOTATIO

C **S**ed nunc est aduertendum, quod obstat Bullæ cœnæ Domini, ut supra dixi In verbo Absolutio ordinaria, in Resolutionibus in materia ^{in §. 3.} absolutionum in primo notab. primi capit. .

I E I V N I V M.

D **E**UGENIUS IV. ordinavit, quod Moniales Sanctæ Clare, ac Tertijs Ordinis Sancti Francisci, & aliorum Ordinum Sorores, (scilicet, sub obedientia predicatorum Fratrum existentes) solummodo teneantur ad illa ieiunia, ad quæ Fratres Ordinis Mino. Regulam obseruantes obligati sunt; & eosdem modos seruent in cibis, quadragesimali tempore: exceptis debilibus, & infirmis, b. fo. 46. Et ff. 42. conce. 47.

E Idem Eugenius declarauit, quod artifices laboriosas artes exercentes, & rustici, siue diuites sint, siue pauperes, non teneantur ieiunare sub precepto peccati mortalitatis, Et quod absoluuntur possunt, & induci ad eleemosynas, & alia bona facienda, o. fo. 61. Et ff. 64. conce. 82. Et ff. 101. conce. 395.

F Aduerte, quod hoc præcipue intelligendum est de rusticis laboratoribus, qui arant, vel similia opera laboriosa exercet. Ex nota pro Cofessoribus nimis scrupulosis, in absoluēdis istis.

G SIXTVS IV. concessit, quod Fratres Minores non potentes ieiunare bono modo, propter infirmitatem, vel debilitatem, non teneantur, o. fo. 62. Et ff. 66. concessione 99. Et ff. 90.

^I
Pro Monia-
libus S. Clæ-
re & Tertia-
riis.

²
Pro Secula-
ribus labora-
toribus.

Pro infirmis
Fratribus.

ffio. 100. concessione 384.

4
*Pro itineran-
tibus Friari-
bus.*
 LEO X. concessit, quod Fratres Mino. Observantes itinerantes, possint transferre iejunium diei itineracionis in aliud diem, o. ffo. 93. concessione 286.

5
*Pro Fratrib⁹
prædicand⁹
bus.*
 Idem Leo concessit, quod Fratres Mino. Maximè prædictores, actu prædicantes, possint sine scrupulo, & seruato iejunio, anticipare, seu retardare (iuxta suam consolationem) horas comedionis, & serotinæ collationis, o. ffo. 93. conce. 282.

Ex Privilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.

6
*Pro Fratrib⁹
& domesti-
cis.*
SIXTVS IV. concessit, quod in diebus ieuniiorum, ad quæ Fratres obligantur ex præcepto Ecclesiæ, vel Ordinis Statuto, seu Consuetudine, Piores, iuxta eorum conscientiam; Fratres verò, & domestici, iuxta consilium, & licentiam Priorum, siue Superiorum suorum; cum aliqua infirmitate, vel debilitate grauantur, possint licite sumere aliquam collationem de pane, & vino, aut fructibus, seu alias, o.

7
*Pro Fratrib⁹
& familiari-
bus.*
EVGENIVS IV. concessit, quod Prior Monasterij dicti Ordinis, seu Vicarius in eius absentia, possit dare licentiam de consilio Medici, vel sine eius consilio, si commodè nō possit haberi, ut Fratres Religiosi, & Familiares Monasterij presentes, & futuri, infirmi, seu debiles, possint comedere carnes, vel oua, seu alia sanis interdicta in quadragesima, & alijs ieunijs Ecclesiasticis, sine licentia dicecelsani. Vel quod non teneantur iejunare in predictis temporibus, etiam sine consilio Medici. Et quod eandem licentiam possit concedere predictis Priori, & Vicario, eorum Confessori, o.

ANNOTATIO CORDVBAE.

Vnde §. 1. notandum. quod idem Eug. IV. fo. 28. ff. 112. concessit Cap. gener. facultatem ordinandi, & declarandi, in quibus locis, & prouin. Fratres debeat iejunia Regula in cibis quadragesimalibus obseruare, & in quibus debeant Patrum consuetudines imitari, vel aliter se habere.

IMPETRARE LITERAS APOSTOLICAS.

PAVLVS II. statuit, quod nullus Fratrum Mino. impetrare, nec recipere valeat aliquem locum, seu domum, etiam quarumcumque literarum Apostolicarum obtentu; nisi de licentia Generalis, vel Provincialis illius Provinciarum, in qua locus, seu domus ipsa consistit; nisi his literis fuerit specia-
liter

Capuccini
annotatione
In additione
fo. 101. 11.

I
Licentia.

A liter derogatum, B. fo. 10. Et ffo. 94. concessione 103.

SIXTVS IV. districte inhibuit Fratribus Mino. ne impre-
tentur à Protectore Ordinis aliquas literas , vel aliquid aliud,
vltra quam sua facultas, in Regula Prædictorum Fratrum, cō-
cessa, se extendit. nec etiam taliter ab alijs impetratis vtan-
tur . Et voluit, quod, qui contrarium fecerint, puniantur illis
pœnis, quibus essent pro granibus culpis (secundum Statuta
dicti Ordinis) puniendi . Ac, quod tales sint nihilominus pri-
uati actibus legitimis , & à suis (si que habent) suspensi Offi-
cijs, ipso facto, B. fo. 53. Et ffo. 137. concessione 303.

I
Protector
Ordinis.

B Qualiter nequeant prædicti Fratres impetrare aliquod In-
dultum Apostolicum , præsertim Exemptionem ; sine licentia
suorum Superiorum; vide supra in dictione Exempti Fratres,
§. 9. & 11.

Collector.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

C  Vnde ad §. 2. notandum. quod ista suspensio ipso facto, quam
hic Six. IV. infligit contra impetrantes literas à Pro-
tectore aliter, quam ipse decernit, iam non ualeat se-
cundum illos, qui tenent, quod Six. IV. reuocauit om-
nes obligationes, & penas ipso facto contentas in om-
nibus Statutis, & Declarationibus, etiam Papalibus pro nostro Ordine
specialiter editas, ut habeatur infra, tit. Statuta Ordinis, §. 1.

IMPRIMERE LIBROS.

D  LEMENS VII. quia in Concilio lateranen-
si prohibitum est , ne imprimantur aliquæ scrip-
ture, nisi prius per loci Ordinarium, & Inqui-
sitorē, visa, & approbatæ fuerint; Cōcessit Fra-
tribus Mino. Obseruan. licentiam imprimi fa-
ciendi, spectantia ad eorum Ordinem, sine dicta Ordinarij ,
& Inquisitorum reuisione, o.

I

Obstat Cōc.
Trid. sess. 4.
de visu credit
librorum.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

E  ST hic aduertendum, quod Conc. Trid. sess. 4. de usu Conc. Trid.
& editione librorum sacrorum modum tradens Im-
presoribus, ait, Nulli liceat imprimere , uel impri-
mi facere quosvis libros de rebus sacris, sine nomine
auctoris, Neque illos in futurum uendere , aut etiam
apud se retinere , nisi primum examinati, probataque
fuerint ab Ordinario, sub pena anathematis , & pœnitie in canone
Conci-

Concilij nouiss. Lateranensis apposita.

Contra. Regulares. Et si Regulares fuerint, ultra Examinationem, & approbationem huiusmodi, licentiam quoque a suis superioribus Impetrare teneantur recognitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant, vel euulgant, nisi ante expositi, probatiq; fuerint, eisdem pœnis subiacent, quibus Impressores.

Const. 10. in bullar. In Conc. autem Lateranensi supradicto sess. 10. Ieo X. in const. inter sollicitudines, ait, statuimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, nullus liberum aliquem, seu aliam quamcunq; scripsiatur, imprimere, seu imprimi facere, presumat: nisi in urbe prius per Vicarium nostrum, & sacri Palatij Magistrum; in alijs verò ciuitatibus, per Episcopum, vel alium, habentem peritiam scientiae libri ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem hereticæ pravitatis diligenter exanimetur, &c. Qui autem secus presumperit, ultra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustiōnem, ac centum ducatorum fabricæ basilicæ principis Apostolorum, solutionem, ac anni continui exercitiū impressionis suspensionem Excommunicationis sententia innodatus existat.

Pœna in Cōstitutionib⁹ Ca-puccinorū apposita. Et in nostris Constitutionibus, cap. 9. ordinatur, ne aliquis Fratrum audeat imprimere, aut imprimi facere, aut publicare libros, absq; licentia in scriptis habita admodum R. P. Generalis, ultra aliam Ordinarij licentiam, in Conc. Trid. requisitam. Et si quis alter contraferre presumperit, ipso facto sit priuatus omni actu legitimo, ultra pœnam Concilij Lateranensis.

Ex quibus omnibus supradictis elicetur primò supradicta Clementis D VII. concessione obstatore Concilium Trid. Ac quoad nos Capuccinos. etiā obstatore nostræ Constitutiones. Adeò, ut si quis ex Minoribus, alijsq; Regularibus absq; eorum Superiorum, et Ordinarij licentia, librum aliquem imprimere, vel imprimi facere presumperit, absque dubio pœnas supradictas incurre.

Actus legiti-mi qui di-cantur. Secundò, quod Capuccini, ultra pœnam Lateranensis Concilij incurrent in priuationem ipso facto cuiuscunq; actus legitimi: et per actus legitimos intelliguntur ad hoc propositum, regere, prædicare, confessionem, audiare: legere, visitare, diffinire, eligere, eligi, accusare, testificari, & ad ordines promoueri, vt Angelica, in verbo Actus, §. 3. quæ etiam in constit. Farinerii, dicuntur Off. Ordinis: sed per const. Fratrum Minorum de Observantia Romæ impressa anno 1585. per huiusmodi priuationem, non intelligitur priuari ab exequitione Ordinum, nec testificari in iudicio, nec obligare, nec legere, nec à voce attinua: sed an confessione secularium.

- A** Tertio ex eo, quod dicitur supra, in Conc. Trid. Qui autem scripto eos communicant, sacra Congreg. Card. supra Conc. declarauit, ibi etiam comprehendi Lectiones, Annotationes, Disputationes, Conciones, et alias similia, necnon tractatus pertinentes tum ad deuotionem, tum ad quietationem conscientiarum stimulatarum Fratrum, & cetera huismodi, que sibi in uicem communicant Fratres, etiam si concionatores fuerint approbati ab Ordinario. Verum, quia ex huismodi declaratione uaria fuit exorta inter Religiosos perturbatio; Ideo eadem met Congreg.
- B** ex Relatione Illustrissimi Cardinalis Alciati, declarauit, supradicta esse intelligenda tantum, quando darentur, ut typis mandarentur; prout sic reperitur Authentica Romæ in nostro Archivio.

IN CARCERARE.

Q Valiter possint, & debeant Fratres Minores delinquentes incarcerari, vide supra in dictione Correctio. Collector.

INCORREGIBILES FRATRES

- C** NNOCENTIUS IV. prohibuit districte: ne Fratres Minores, quos Generalis, aut Provincialis Ministri ab Ordine, pro suis culpis, & demeritis expellere contigerit, presumant predicare, seu Confessiones audire, vel docere, nisi de licentia Sedis Apostolicae, aut predictorum Ministrorum ad alium transferint Ordinem; prout latius positum est supra, in dictione Eijcere, seu Expellere ab Ordine. §. 1. Et habetur,

D B. fo. 16. Et ffo. 120. conce. 261.

ALEXANDER VI. concessit facultatem Generalibus, & Provincialibus Ordinis Minorum, ut possint Fratres incorregibiles, habitu Ordinis expoliare, & ab Ordine eijcere; prout habetur supra, in dictione Habitus Fratrum. §. 9.



CAPVCCINI ANNOTATIO.

- E** ST aduertendum, quod cōcessio Maris Magni, ut Prelati, quos indignos iudicauerint, eūcere, et expellere possint ab ordine, In. §. 9. sanè intelligenda, Quia S. Thom. Colibet vlt. dicit, q nullus Religiosus, quantūq; malus, si nō vult corrigi, debet expelli, quoniam p̄na expulsio, est sicut excommunicatio in Ecclesia. Unde nullus, nisi propter contumaciam, expellendus est, sed est incarcere sequestrandus, vel alio modo, secundū ordinationes sui Religionis puniendus. Plura alia ad hoc pertinetia, vide supra que dixi in verbo Eijcere, in verbo Apostolata.

Finis primæ partis.

Castigationes errorum, qui incuria contigerunt.
In prima Parte.

Fol. lin..	Errata	Correttio.	Fol. Lin.	Errata	Correttio.
In E-			128	16	omissa
pisto.			128	24	omissa
Card. 4	Confessiones Concessiones	128 in post. pēna qua			
In E-			129	3	tempus
pisto.			129	18	proposito
ad Le			129 in Ru.	Baptizare	Apostatę ab ordine
etorē. 17	corrispondēti	correspondēti			
40	nalde	valde	130	9	promissa
5	16 fine	sine	131	6	aliam
11	28 Confessione	Correctione.	131	10	Minorum
24	37 hoc ad	ad hoc	133	14	à qua
25	36 §.28.	§.38.	136	34	carente
33	in po pro mortuis	prō mortis &	140	16	omnis
	stilla per nouicis	nouitiis	143	13	corundem
34	12 quibuscunq;	à quibuscūq;	149	19	de pēnis
35	19 forma	forſan	151	in post. à pacto	de pēnitentia
35	39 comitantur	comitantur	152	16	Coēcessionib⁹
42	in Ru. Absol. ordin.	Absol. ext. ord.	155	36	& prāter
46	35 & ait Nauar.	vt ait Nauar.	155	38	forte
49	1 & reos	& eos	164	26	prohibitum
52	1 Imperator	imperatrō	179	37	& causa
51	in po ex primis cō-	expositionis	183	33	Curię
	stilla cella fuere	concessere	184	2	cure
62	24 viderent , &	vidēret, & sci-			ē his positiōnēs
	ſcient episco	ret Episcopus	206	18	eisque illud
	pum curato.	curatum.		19	administrare
66	9 ve ſeculares	aut ſecul.			valeant
66	10 Ordines	Ordiniis		25	obſt.
67	3 ne pcedatur	ne procedat	209	10	amplectādā
70	15 teneat	teat	218	19	pertinet
76	14 Conc. Trid.	Gonc. Later.	225	31	eliquibus
80	37 voluſſe cōpr.	noluſſe cōp.	247	7	prohibitū fit
81	7 reuerendus	Reuerendiss.	248	27	conferare
96	26 Papæ	Papa			Religionis
96	40 electis	electi	250	3	dicitis
99	22 definitio	distintio	250	39	probabūtur
99	34 et equo	exequo	251	34	Ludouicos
101	36 quorūcunq;	quarūcunq;	251	35	clausuram
105	8 loquentur	loquuntur.		36	nō obſtātib⁹
105	26 Coēcſſiones	Coēcſſiones	263	28	quāuis
110	in Ru. Accedere ad	Alienatio	298	35	formam
111	Monaſt.	Bonorum.	310	7	forum
116	33 excommunic.	Cōmunicatis	318	1	Pastoralis
118	19 vicarii	Vicariis	319	1	Fratris
118	20 purificantur	parificantur			expōicit Paſt.
118	28 electos	electos			Fratres
127	14 obligetur, & ideo de oblig.				Disiectio ma-
					terię, vīg; ad perflūma.
					Annot. Cord.

SERIES CARTARVM.

† †† ††† †††† ABCDEFGHIKLMNOPQRS
TVXYZ AA BB

Omnis sunt Quaterniones.



Imprimatur. Ardicinus Biandrà Vic. Gen. Neap.

M. Cherub. Veroneñ. Theol. Archiep. Neap. vidit.

N E A P O L I,
Apud Io. Iacobum Carlinum, & Antonium
Pacem. M. D. XCV.

SERIES CARTARUM

AD HABENDA VERSIO
TUTA VERA

Quaeque pars Canticorum



IN Canticum Nostre Jpsco Apollini Nostri gratia
M. 1570.

EX LIBRIS

EX LIBRIS

